Caroli a Linné ... Genera plantarum eorumque characteres naturales, secundum numerum, figuram, situm, et proportionem omnium fructificationis partium / Editio octava post Reichardianam secunda prioribus longe auctior atque emendatior curante D. Jo. Christiano Dan. Schreber.

Contributors

Linné, Carl von, 1707-1778.
Schreber, Johann Christian Daniel, 1739-1810.

Publication/Creation

Francofurti ad Moenum : Sumtu Varrentrappii et Wenneri, 1789-1791.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ya3yhzd9

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

33733/B. 15

2 volumi

BM(NH) 322

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28776173

CAROLI A LINNÉ

ORDIN. REG. STELLÆ POLARIS EQUITIS,

ARCHIATRI REGIS SUEC. MEDIC. ET BOTAN.

IN ACAD. REG. UPS. PROFESSOR. REL.

GENERA PLANTARUM

EORUMQUE

CHARACTERES NATURALES

SECUNDUM

NUMERUM, FIGURAM, SITUM

ET PROPORTIONEM

OMNIUM FRUCTIFICATIONIS PARTIUM.

BIBLIOTHÈQUE DE ADR. DE GASPARIN

EDITIO OCTAVA

POST REICHARDIANAM SECUNDA

PRIORIBUS LONGE AUCTIOR ATQUE EMENDATIOR

CURANTE

D. Jo. CHRISTIANO DAN. SCHREBER

SEREN. MARG. BRAND. ONOLD. ET CULMB. CONS. AUL. MED. BOT. HIST. NAT. ET OECON. PROF. P. O. IN ACAD. ERLANGENSI ACAD. IMP. NAT. CUR. ADJ. ACAD. R. SCIENT. HOLM. ET SOC. R. BOHEM. AGRIC. PARIS. BOT. FLORENT. PHYS. LUND. ET BEROL. OEC. FLORENT. LIPS. PATAV. UDIN. SODAL.

VOLUMEN I.

FRANCOFURTI AD MOENUM

SUMTU VARRENTRAPPII ET WENNERI

1 7 8 9.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLUSTRISSIMÆ

ACADEMIÆ

REGIÆ

SCIENTIARUM

QUÆ

HOLMIÆ

FLORET

SACRUM ESSE JUBET

EDITOR.

PRÆFATIO
EDITORIS.

VIceſimus quintus vertitur annus, ex quo immortalis Linneus Genera Plantarum, Lugduni Batavorum 1737. primum edita, Holmiæ poſtremum typis exſcribi fecit. Quæ ab eo tempore ipſi innoteſcebant genera, partim Syſtemati Naturæ inſerebantur ab illo, partim in Mantiſſis Generum & Specierum plantarum, cum Botanicis communicabantur. Tredecim annis poſt, paullo ante Auctoris obitum, Jo. Jacobus Reichard, Med. Doctor apud Francofurtenſes quondam celeberrimus, iis omnibus in unum collectis, novam Generum plantarum editionem adornavit, in qua ſimul ad ea, quæ Linneus de generibus paſſim emendandis monuerat, reſpexit, variasque adſperſit obſervationes, e Syſtemate Naturæ, aliisque auctoribus, petitas. Hac editione divendita, Bibliopolæ, quorum ſumtu prodierat, de ea typis repetenda cogitare cœperunt. Quum vero non ignorarent, Supplementum plantarum, a Linneo Filio Brunsvigæ 1781. editum, novorum generum fere centuriam continere, alia dein clariſſ. Thunbergii opera acceſſiſſe, multa vero præterea in Jacquini, Forſterorum aliorumque celeberrimorum virorum operibus latere diſperſa, digna, quæ in Linneanorum ſeriem recipiantur; e re emtorum fore rati ſunt, ſi non ſolum genera Linnei Filii, Thunbergii & noviſſima Jacquini, quibus jam ill. Murray decimam quartam Syſtematis vegetabilium editionem

auxit, ſed, quantum fieri poſſet, etiam reliqua, ſuo quodque loco, inſererentur, ſimulque emendationum neceſſariarum haberetur ratio; quo efficeretur, ut editio nova prioribus auctior in lucem prodiret ac limatior. A me igitur, ut hujus curam ſuſciperem, petierunt. Ego vero, etſi difficultates laboris exantlandi ſatis haberem perſpectas, ut eorum deſiderio cederem, & amore quo teneor, rei herbariæ, & ſtudio, quo feror, ad ejus commodum aliquid conferendi, allici me paſſus ſum. Quam operam ſi rei herbariæ utilem eſſe judicabunt ejus periti, ſatis illam compenſatam exiſtimabo.

Huic autem editioni quæ mea opera acceſſerunt nova genera, ex optimis fontibus hauſta eſſe, auctorum, quibus præcipue uſus ſum, declarabit recenſio. Hi vero ſunt ſequentes: *Car. a Linné Supplementum plantarum*, jam ſupra laudatum, quo multa nova genera, ab utroque Linneo, Patre & Filio, inſtituta, continentur; *Car. a Linné Syſtema vegetabilium ed. 14. curante J. A. Murray*, Gotting. 1784. 8. *N. J. a Jacquin Hiſtoria ſelectarum ſtirpium Americanarum*, Viennæ 1769. Fol. Mannh. 1788. 8. in qua, præter multa genera, inter Linneana jam recepta, quædam exſtant, in Linneorum operibus omiſſa, quæ itaque ſupplenda erant; *Ejusdem Miſcellanea & Collectanea auſtriaca*, Vindob. 1778. & ſeqq. 4. cum *iconibus plantarum rariorum*, fol.; *P. S. Pallas Reiſe in einige Provinzen des Ruſſiſchen Reichs*, Petrop. 1771. & ſeqq. 4.; *Fuſée Aublet Hiſtoire des Plantes de la Guiane Françoiſe*, Pariſ. 1775. 4.; *J. R. & G. Forſter nova plantarum genera*, Lond. 1776. 4.; *G. Forſter Florulæ inſularum auſtralium prodromus*, Gotting. 1786. 8; *Sonnerat Voyage à la Nouvelle Guinée*, Pariſ. 1776. 4.; *Ejusdem Voyage aux Indes orientales & à la Chine*, Pariſ. 1782. 4.; *C. P. Thunberg nova*

genera plantarum pars 1-5. Upſal. 1781. & ſeqq. 4.; *Ejusdem Flora Japonica*, Lipſ. 1784. 8.; *Car. Lud. l'Heritier ſtirpes novæ faſc. 1-4.* Pariſ. 1784. & ſeqq. fol.; *Ant. Lud. Cavanilles diſſertationes botanicæ 1-5.* Pariſ. 1785. & ſeqq. 4.; *F. Ehrhart Beyträge zur Naturkunde &c.* Hannov. 1787. & ſeqq. 8; *Joſ. Gærtner de fructibus & ſeminibus plantarum*, Stutg. 1788. & præterea acta academiarum, aliaque diaria, & diſſertationes quædam academicæ. Generum, a *Pet. Forskolio* mihi quondam amiciſſimo, conſtitutorum & in *Flora Ægyptiaco-Arabica*, Hafn. 1775. 4. deſcriptorum pauca, quod doleo, recipere potui, quoniam plurima ne depicta quidem videre mihi licuit. Eamdem ob cauſſam magna pars generum a *Jo. Ign. Molina* in libro: *Saggio ſulla ſtoria naturale del Chili*, Bonon. 1782. 8. edito, propoſitorum, præcipue quum, ex inſtituto clariſſ. auctoris, brevius ſint definita quam ut cum adfinibus rite conferri potuerint, ſeponi debuit, donec vel ab ipſo ampliorem eorum acceperimus notitiam, vel ſpoliorum Peruvianorum & Chilenſium; a cl. Dombey & Ruiz reportatorum, fuerimus participes facti. *Encyclopædiæ methodicæ*, quæ Pariſiis prodit, *pars botanica*, cujus auctor eſt *Jo. Bapt. Pet. Ant. Monet* Eques *de Lamarck*, ſero, quoniam ſeparatim non venditur, in manus meas pervenit, nec plura adhuc quam duo volumina, an. 1783. & 1786. 4. edita, accepi; his itaque potui in poſterioribus claſſibus ſolummodo uti. Sero quoque & quarta parte libri typis jam exſcripta, vidi *Ol. Swartzii nova genera & ſpecies plantarum quæ ſub itinere in Indiam occidentalem digeſſit*, Holm. 1788. 8.; nova autem, quæ habet, genera huc transferre nequivi, quum characteres contractos (factitii a Linneo appellantur) tantummodo exhibuerit atque eſſentiales. Ex dictis facile colligi poteſt, me, ſecundum legem, quam

b. Linneus Pater, dum genera primum conderet, ſibi præſcripſerat Præf. §. 24. auctoribus quos accuratos eſſe comperi, fidem omnino adhibuiſſe. Neque tamen ſemper iisdem verbis characteres, quibus ab auctoribus concepti exſtant, tranſcripſi, ſed, ubi neceſſe erat, ad Linneanorum rationem, ſenſu tamen illibato, eos accommodavi, ut cunctis quædam eſſet conformitas. Quantum autem fieri potuit, characteres auctorum cum plantis ipſis contuli; qua comparatione interdum mihi nata eſt occaſio, quædam, ſi non corrigendi, curatius tamen & naturæ convenientius reddendi. In generibus, ex opere Aubletiano depromtis, deſcriptiones franco-gallico idiomate traditas potius quam latinas, quoties utraque non ex aſſe conveniret, ſequutus ſum; quum his illæ pleniores magisque ad plantas vivas factæ eſſe viderentur; forſitan tamen in utrisque habentur, quæ corrigere ſit neceſſe, cumprimis in characteribus florum exiguorum difficiliumque extricatu. Præter nova autem genera, ex aliis auctoribus deſumta, nonnulla addidi a memet ipſo primum obſervata, inter plantas, quarum ſemina, & exempla ſicca, amicorum benevolentiæ accepta refero. Hæc χειμηλια botanica, & obſervationes a probatis auctoribus literis conſignatæ, opportunitatem mihi quoque præbuerunt, characteres quosdam, quos b. Linneus mancos reliquerat, ſupplendi.

In corrigendo Linneo parcus fui & circumſpectus. Quædam genera tamen in alium locum transferre, quædam, ſed pauca, dividere vel conjungere, & ipſos quoque characteres paſſim emendare, viſum eſt neceſſarium. In quibusdam unum duntaxat alterumve vocabulum vel addendum erat, vel delendum; in aliis plura occurrebant refingenda; alios omnino delere opus erat, novis in eorum locum ſubſtitutis; quales A. C. ſunt characteres quorumdam Contortarum, quos

ad obſervationes a me factas elaboravi integros. Nondum tamen omnis emendationum materia eſt exhauſta. Namque, ut pauciſſima ſaltem afferam exempla, e primis claſſibus depromta, Cinna proprii generis dignitatem tueri vix poterit, ſed ad Agroſtin erit amandanda; Triplaris, cujus antheræ putatæ pro petalis potius ſunt habenda, ſecundum obſervationem Aubletii e Triandria Trigynia in Dicœciam Dodecandriam translocanda; ſimilique ratione Aphanes, niſi cum Alchemilla erit conjungenda, in Monandriam Monogyniam forte migrare debebit. Neque deerit in characteribus quædam aliter conſtituendi argumentum.

In ſervandis nominibus quæ ſuis generibus quisque dederat auctor, religioſus fui, ſi ita erant comparata, ut ſervari potuerint; Aubletianæ vero nomenclaturæ, quum nimis ſit barbara, aliam quin ſubſtituerem, me continere nequivi; quæ tamen rei herbariæ ſi non utilis, certe non erit noxia, quandoquidem per quemlibet, cui meliores forte videbuntur Aubletii denominationes, habit, iisdem illarum loco uti. Ubi genus aliquod in duo erat dividendum, ſpecies tempore priores, ut potiores jure, genericum nomen retinuere, reliquæ novum ſortitæ ſunt; v. c. Ochnæ ſquarroſæ manſit nomen Ochnes, Jabotapita Plum. ab illa, ſecundum characteres, ſeparata, novum accepit Gomphiæ. Quædam genera, a me conſtituta, &, ut jus fert inventoris, ejusque qui inventoris loco eſt, denominata, in celeb. Swartzii libro, ſupra memorato, reperi aliis ab ipſo nominibus inſignita; his, quoad res erat integra, meis deletis, Swartziana dedi nomina; quotquot autem plagulis, quæ prelo jam exierant, continebantur, his iſta adimere, ut illa ſubſtituerem, nequivi: eliget itaque, quicumque velit, quæ commodiſſima ſibi videbuntur. — Ceterum aſteriſco numeris præfixo diſtinxi, genera, quæ mea

opera huic editioni acceſſerunt; ſigno crucis vero, in quibus aliquid mutavi. Quæ characteribus vel obſervationibus addidi, literis *S.* vel *Schr.* quæ vero Reichardum habent auctorem, litera *R.* notantur.

Ad calcem aliqua appoſui genera, quæ, me non advertente, exciderant, vel ſerius in meam pervenere notitiam; item quædam addenda & corrigenda, quæ, ante libri uſum, ut ſuis quæque locis notare velint, lectores rogo humaniſſime.

In nova, eaque ſimiliter aucta & emendata Specierum plantarum editione apparanda occupatus, rei herbariæ Cultores, qui plantas habent in operibus Linneanis omiſſas, ut, qua ſunt benevolentia, earum, ſi fieri poteſt, videndarum mihi facere velint copiam, etiam atque etiam oro & obſecro, quem favorem quibuscunque mutuis officiis demereri allaborabo. Illorum vero, a quibus vel plantas in hunc uſum accepi, quibusque pro illo beneficio & gratias ago, quas poſſum, maximas, & me profiteor obſtrictiſſimum, — vel in poſterum accepero, nominum gratam ad ſingulas ſpecies mentionem facere non intermittam. Scr. Erlangæ menſe Martio an. CIↃIↃCCLXXXVIIII.

RATIO OPERIS.

1.

OMnia, quæ a nobis vere dignoſci poſſunt, dependent a clara Methodo, qua diſtinguimus ſimilia a diſſimilibus. Hæc Methodus quo magis naturales comprehendit diſtinctiones, eo clarior rerum nobis naſcitur idea. Quo circa plura verſatur noſter conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis neceſſaria evadit. Nullibi tot objecta humanis ſenſibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum iſtum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo ſi ullibi pura methodus e re eſt, ſane hic, ſi Vegetabilium claram ideam obtinere ſperabimus: hinc CÆSALPINUS: *Niſi in ordines redigantur Plantæ, & velut caſtrorum acies diſtribuantur in ſuas claſſes, omnia fluctuari neceſſe eſt.*

2. Nota itaque ei ſunt Vegetabilia, qui (1) ſimilia ſimilibus conjungere, & diſſimilia a diſſimilibus ſeparare novit.

3. *Botanicus* eſt ille, qui Vegetabilia ſimilia ſimilibus, & diſtincta diſtinctis Nominibus, cuicunque intelligibilibus, noſcit (2) nominare.

4. *Nomina* (3) Plantarum ſunt *Generica*, &, (ubi plures Species) *Specifica*. Hæc debent eſſe certa & fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia antequam eſſe poſſunt, neceſſe eſt ut ſint impoſita certis, nec vagis, generibus (2. 6.): his enim vacillantibus, vacillant & Nomina, ac per conſequens Doctrina Botanici (3).

5. *Species* tot ſunt, quot diverſas & conſtantes formas in hoc globo produxit Infinitum Ens; quæ formæ, ſecundum generationis inditas leges, producunt plures, ſibi ſimiles, quam quæ fuere. Ergo Species tot ſunt, quot diverſæ formæ ſeu ſtructuræ Plantarum, rejectis iſtis, quas locus vel caſus parum differentes (*Varietates*) exhibuit, hodienum occurrunt.

6. *Genera* autem tot ſunt, quot attributa communia proxima diſtinctarum ſpecierum (4), ſecundum quæ in primordio creata fuere. Confirmant hæc revelata, inventa, obſervata. Hinc

Omnia Genera naturalia ſunt.

Non enim licet conjungere ſub eodem genere Equum & Suem: licet ambæ ſpecies monungulæ eſſent; nec Capreolum, Rangiferum & Alcen genere diſtinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenta & ſedula obſervatione inquirere debemus, cum a priori difficilius determinentur; licet hoc opus, hic eſſet labor, nam *confuſis generibus omnia confundi neceſſe eſt*. Cæſalp.

7. A *Fructificatione* plantas distinguere in genera (6), Infinitæ Sapientiæ placuisse, detexit posterior ætas, & quidem primus, seculi sui Ornamentum, CONRADUS GESNERUS, uti patet ex Epistolis ejus posthumis, ex tabulis per Camerarium editis. Quamquam primus, qui summum hoc inventum in usum deduxit, ANDREAS CÆSALPINUS fuit. At exspirasset mox, nisi ROBERTI MORISONI cura resuscitatum fuisset, & a JOSEPHO PITTONO TOURNEFORTIO ad regulas Systematicas puras enutritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroës.

8. Dato hocce fundamento (7), hocce puncto fixo, mox in usum vertere, mox Systema struere allaborarunt omnes hisce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, & in eundem finem, at non omnes eodem cum successu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem si non observant ædiles, illico ruit prima oborta tempestate, splendidissimum quamvis, ædificium: BOERH. Inst. 31. DOCENTI *procedendum a generalibus ad singularia quæque, dum inventa explicat*; *ut* INVENTORI *contra a singularibus ad generalia eundum fuit.* Assumserunt enim Varii diversas partes Fructificationis pro principio systematico, & cum eo secundum divisionis leges a Classibus per Ordines descenderunt ad Species usque, & hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt & dilacerunt naturalia (6) ge-

nera: naturæque vim intulerunt: e. gr. alius a *Fructu* negat genere conjungi poſſe Perſicam & Amygdalum; alius a *regularitate Petalorum* negat Valerianam & Valerianoiden Kn.; alius a *Numero* negat Linum & Radiolam Dill.; alius a *Sexu* negat Urticam androgynam & dioicam &c. genere inter ſe combinari poſſe; quod ſi, dicunt, non claſſe conjungi poſſunt, multo minus genere; ſed non obſervant ſe conſtrixiſſe Claſſes qualescunque, ipſum vero Creatorem Genera. Hinc tot falſa genera! tot controverſiæ inter Auctores! tot mala nomina! tanta confuſio! Immo eo tandem redacta eſt res, ut quoties ſurgat novus Syſtematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et neſcio ſane ipſe, num plus damni vel emolumenti attulerint Syſtematici, certe ſi indocti conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent hæc fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec ſine ratione. Fateor, Theoria eorum optima eſſet, ſi modo Summo Conditori placuiſſet omnes fructificationes ejusdem generis æque ſimiles inter ſe produxiſſe ac individua ejusdem ſpeciei. Quod cum factum non ſit, nihil ſupereſt aufugii, quin nos, qui naturæ Magiſtri eſſe non poſſumus, nec ſecundum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmet ipſos Naturæ legibus ſubjiciamus, Notasque plantis inſcriptas ſolerti ſtudio legere addiſcamus. Si ſingula differens nota fructificationis ſufficiens dijudicaretur pro

diſtinguendo genere, quid hæſitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere ſunt ſpecies; vix enim noti nobis ſunt duarum ſpecierum flores, inter ſe adeo ſimiles, quin aliqua intercedat partium differentia; & allaboravi quoque quondam a ſolo flore etiam differentias ſpecificas tradere omnes, licet, facilior cum detur via, ſæpe minus fructuoſo conamine. Agnoſcenda itaque ſuadeo omnibus Botanicis ſanis, ſi quæ certitudo unquam in arte deſideretur, *Genera & Species eſſe naturalia omnia*, ſine quo aſſumpto principio nulla ſalus in arte poteſt obtineri. F. B. 132. 157. Supponamus D. T. O. ab initio creaſſe unicam tantum ſpeciem e quovis genere. Supponamus etiam, has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab aliorum generum ſpeciebus fœcundatas; ſequeretur inde quod plures orirentur Species, dum hæ Floris ſtructura evaderent quodammodo Matri ſimiles, at Herbæ ſtructura Patri. *confer. Amœn. acad.* 6. *pag.* 279.

9. Aſſumto hocce poſtulato (8), procedant ſecundum ſuam Methodum ſinguli; dividant Genera hæc in Ordines & Claſſes; Cæſalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a *Fructu*; Tournefortius a *figura Corollæ*; Rivinus a *numero & æqualitate Petalorum*; Magnol a *Calyce*, & nil noxæ adferent hæ methodi omnes, ſed contra, ſi bene elaboratæ, ſummam utilitatem, dum videre licet, quantum hæc vel illa

pars fructificationis conſiderata valeat in his vel illis Claſſibus Naturalibus. Parum refert, qua methodo poſſimus pervenire ad genera facillima via. Iſta reliquis præferenda eſt, quæ certiori tramite ſecurius ad ea ducit; quæque maxime univerſalis eſt; vix enim credo, ullos facili adeo natos eſſe memoria, ut absque Syſtemate genera tenere queant. Methodus itaque erit viæ dux; *Ordines* enim ſunt Claſſes ſubalternæ; & pauca diſtinguere, facilius eſſe, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego, æque dari Claſſes naturales, ac Genera naturalia; non nego quin methodus naturalis & noſtræ & omnium inventarum methodis longe præferri deberet; ſed rideo omnes methodos naturales hactenus exclamatas, & in me defenſionem provocatus ſuſcipio, quod nulla, ne unica claſſis, antea data, in ullo ſyſtemate, naturalis ſit, quamdiu iſta genera iſtique characteres, qui jam ſunt, ſub iisdem militant. Facile eſt, maximam notorum generum partem ad ſuas claſſes naturales amandare; at eo difficilius reliqua. Nec ſperare fas eſt, quod noſtra ætas Syſtema quoddam Naturale videre queat, & vix ſeri Nepotes. Attamen plantas noſſe ſtudemus; ideoque interim Artificiales aſſumendæ ſunt Claſſes & Succedaneæ. *Claſſes Naturales* omnibus arriderent, modo quis eorum characteres eruere poſſet; has autem ſiſtere, absque charactere, propria genera comprehendente, & aliena remo-

removente, eſſet idem, ac omnem methodum rejicere, & ad accenſam facem velle coecutire. Veteres, tempore Bauhinorum, arcte claſſibus naturalibus adhærebant, ſed deficiebat character nondum rite detectis fructificationis partibus, usque dum Tournefortius clara fructificationis luce deſcendebat ad obſcura antea genera. E. gr. Conveniat neceſſe eſt *ordine* naturali Melianthus, Epimedium, Hypecoum, Fumaria, Impatiens, Utricularia &c.: ſed quis ex ulla fructificationis parte dabit characterem combinantem & diſtinguentem? Flores *Compoſiti* comprehendant Corymbium calyce unifloro; Erigerontis ſpeciem Filamentis quatuor; Kuhniam Antheris diſtinctis; Strumpfiam Fructu baccato; quis umquam potuit dare characterem hos determinantem, nec alienos?

10. Aſſumtis Generibus naturalibus (6. 7.) ad ea tenenda pura & inculcata duo requiruntur, ut ſcilicet veræ Species, nec aliæ, ad ſua genera reducantur; utque Genera ſingula veris circumſcribantur limitibus & terminis, quos *Characteres* vocamus *genericos*.

11. *Characteres* hos (10.) dum Auctores evolvo, reperio nullos certos & fixos ante *Tournefortium*, ut Ipſi non immerito inventionis gloriam circa genera concedere debeam; dedere & alii Syſtematici aliarum Sectarum; ego tamen nullos anteceſſorum intelligo, præter Tournefortii, eorumque, qui ejus veſtigia preſſerunt, uti *Plumierus*, *Petitus*, *Boerhaa-*

vius, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Ruppius*, *Pontedera*, *Buxbaumius*, *Michelius* & pauci Alii; quorum quidem plures, quamvis a Claſſibus & Ordinibus ſeu methodo Tournefortiana receſſerint, in Generibus tamen ejus aſſeclæ fuere. Aſſumſit Tournefortius *Petala* & *Fructum* pro notis generum diagnoſticis, nec partes alias; aſſumſere & easdem ejus aſſeclæ fere omnes: at Recentiores, obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes ſolas pro generibus omnibus diſtinguendis non ſufficere intellexerunt, ac inde ad habitum, faciemque plantarum, folia puta, ſitum floris, caulem, radicem &c. confugere ſeſe coactos crediderunt, id eſt, receſſere a fundamento fructificationis (7), & ad priorem barbariem deſcenderunt. Quod quam malo omine factum, facile eſſet demonſtratu, ſi locus & tempus hæc in præſenti non prohiberent. Quidquid demum ſit, tamen agnoſcam partes non ſufficientes eſſe, a Tournefortio deſcriptas, ut ſi ſola petala & fructus vota hic ferant, & ego omne fructificationis myſterium negarem reſpueremque. Sed quæſo, quæ docuit unquam ratio, quod a ſolis hiſce Notæ ſint petendæ? quæ docuit unquam autopſia? quæ revelatio? quæ a priori vel poſteriori deſumta argumenta? ſane nulla. Auctoritatem agnoſcimus nullam, niſi autopſiam ſolam, in Re herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illæ agnoſcendæ, aliæ

non ? nonne idem , qui creavit iſtas , creavit & reliquas? nonne aliæ æque neceſſariæ ſunt partes in fructificatione, ac unquam illæ? patent nobis CALYCIS 1. *Involucrum.* 2. *Spatha.* 3. *Perianthium.* 4. *Amentum.* 5. *Gluma.* 6. *Calyptra.* COROLLÆ 7. *Tubus* ſeu ungues. 8. *Limbus.* 9. *Nectarium.* STAMINUM 10. *Filamenta.* 11. *Antheræ.* PISTILLI 12. *Germen.* 13. *Stylus.* 14. *Stigma.* PERICARPII 15. *Capſula.* 16. *Siliqua.* 17. *Legumen.* 18. *Nux.* 19. *Drupa.* 20. *Bacca.* 21. *Pomum.* SEMEN 22. *ejusque* 23. *Corona.* RECEPTACULUM 24. *Fructificationis.* 25. *Floris.* 26. *Fructus.* Plures ſane hic partes, hic litteræ, quam in litteris linguarum ſeu alphabetis. Hæ Notæ omnes ſunt nobis totidem litteræ vegetabilium, ex quibus lectis characteres (10) addiſcamus plantarum; has inſcripſit Conditor; has legere, noſtrum erit ſtudium.

12. *Tournefortius* ſuis characteribus ſtupenda præſtitit; cum vero dein detecta ſint tot tamque multa & nova genera, noſtrum erit ejus principiis quidem inhærere, ſed ea augere novis inventis, ut ſcientia accreſcat.

13. *Icones* ſolas pro determinandis generibus non commendo. Antequam litterarum mortalibus innotuit uſus, neceſſarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris ſonus præſens eſſe non potuit; at inventis his, facilior certiorque naſcitur via communicandi ideas ſcriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas litteras (11) figuræ hæ auxilium præbuere

ſummum; at datis his, compendioſiori itur via; nobis ſunt litteræ ultra viginti ſex (11), quibus ſcribamus noſtras ideas.

α. Ab icone enim quis poteſt unquam aliquod argumentum firmum deſumere? ſed a verbis ſcriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in opere aliquo in uſum traherem recenſeremque, non poſſum ſemper commode icones depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at deſcriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, differrent partes, uti numero vel figura inter ſe in diſtinctis ſpeciebus, tenerer tamen tradere partium ſitum & proportionem. Non poſſum hæc ullo modo exprimere icone, niſi totidem darem figuras. Si itaque 50. eſſent ſpecies, totidemque deberem tradere picturas, quis ex hiſce tam multis ullam certitudinem elicere poſſet? at in deſcriptione differentes partes ſilere, convenientes deſcribere, facilior longe eſt labor, intellectuque facillimum.

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas æque clare, ſi non clarius, ac alii ſplendidiſſimis ſuis iconibus. Huic viæ inſtitit primus magnus BOERHAAVIUS; ea autem incedere cum Eo via, quam patefecit, tentavit nemo.

15. Triplici modo obtinentur Characteres (11) Generici; *Factitii* ſcilicet, *Eſſentiales* & *Naturales* F. B. 186-302.

16. *Factitius* (15) Character unicam notam generi imponit, qua unum a reliquis ſub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) diſtinguere tenetur. Character ejusmodi eſt intellectu omnium facillimus, & inſtituitur per Dichotomias ſeu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in præcedentibus Synopſis editionibus), Knautio, Kramero datus. Sane ſi ulla unquam dubia moverentur de Claſſe vel Ordine, & omnia in rerum natura exiſtentia Genera detecta eſſent, reliquis facilior foret; quæ cum detecta non ſint, nec eſſe poſſint, fallit & fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, fallaces evadunt proximi, & quotquot e ramo, cui annecti debet, enati ſunt Characteres.

17. *Eſſentialis* (15) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriiſſimam ſubminiſtrat. Hic commendat ſe brevitate & certitudine, uti in Parnaſſia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a ſolis nectariis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus Generibus? maxime hæreo; vellem enim eſſentiales videre Characteres in Umbelliferis, aliisque.

18. *Naturales* (15) itaque heic trado Characteres, qui notas facile omnes in fructifica-

tione obvias & communes exhibent. Tales ante me, quantum novi, dedit nullus.

Uſus & prærogativæ Characteris Naturalis ſunt:

α. Applicabilis eſt ejusmodi Character Methodis omnibus datis & dandis, ſi modo indeſtructibili fundamento fructificationis ſuperſtructum ſit Syſtema. Deſumat quis Methodum vel a *calyce*, vel *corolla*, vel *ſtaminibus*, vel *piſtillis*, vel *fructu*: idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus.

Antea neceſſe fuit tot componere Characteres omnium generum, quot prodiere Syſtemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam, eam ob cauſam, Generi Naturali proximo vel addere vel auferre neceſſe eſt, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Diſtincte poteſt tradi, absque methodo, hic Character ſeu, Generis hæc definitio, in quocunque libro placeat, & æque perfecte teneri & intelligi, ac dum ſub ſua militabat claſſe.

δ. Exprimit eandem ideam, ſi vel nomina millies mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus neceſſario ab aliis diſtingui debet ſubjectum Genus: hæ confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notæ aliquæ

ſuperfluæ ſint, ſi omnia detecta eſſent Genera, ſerus determinabit dies.

19. *Notas*, in deſcribendo ſingulas partes fructificationis, ſelegi certas & reales, nec vagas vel lubricas. Aſſumſere alii ſæpe ſaporem, odorem, colorem, magnitudinem (absque proportione). Has apud me allegatas nunquam videbis, ſed tantum quatuor iſta certa & firma principia mechanica: *Numerum*, *Figuram*, *Situm* & *Proportionem*. Hæc quatuor Attributa, cum Litteris iſtis viginti ſex (11), diſtinguunt Genera adeo certe a ſe invicem, ut ne quid ſupra; non deficiunt notæ pro generibus determinandis, hiſce ſolis conſideratis; ſed ſuperfluæ forent reliquæ, nec cogit ulla neceſſitas, ad habitum plantarum confugere, qui mutus eſt.

20. In charactere ejusmodi conficiendo aſſumendæ ſunt omnes detectæ Species; Notæ quatuor (19) in omnibus partibus fructificationis obviæ probe ſunt deſcribendæ, quæque non conveniunt Speciebus omnibus, excludendæ, & convenientes ſolæ retinendæ. Cumque non uni detur homini omnes videre Species, debet ille, qui plures videt, notasque in iſtis differentes obſervat, has in charactere excludere, ut tandem Poſteri abſolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis ſcrutandi partes, difficultatem plurimis moleſtam fo-

re, certe iis, qui absque labore doctrinam desiderant, prævideo; nihilominus certiorem dari viam nullam spondeo. E. gr. Nullus mihi negabit, quin animalia omnia, etiam insecta, a Nota inscripta vel Structura dignosci debeant; si itaque insectum esset adeo parvum, ut vix oculis percipi posset, tamen ejus partes lustrare debes, antequam scire queas, num Monoculus sit, vel Acarus. Sic etiam in plantis. Omnia, quæ descripsi, nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri, difficilior, quam nobis, erit labor, at gratus & jucundus.

22. *Florem* longe præferri debere *Fructui*, intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longe sentiant Alii, quodque *Nectaria* majoris essent considerationis pro determinandis Generibus, quam fere pars ulla alia, licet tantopere neglecta & nihili habita ab Aliis, immo ne nomine quidem distincta.

23. *Nomina* nullum terreant nova, sed si ea non placerent, nova ipsa finge, vel Synonyma allegata retine, si magis arrideant. Rationes, cur ea mutavi, dedi in CRITICA BOTANICA.

24. Auctoribus nullis fidem adhibui, præter *Dillenio* in Horto Elthamensi, *Rheede* in Horto Malabarico, quos accuratos esse observavi: & *Plumiero* in Americanis, ubi nulli alii erant Auctores.

Diſtinxi tamen caute: *Aſteriſcum* * adpoſui, ubi plantas vivas examinare licuit: *Crucem* †, ubi ſiccas ſolum habere potui; & nullam notam, ubi nil vidi, ſed Auctoribus fiſus, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. *Pauciſſimis*, quibus potui, *verbis* ideas meas expreſſi, ſollicitus magis de ponderoſis, quam pompoſis, & eloquentibus latinitatis floſculis.

26. *Terminis* paucis *Artis* uſus ſum, nec fere aliis, quam qui cuique notiſſimi; *magnitudinis* notam nunquam, niſi reſpectivam ad reliquas partes, allegavi. Ubi dubia occurrebant, magis ſollicitus fui vanis altercationibus me eripere, quam his miſcere. E. gr. Ubi dubium de Calyce & Corolla fuit. Secundum *motum ſolis* inflexum eſſe florem vel contra eundem, ex conceptu vulgi dixi; quod aliis dicitur a ſiniſtris dextrorſum, vel contra.

27. *Species* ſub generibus militantes dedi in SPECIEBUS PLANTARUM, Holm. 1762. impreſſis.

28. Partium fructificationis Definitiones in PHILOSOPHIA BOTANICA evolvantur a tironibus.

29. *Uſum* Syſtematis alicujus Botanici ne tironibus quidem commendare opus eſt, cum absque eo nulla in botanicis detur certitudo. Introeant hortum, exoticis plantis & incognitis refertiſſimum, eumque ſimul Bibliotheca Botanica optima inſtructum, duo curioſi, alter Syſtematicus, alter Empiricus; cum ille facile

redigit plantas ex lectis in fructificatione litteris (11) ad ſuam Claſſem, Ordinem, & Genus, quo dato paucæ reſtant ſpecies diſtinguendæ; tenetur alter omnes evolvere libros, omnes perlegere deſcriptiones, & figuras omnes inſpicere, infinito labore; nec de planta, niſi caſu, certus fiet.

30. Plura præfari ſuperfluum duco. Rationem & leges theoriæ noſtræ qui deſiderat, adeat *Fundamenta Botanica* & *Philoſophiam Botanicam:* quique de Methodo noſtra ſexuali plura velit, evolvat *Syſtema* noſtrum *Naturæ.*

In hac Editione varia emendavimus, imprimis adjecimus characteres omnium novorum generum, quorum plantas recenſuimus in Speciebus plantarum ſecundæ editionis.

Upſaliæ 1763. *d.* 20. *Decembr.*

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIÆ PLANTARUM.

Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.

Floreſcentia.

- *PUBLICÆ.*
  Nuptiæ, omnibus manifeſtæ, aperte celebrantur.
  Flores unicuique viſibiles.
  - MONOCLINIA.
    Mariti & uxores uno eodemque thalamo gaudent.
    Flores omnes hermaphroditi ſunt, & ſtamina cum piſtillis in eodem flore.
    - DIFFINITAS.
      Mariti inter ſe non cognati.
      Stamina nulla ſua parte connata inter ſe ſunt.
      - INDIFFERENTISMUS.
        Mariti nullam ſubordinationem inter ſe invicem ſervant.
        Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter ſe invicem habent.
        1. MONANDRIA.
        2. DIANDRIA.
        3. TRIANDRIA.
        4. TETRANDRIA.
        5. PENTANDRIA.
        6. HEXANDRIA.
        7. HEPTANDRIA.
        8. OCTANDRIA.
        9. ENNEANDRIA.
        10. DECANDRIA.
        11. DODECANDRIA.
        12. ICOSANDRIA.
        13. POLYANDRIA.
      - SUBORDINATIO.
        Mariti certi reliquis præferuntur.
        Stamina duo ſemper reliquis breviora ſunt.
        14. DIDYNAMIA.
        15. TETRADYNAMIA.
    - AFFINITAS.
      Mariti propinqui & cognati ſunt.
      Stamina cohærent inter ſe invicem aliqua ſua parte vel cum piſtillo.
      16. MONADELPHIA.
      17. DIADELPHIA.
      18. POLYADELPHIA.
      19. SYNGENESIA.
      20. GYNANDRIA.
  - DICLINIA (a δὶς bis & κλίνη thalamus ſ. duplex thalamus.)
    Mariti & Feminæ diſtinctis thalamis gaudent.
    Flores maſculi & feminei in eadem ſpecie.
    21. MONOECIA.
    22. DIOECIA.
    23. POLYGAMIA.
- CLANDESTINÆ.
  Nuptiæ clam inſtituuntur.
  Flores oculis noſtris nudis vix conſpiciuntur.
  24. CRYPTOGAMIA.

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA. a μόνος unicus, & ἀνὴρ maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA.
Mariti quatuor in eodèm conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
(Si Stamina 2 proxima breviora ſunt, referatur ad Cl. 14.)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA.
Mariti ſex in eodem conjugio.
Stamina ſex in flore hermaphrodito.
(Si ex his Stamina 2 oppoſita breviora, pertinet ad Cl. 15.)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti ſeptem in eodem conjugio.
Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem thalamo cum femina.
Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novemdecim in flore hermaphrodito.

XII. ICOSANDRIA. ab εἴκοσι viginti & ἀνὴρ.
Mariti viginti communiter, ſæpe plures.
Stamina calyci (non receptaculo) *inſident fl. Hermaphr.*

XIII. POLYANDRIA. a πολὺς & ἀνὴρ.
Mariti viginti & ultra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inſerta, *a 20 ad 1000, in eodem, cum piſtillo flore.*

XIV. DIDYNAMIA. a δὶς bis, & δύναμις potentia.
Mariti quatuor, quorum 2 longiores, & 2 breviores.
Stamina quatuor: qnorum 2 proxima longiora ſunt.

XV. TETRADYNAMIA.
Mariti ſex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina ſex: quorum 4 longiora, 2 autem oppoſita breviora.

XVI. MONADELPHIA. a μόνος unicus, & ἀδελφὸς frater.
Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.

XVII. DIADELPHIA.
Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

XVIII. POLYADELPHIA.
Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt.
Stamina filamentis, in tria, vel plura, corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. σὺν simul, & γένεσις generatio.
Mariti genitalibus fœdus constituerunt.
Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

XX. GYNANDRIA. a γυνὴ femina & ἀνὴρ maritus.
Mariti cum feminis monstrose connati.
Stamina pistillis (non receptaculo) *insident.*

XXI. MONOECIA. a μόνος unicus, & οἰκία domus.
Mares habitant cum feminis in eadem domo, sed diverso thalamo.
Flores masculi & feminei in eadem planta sunt

XXII. DIOECIA.
Mares & feminæ habitant in diversis thalamis & domiciliis.
Flores masculi in diversa planta a femineis prognascuntur.

XXIII. POLYGAMIA. a πολὺς, & γάμος Nuptiæ.
Mariti cum uxoribus & innuptis cohabitant in diſtinctis thalamis.
Flores hermaphroditi & maſculi aut feminei in eadem ſpecie.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a κρυπτὸς occultus, γάμος Nuptiæ.
Nuptiæ clam celebrantur.
Flores intra fructum vel ſingulari modo occultati.

* * *

ORDINES a Feminis ſeu Piſtillis, ut claſſes a Maribus ſeu Staminibus, deſumuntur; in claſſe Syngeneſiæ autem a cæteris differunt Ordines; e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia, &c. a γυνὴ femina, præpoſitis numeris græcis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες. &c.
i. e. *Piſtillum 1. 2. 3. 4. &c. Numerus hic piſtilli deſumitur a Baſi ſtyli; ſi ſtylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus ſit.*

POLYGAMIA ÆQUALIS conſtat multis nuptiis, conjugia plura contrahentibus.
i. e. *multis floſculis ſtaminibus & piſtillis inſtructis.*
Flores ejusmodi maximam partem vulgo Floſculoſi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum diſcum occupant, & ambitum cingunt thalami meretricum maritis deſtitutarum, ut a maritis uxoratis fœcundentur.
i. e. *ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, & marginem cingunt floſculi feminei, ſtaminibus deſtituti, idque triplici modo:*

(a) SUPERFLUA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt, & familiam propagare queunt; adeo ut meretricum auxilium videatur ſuperfluum.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; flores quoque feminei, radium conſtituentes, ſimiliter ſemina ferunt.*

(b) FRUSTRANEA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt, & ſpeciem propagare queunt; Meretrices autem ob defectum vulvæ, veluti caſtratæ, imprægnari nequeunt.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur, & ſemina proferunt; floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.*

(c) NECESSARIA dicitur, cum feminæ maritatæ, ob genitalium labem & vulvæ defectum ſteriles, familiam propagare nequeunt; meretricibus a maritis feminarum fœcundatis, uxorum locum ſupplentibus, ſobolemque læte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi, ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.*

POLYGAMIA SEGREGATA, ubi thalami plures in eodem toro locati.

i. e. *cum floſculi plures Calyce communi comprehenſi, propriis Perianthiis etiam inſtruuntur.*

Classis I.

MONANDRIA

I. MONOGYNIA.

1. *Canna.*
2. *Renealmia.*
3. *Amomum.*
4. *Costus.*
5. *Alpinia.*
6. *Myrosma.*
7. *Maranta.*
8. *Curcuma.*
9. *Kæmpferia.*
10. *Thalia.*
11. *Cucullaria.*
12. *Qualea.*
13. *Bœrhaavia.*
14. *Salicornia.*
15. *Hippuris.*

II. DIGYNIA.

16. *Corispermum.*
17. *Callitriche.*
18. *Blitum.*
19. *Mniarum.*
20. *Cinna.*

MONANDRIA

I. MONOGYNIA.

1. CANNA. * *Gærtn.* 12. Cannacorus *Tournef.* 192.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, parvis, coloratis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ſexpartita: *Laciniæ* lanceolatæ, baſi coalitæ, quarum *tres exteriores* erectæ, calyce majores; *tres interiores* exterioribus majores, (duæ erectæ, unica reflexa) labium ſuperius conſtituentes.

Nectarium petaloideum, bipartitum, longitudine & figura petalorum: lacinia ſuperiore adſcendente; inferiore revoluta, labium inferius corollæ mentiente.

Stam. *Filamentum* nullum. *Anthera* linearis, adnata margini nectariferæ laciniæ ſuperioris.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſcabrum, inferum. *Stylus* unicus, enſiformis, nectario antherifero adnatus, lanceolatus, longitudine & figura petali. *Stigma* lineare, margini ſtyli adnatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, ſcabra, coronata, trifulca, trilocularis, trivalvis.

Sem. nonnulla, globoſa.

Obs. Nectarium *pro Corollæ labio habet Auctor, cui Stylus adnatus, in Syſt. Nat. R.*

* 2. RENEALMIA. *Linn. fil. ſuppl.* 7.

Cal. *Perianthium* ſuperum, monophyllum, tubuloſum, apice rumpens in duo ſ. tres dentes irregulares.

Cor. monopetala. *Tubus* rectus, cylindricus. *Limbus* trifidus: *laciniis duabus ſuperioribus* oblongis, rotundatis, æqualibus; *inferiore* ſuperioribus vix longiore, canaliculata, oblonga.

Nectarium tubo corollæ adnatum, ſub laciniis ſuperioribus adſcendens, rectum, longitudine corollæ, oblongum, baſi utrinque unidentatum, tum ſinu excavato, apice dilatatum & obtuſe trilobatum.

Stam. *Filamentum* nullum. *Anthera* unica, fauci tubi inſerta, in ſinu laciniæ inferioris corollæ, nectario oppoſita,

libera, recta, linearis, emarginata, interius sulco exarata, longitudine & latitudine laciniæ corollinæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum, obsolete triquetrum, glabrum. *Stylus* filiformis, glaberrimus, erectus longitudine corollæ. *Stigma* peltatum: *capitulo* plano: latere ad nectarium vergente truncato, perforato, foramine in stylum decurrente.

Per. *Bacca* oblonga, trisulca, teres, glabra, umbilico terminata, carnosa, in medio trilocularis. *Loculamenta* mollia, membranacea.

Sem. plurima, oblonga, truncata, tetragona, glaberrima.

3. AMOMUM. *Mus. Cliff.* §. II. 5. Zingiber *Gærtn.* 12.

Cal. *Perianthium* superum, obsoletum, tridentatum.

Cor. monopetala. *Tubus* brevis. *Limbus* tripartitus: *laciniis* oblongis, *media* majori, sinu huic opposito patentiore. *Nectarium* monophyllum, lacinias petali vix superans, ejusdem sinui majori insertum.

Stam. *Filamentum* unicum, oblongum, petali laciniæ simile. *Anthera* adnata.

Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine staminis. *Stigma* obtusum.

Per. coriaceum, subovatum, trigonum, triloculare, trivalve.

Sem. plura.

Obs. Nectarium *pars Corollæ*, *hinc Corolla* 4-*fida*, *in Syst. Nat. R.*

4. COSTUS. *Mus. Cliff.* §. II. 3.

Cal. *Perianthium* tridentatum, minimum, superum.

Cor. *Petala* tria, lanceolata, erectiuscula, concava, æqualia. *Nectarium* monophyllum, magnum, oblongum, tubuloso-inflatum, bilabiatum: *Labium inferius* latius, corolla longius: Limbo patente, trifido: intermedia tripartita. *L. superius* lanceolatum, brevius, filamenti vices gerens.

Stam. *Filamenti vices* gerit nectarii superius labium, cui *Anthera* bipartita adnata.

Pist. *Germen* inferum, subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine filamenti. *Stigma* capitatum, compressum, emarginatum.

Per. *Capsula* subrotunda, coronata, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, triangularia.

Obs. Nectarium Corollam *interiorem ringentem appellat Autor, cujus labium inferius ſit tripartitum: media emarginata, in Syſt. Nat. R.*

5. ALPINIA. † Alpina *Plum.* 11. *Gærtn.* 12.

Cal. *Perianthium* trifidum, parvum, ſuperum.

Cor. monopetala, inæqualis, & quaſi duplicata: *Exterior* trifida: *lacinia ſuperiore* concava, *lateralibus* planis; *tubo* inſtructa. *Interior* brevior: *limbo* trifido, *lacinia infima* propendente extra diviſuram lateralium exterioris corollæ: *reliquis* emarginatis. *Baſis* ventricoſa.

Stam. *Filamentum* laciniæ interiori corollæ ſimile. *Anthera* linearis, adnata margini filamenti.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſo-trigonum.

Per. *Capſula* carnoſa, ovata, trilocularis, (unilocularis *Gærtn.*) trivalvis.

Sem. plurima, ovata, *apice* prominula, truncata, *baſi* caudata. *Receptaculum* pulpoſum, maximum.

Obs. Alpiniam *ad* Amomum *refert ill.* Rottboell *Coll. Soc. med. Hafn.* 2. *p.* 249. *R.*

* 6. MYROSMA. *Linn. fil. ſuppl.* 8.

Cal. *Perianthium* ſuperum, duplex: *exterius* triphyllum: *foliolis* æqualibus, membranaceis, oblongis, canaliculatis, integerrimis; *interius* tripartitum: *laciniis* æqualibus, patentibus, oblongis, integerrimis, apice macula fuſca notatis.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* duabus *ſuperioribus* brevioribus, oblongis, inæqualiter emarginatis; tribus *inferioribus* longioribus, apice trifidis, inciſis: intermedia breviore.

Stam. *Filamentum* unicum, liberum ſ. margini laciniæ intermediæ inferioris adnatum, baſi membranaceum, ſubulatum. *Anthera* ovata, compreſſa.

Pist. *Germen* triquetrum, inferum. *Stylus* craſſus, deflexus, brevis, trigonus, longitudinaliter fiſſus, parte priore hirſuta. *Stigma* vulviforme, apertum, labio dilatato.

Per. *Capſula* trilocularis, trivalvis, trigona.

Sem. plura, angulata.

7. MARANTA. * *Plum.* 36.

Cal. *Perianthium* triphyllum, lanceolatum, parvum, ſuperum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, compreſſus, obliquus, inflexus. *Limbus* ſexfidus: *laciniis exterioribus alternis* ovatis, æqualibus, minoribus: quarum unica infima; binæ ſupremæ; *alternis duabus lateralibus* maximis, ſubrotundis, labium inferius repræſentantibus: *ſumma* parva, bipartita.

Stam. *Filamentum* membranaceum, laciniæ corollæ ſimile. *Anthera* linearis, adnata margini alteri filamenti.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ. *Stigma* obſolete trigonum, inflexum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, obſolete trigona, trivalvis. *Plum.*

Sem. unicum, ovatum, rugoſum, durum. *Plum.*

8. CURCUMA. † *Muſ. Cliff.* §. II. 4.

Cal. *Perianthium* ſuperum, obſoletum.

Cor. *Petali* tubus anguſtus. *Limbus* tripartitus: *laciniis* lanceolatis, patentibus, ſinu altero magis dehiſcentibus. *Nectarium* monophyllum, ovato-acuminatum, laciniis petali majus, ejusdem ſinui patentiori infertum.

Stam. *Filamenta* quinque, quorum *quatuor* erecta, linearia, caſtrata: unicum (*quintum*) intra Nectarium, lineare, pe aliforme, apice biſido: *Anthera* adnata.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, uncinatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.

Sem. plurima.

9. KÆMPFERIA. *

Cal. *Perianthium* ſuperum, obſoletum.

Cor. monopetala. *Tubus* longus, tenuis. *Limbus* planus, ſexpartitus: *laciniis tribus alternis* lanceolatis, æqualibus: *reliquis duabus laciniis* ovatis: *ſuprema* bipartita, lacinulis obcordatis: *omnibus* longitudine æqualibus.

Stam. *Filamentum* unicum, membranaceum, ſubovatum, emarginatum. *Anthera* linearis, geminata, tota adnata, vix e tubo corollæ emergens.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigma* bilamellatum, ſubrotundum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura.

Obs. *Raro fructum fert. Germen juxta radicem locum habet.*

10. THALIA. † Cortusa. *Plum.* 8.

Cal. *Perianthium* - - - -
Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, undulata, concava: quorum *duo spathæ proxima* minora, involuta; *reliqua* fere æqualia, recta, concava.
Stam. *Filamentum* unicum. *Anthera* . . .
Pist. *Germen* ovatum.
Per. *Drupa* ovata, unilocularis.
Sem. *Nux* ossea, bilocularis.
Obs. *Secundum ill.* Rottbœll (*Coll. Soc. med. Hafn.* 2. p. 249.) est
Cal. *Perianthium* Squamæ tres, minimæ, ovatæ, ciliatæ, persistentes, germen coronantes.
Cor. *Petala* quinque, supera, marcescentia, in duplici serie; *Tria exteriora* longiora, oblonga, undulata, ad basin connata, patentia. *Duo interiora* minora, erecto-patentia, oblonga, inter se & cum nectario ad basin connata.
Nectarium petaliforme, petalis minoribus oppositum, lanceolatum, acuminatum, concavum.
Stam. *Filamentum* unicum, subulatum, nectario insertum. *Anthera* clavata.
Pist. *Germen* turbinatum, calyce coronatum. *Stylus* filiformis, inflexus. *Stigma* foliaceum, inflexum.
Per. *Drupa* oblonga, gibba, unilocularis.
Sem. unicum, subulatum, inflexum. R.

*11. CUCULLARIA. Vochy *Aublet guian. t.* 6.

Cal. *Perianthium* monophyllum, profunde quadripartitum: *laciniis* subrotundis, inæqualibus: *duabus superioribus* minoribus, dehiscentibus.
Cor. *Petala* quatuor, inæqualia, calyci inserta: *superius* adscendens, cuneiforme, excavatum, emarginatum, desinens basi in *Nectarium* corniculatum, longum, incurvum, obtusum, inter lacinias calycis superiores distantes prominens; *inferius* majus, obovatum, rotundatum, concavum; *duo lateralia* minora, verticalia, oblonga, latere inferiori a petalo majori tecta: *unguibus* latis, brevibus.
Stam. *Filamentum* unicum, petaliforme, oblongum, antrorsum latescens, apice cucullatum, calycis fundo infra germen insertum, petalo inferiori incumbens eoque longius. *Antheræ* loculi duo discreti, lineares, filamento intra cucullum adnati.
Pist. *Germen* ovatum, trisulcum. *Stylus* filiformis, recurvus, petalo superiori accumbens. *Stigma* superius planum, inferius convexum.

PER. triloculare.
SEM. plurima.
OBS. *Corolla formam bilabiatæ habet.*
Aubletius loculos antheræ pro antheris duabus numerat & hoc genus ad Diandriam *refert.*

* 12. QUALEA. *Aubl. guian. t.* 1.

CAL. Perianthium monophyllum, profunde quadripartitum: *laciniis* ovatis, coriaceis, concavis, inæqualibus: *duabus inferioribus* majoribus, dehiſcentibus.
COR. *Petala* duo, inæqualia, calyci inſerta: *ſuperius* erectum, ſubrotundum, emarginatum, deſinens baſi in *Nectarium* corniculatum, breve, obtuſum, inter lacinias calycis ſuperiores prominens; *inferius* majus, declive.
STAM. *Filamentum* unicum, breve, adſcendens, inter petalum inferius & germen inſertum. *Anthera* oblonga, ſulcata, recurva.
PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, adſcendens, longitudine ſtaminis. *Stigma* obtuſum.
PERIC. *Bacca?* unilocularis.
SEM. plurima, in pulpa nidulantia.
OBS. *Corolla bilabiatæ formam habet.*
Genus adſine præcedenti.

† 13. BOERHAAVIA. * *Vaill. ſerm.* Antaniſophyllum *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. *Perianthium* oblongum, tubulato-angulatum, corollæ ſuppoſitum, ore coarctato integro, perſiſtens.
COR. monopetala, campanulata, erecta, obtuſe quinquefida, plicata, calyci impoſita.
Nectarium carnoſum, ſubcylindrum, ore denticulato, baſin germinis cingens.
STAM. *Filamentum* unum, duo ſ. tria, nectarii margini inter denticulos inſerta, capillaria, inferne (intra calycem) tenuiora, erecta, longitudine circiter corollæ. *Antheræ* didymæ, globoſæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, pedicellatum: pedicello nectario cincto. *Stylus* filiformis, tortus, altitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
PER. nullum. Calyx major, clauſus, ſemen incruſtat.
SEM. unicum, oblongum, obtuſum, angulatum.
OBS. Mirabili *valde affinis eſt. Denticuli nectarii modo triangulares minimi, modo obſoleti ſunt.* S.

14. SALICORNIA. * *Tourneſ.* 485.

Cal. tetragonus, truncatus, ventricoſus, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, ſimplex, calyce longius. *Antbera* unica, oblonga, didyma, erecta.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* ſimplex, ſub ſtamine. *Stigma* biſidum.
Per. nullum. *Calyx* ventricoſus, inflatus.
Sem. unicum.
Obs. Stamen *unicum vidi olim in planta annua culta, alii deinde* Filamenta *duo obſervarunt. In ſpecie quadam virginiana, quam nuper ante oculos habui vivam, erat* Calyx *ſquama ovata cochlearis inſtar concava, erecta.* Stamina *certe duo.* Piſtillum *ſuperum. Syſt. Veg. p.* 51.

† 15. HIPPURIS. * Limnopeuce *Vaill. A. G.* 1719. Pinaſtella *Dill. p.* 168.

Cal. nullus, niſi margo bilobus, germen coronans.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, erectum, lobo anteriori marginis inſidens. *Anthera* ſubrotunda, compreſſa.
Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* unicus, ſubulatus, erectus, e poſteriori lobo marginis, ſtamine longior. *Stigma* acutum.
Per. nullum.
Sem. unicum, ſubrotundum, nudum.

2. *DIGYNIA.*

16. CORISPERMUM. * *Juſſ. A. G.* 1712. *Gærtn.* 75.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* duo, compreſſa, incurva, acuminata, oppoſita, æqualia.
Stam. *Filamentum* unicum, filiforme, petalis brevius. *Anthera* ſimplex.
Pist. *Germen* acutum, compreſſum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* acuta.
Per. nullum.
Sem. unicum, ovale, compreſſum, latere altero gibbum, margine acuto.
Obs. *In infimis floribus Stamina ſæpe* 2, 3, 4, *aut* 5; *in reliquis unum.*

17. CALLITRICHE. * *Gærtn.* 68. Stellaria *Dill. gen.* 6.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* duo, incurva, acuminata, canaliculata, oppoſita.
Stam. *Filamentum* unicum, longum, recurvum. *Anthera* ſimplex.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quadrangularis, compreſſa, bilocularis.
Sem. ſolitaria, oblonga.
Obs. C. verna *monoica eſt.*

18. BLITUM. * Chenopodio-Morus. *Boerh.* Morocarpus *Rupp.*

Cal. *Perianthium* tripartitum, patens, perſiſtens: *laciniis* ovatis, æqualibus; duabus magis dehiſcentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* ſetaceum, calyce longius, intra laciniam intermediam, erectum. *Anthera* didyma.
Pist. *Germen* ovatum, acuminatum. *Styli* duo, erecti, dehiſcentes, longitudine ſtaminis. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* tenuiſſima (cruſta fere ſeminis), ovata, parum compreſſa, calyce baccato facto recepta.
Sem. unicum, globoſum, compreſſum, magnitudine capſulæ.

*19. MNIARUM. *Forſter. gen.* 1. *Linn. ſuppl.* 8.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, ſuperum, parvum: *laciniis* æqualibus, erectis, ſubulatis, obtuſis, rigidis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, capillare, erectum, calyce vix longius, baſi calycis inſertum. *Anthera* ſubrotunda, ſulcata.
Pist. *Germen* inferum, ovale, vix angulatum, durum, calyce longius. *Styli* duo, filiformes, ſenſim divaricati, longitudine calycis. *Stigmata* ſimplicia.
Per. germen immutatum, calyce veſtitum.
Sem. unicum, oblongum, minimum.

20. CINNA. *

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, compreſſa, linearis, carinata, acuminata: valvula altera breviore, mucronata.

COR. *Gluma* bivalvis, compreſſa, linearis: V. *exteriore* intra calycis minorem, longiore, ſub apice ſubariſtata. V. *interiore* tenui, breviore.

Nectarium diphyllum: *Foliolis* ovatis, obtuſiuſculis, hyalinis, carnoſis, infra medium conſtrictis, minimis. S.

STAM. *Filamentum* unicum, capillare, inter nectarium & germen. *Anthera* oblonga, utrinque bifurcata.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, breviſſimi. *Stigmata* longiora, plumoſa.

PER. nullum. *Gluma* involvit.

SEM. unicum, cylindricum.

Classis II.

DIANDRIA

I. MONOGYNIA.

21. *Nyctanthes.*
22. *Jasminum.*
23. *Ligustrum.*
24. *Phillyrea.*
25. *Olea.*
26. *Chionanthus.*
27. *Ceranthus*
28. *Syringa.*
29. *Dialium.*
30. *Eranthemum.*
31. *Circæa.*
32. *Veronica.*
33. *Pæderota.*
34. *Wulfenia.*
35. *Justicia.*
36. *Dianthera.*
37. *Gratiola.*
38. *Schwenkia.*
39. *Calceolaria.*
40. *Pinguicula.*
41. *Vtricularia.*
42. *Ghinia.*
43. *Verbena.*
44. *Lycopus.*
45. *Amethystea.*
46. *Cunila.*
47. *Ziziphora.*
48. *Monarda.*
49. *Rosmarinus.*
50. *Salvia.*
51. *Collinsonia.*
52. *Morina.*
53. *Sciuris.*
54. *Globba.*
55. *Thouina.*
56. *Ancistrum.*
57. *Aruna.*

II. DIGYNIA.

58. *Anthoxanthum.*

III. TRIGYNIA.

59. *Piper.*

DIANDRIA

I. MONOGYNIA.

21. NYCTANTHES. * Parilium *Gærtn.* 51.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemioctofidum, cylindricum, minimum: *denticulis* ſubulatis, perſiſtens.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* planus, octopartitus, patens: *laciniis* oblongis.
Stam. *Filamenta* duo, ſubulata, minima, receptaculo inſerta. *Antheræ* erectæ, acutiuſculæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* ſimplex, longitudine tubi. *Stigmata* duo, erecta.
Per. *Bacca* ſubrotunda, dicocca, bilocularis.
Sem. ſolitaria, magna, ſubrotunda.
Obs. N. *arboris triſtis* Fructus *ſiccus capſularis eſt. R.*

22 JASMINUM. * *Tournef.* 368. — *Gærtn.* 42.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum: *ore* quinquedentato, erecto; perſiſtens.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quinquepartitus, planus.
Stam. *Filamenta* duo, brevia. *Antheræ* parvæ, intra tubum corollæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Per. *Bacca* ovalis, glabra, bilocularis ſ. bicapſularis.
Sem. duo, magna, ovato-oblonga, arillata, hinc convexa, inde plana.
Obs. Figura *floris acuminata & obtuſa variat.* Bacca *in aliis ſimplex, in aliis dicocca.*

23. LIGUSTRUM. * *Tournef.* 367.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, minimum: *ore* quadridentato, erecto, obtuſo.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longior calyce. *Limbus* quadripartitus, patens: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* duo, oppoſita, ſimplicia. *Antheræ* erectæ, longitudine fere corollæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum, obtuſum, craſſiuſculum.

PER. *Bacca* globoſa, glabra, unilocularis.
SEM. quatuor, hinc convexa, inde angulata.

24. PHILLYREA. * *Tournef.* 367. *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quadridentatum, minimum, perſiſtens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* vix ullus. *Limbus* quadripartitus, revolutus, acutus: *laciniis* ovatis.
STAM. *Filamenta* duo, oppoſita, brevia. *Antheræ* ſimplices, erectæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.
SEM. unicum, globoſum, magnum.

25. OLEA. * *Tournef.* 370. *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, parvum: *ore* quadridentato, erecto, deciduum.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* quadripartitus, planus: *laciniis* ſubovatis.
STAM. *Filamenta* duo, oppoſita, ſubulata, brevia. *Antheræ* erectæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum, laciniis emarginatis.
PER. *Drupa* ſubovata, glabra, unilocularis.
SEM. *Nux* ovato-oblonga, rugoſa.
OBS. *O. americana* Flores *maſculos & femineos cum hermaphroditis in eadem planta habet*; Nux *obovata*, *ſubſtriata*, *baſi perforata*. *R.*

26. CHIONANTHUS. * *Royeni. Gærtn.* 39.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, erectum, acuminatum, perſiſtens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* breviſſimus, longitudine calycis, patulus. *Limbus laciniis* quatuor, linearibus, erectis, acutis, obliquis, omnium longiſſimis.
STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, ſubulata, tubo inſerta. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine calycis. *Stigma* obtuſum, trifidum.
PER. *Drupa* rotunda, unilocularis.
SEM. *Nux* ſtriata.
OBS. *Staminum numerus ſæpe etiam ternus eſt.*

* 27. CERANTHUS. *Schreb.* Mayepea *Aublet.* 31?

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum: *laciniis* triangularibus, acutis, erectis: duabus oppositis duplo latioribus; persistens.

Cor. monopetala, quadripartita: *laciniis* ovatis, concavis, erectis: terminatis *corniculo* longissimo, recto, acuto.

Stam. *Filamenta* duo, basi corollæ inserta, brevissima. *Antheræ* cordatæ, lanceolatæ, acuminatæ, hinc convexæ inde planiusculæ, erectæ, calyce altiores.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* staminibus brevior, compressus. *Stigma* oblique emarginatum, obtusum.

Per. *Bacca* oblonga, hinc planiuscula inde convexa, apice compresso, unilocularis.

Sem. unicum, magnum, læve, figura baccæ, eique latere planiori longitudinaliter utrinque adnatum pellicula tenui, oblonga.

28. SYRINGA. * *Gærtn.* 49. Lilac. *Tournef.* 372.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, parvum: *ore* quadridentato, erecto, persistens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longissimus. *Limbus* quadripartitus, patenti-revolutus: *laciniis* linearibus, obtusis.

Stam. *Filamenta* duo, brevissima. *Antheræ* parvæ, intra tubum corollæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, crassiusculum.

Per. *Capsula* oblonga, compressa, acuminata, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dissepimento contrariis.

Sem. solitaria, oblonga, compressa, utrinque acuminata, margine membranacea.

29. DIALIUM.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, æqualia, sessilia, elliptica, obtusa, decidua.

Stam. *Filamenta* duo, conica, brevissima, sita ad receptaculi latus superius. *Antheræ* oblongæ, obtusæ, quasi ex duabus coalitæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* ſubulatus, declinatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, adſcendens verſus apicem antherarum.
Per. *Legumen?*
Sem. - - -

30. ERANTHEMUM. *

Cal. *Perianthium* quinquefidum, tubuloſum, anguſtiſſimum, erectum, breve, acuminatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis: *Tubus* filiformis, longiſſimus. *Limbus* quinquepartitus (quadripartitus interdum), planus: *laciniis* obovatis.
Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* ſubovatæ, compreſſæ, extra tubum.
Pist. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. - - - -
Sem. - - - -
Obs. *Unicum vidi ſpecimen, aliis itaque attente examinandum committo.*

† 31. CIRCÆA. * *Tournef.* 155. *Gærtn.* 24.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, deciduum. *Tubus* filiformis, breviſſimus. *Limbus* bipartitus: *laciniis* ovatis, concavis, acutis, deflexis.
Cor. *Petala* duo, obcordata, calyce fere breviora, patentia, æqualia.
Stam. *Filamenta* duo, capillaria, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
Per. *Capſula* turbinato-ovata, hiſpida, bilocularis, bivalvis, a baſi verſus apicem dehiſcens.
Sem. ſolitaria, oblonga, inferne anguſtiora.

32. VERONICA. * *Tournef.* 60. *Gærtn.* 54.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* longitudine fere calycis. *Limbus* quadripartitus, planus, *laciniis* ovatis: infima anguſtiore, huic oppoſita latiore.
Stam. *Filamenta* duo, inferne anguſtiora, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* obcordata, apice compreſſa, bilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, ſubrotunda.

Obs. Tubus corollæ *in diverſis diverſus: in plerisque breviſſimus, in ſpicatis longus eſt.*

Obs. Calyx 5-*fidus in V. ſibirica, Teucrio, proſtrata, pectinata, auſtriaca, multifida & latifolia. V. pinnatæ Capſula ovalis; V. montanæ* Fructus *orbiculatus, baſi apiceque emarginatus; V. bilobæ* Capſula *compreſſa, bipartita lobis divergentibus ſemiorbiculatis. R.*

33. PÆDEROTA. † Bonarota *Mich.* 15.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* linearibus, æqualibus, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ſubrotata, quadrifida, obtuſa: *lobo* ſuperiore latiore, ſæpius emarginato.

Stam. *Filamenta* duo, filiformia, adſcendentia, corolla breviora. *Antheræ* conniventes, ovatæ, acutæ, bivalves.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, deflexus, longitudine ſtaminum, perſiſtens.

Per. *Capſula* ovata, calyce longior, bilocularis, apice dehiſcens.

Obs. Veronicæ *affinis, calyce quinquepartito diverſa.*

* 34. WULFENIA. *Jacq. miſcell. 2. p. 62. t. 8. f. 1.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *foliolis* lineari-ſubulatis, æqualibus, erectis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* baſi ſubgloboſo-gibbus. *Limbus* bilabiatus: *Labium ſuperius* brevius, integrum, ſubfornicatum, acutum; *inferius* longius, deflexum, trifidum, ad faucem barbatum.

Stam. *Filamenta* duo, filiformia, arcuatim conniventia, ſub labio ſuperiore recondita, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longiſſimus. *Stigma* capitatum, umbilicatum.

Per. *Capſula* ovalis, obtuſa, apice compreſſa, utrinque ſulcata, bilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, rotunda.

Sem. plurima, ſubrotunda.

35. Justi-

35. JUSTICIA. * *Houſt. Reliqu.* 1. *Gærtn.* 54. Adhatoda *Tournef.* 79.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquepartitum, acutum, erectum, anguſtum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* gibbus. *Limbus* bilabiatus: *Labium ſuperius* oblongum, emarginatum: *L. inferius* ejusdem longitudinis, reflexum, trifidum.

Stam. *Filamenta* duo, ſubulata, ſub labio ſuperiore recondita. *Antheræ* erectæ, ad baſin bifidæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* oblonga, obtuſa, baſi anguſtata, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvulis contrario, ungue elaſtico dehiſcens.

Sem. ſubrotunda.

Obs. Labium ſuperius *corollæ ſitu differens eſt.*

Quædam ſpecies ab hoc charactere ita recedunt, ut genere diſtinctæ videantur; cf. Mant. p. 172. R.

36. DIANTHERA. * *Gronou.* 6. — *Gærtn.* 51.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, tubuloſum: *laciniis* lanceolatis, æqualibus, longitudine tubi, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis. *Labium ſuperius* planiuſculum, reflexum, bifidum, obtuſiſſimum; *inferius* tripartitum: *laciniis* oblongis, æqualibus, obtuſis, diſtantibus: intermedia latiore.

Stam. *Filamenta* duo, filiformia, corolla breviora, dorſo corollæ adnata, longitudine labii ſuperioris. *Antheræ* in ſingulo filamento binæ, oblongæ: altera paulo altiore.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* bivalvis, bilocularis, compreſſa ſuperne & inferne, ſed alternatim, valvis navicularibus, ungue elaſtico diſſiliens.

Sem. ſolitaria, lentiformia.

Obs. A Juſticia *differt ſtaminibus.*

37. GRATIOLA. * — *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum: *laciniis* ſubulatis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala: inæqualis. *Tubus* calyce longior, angulatus. *Limbus* quadripartitus, parvus: *lacinia ſuperiore* latiore, emarginata, reflexa: *reliquis* rectis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora, quorum duo inferiora breviora, ſterilia: *ſuperiora duo* tubo petali adnata. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* rectus, ſubulatus. *Stigma* bilabiatum, poſt fœcundationem connivens.

Per. *Capſula* ovata, acuminata, bilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, parva.

Obs. *Eſſentia characteris in duobus ſtaminibus caſtratis.*

G. Monnieriæ Filamenta 4, *antherifera; Stigma capitatum.* R.

G. rotundifoliæ. *Calyx* 5-*partitus; Capſ. compreſſa, ſubrotunda; Stamina duo.* R.

G. officinalis *Perianthium* 7 *phyllum*: 2 *exterioribus patulis.*

38. SCHWENKIA. *Dav. van Royen.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſtriatum, rectum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala: *Tubus* cylindricus, longitudine calycis. *Limbus* ſubregularis, longitudine calycis, fauce inflatus, quinqueplicatus: plicis orificium ſtellatim claudentibus; corpore glanduloſo plicarum angulis exterioribus innato: ſuperioribus duabus glandulis longioribus.

Stam. *Filamenta* quinque: *tria* breviora ſetacea, caſtrata, *duo* ſuperiora, longiora, fertilia: *Antheræ* (*duæ*) ovatæ, acutæ, biloculares.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* compreſſo-lenticularis, glabra, calyce ampliato longior, bilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, minima, ſubangulata. *Receptaculum* ſubgloboſum.

Obs. *In ordine naturali Browalliis proxima.*

39. CALCEOLARIA. *Feuill. peruv. tom. 3. p. 13. — Gærtn. 62.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, patens, æquale: *laciniis* ovatis; perſiſtens.

Cor. monopetala, bilabiata: Labio inferiore reſupinato. *Lab. ſuperius minimum*, coarctato-globoſum, antice bifidum. *Lab. inferius* maximum, calceiforme, inflatum, antice hians.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, intra labium ſuperius. *Antheræ* incumbentes, clavatæ manubrio per rimam prominulo.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* obtuſiuſculum.

Per. *Capſula* ſubconica, acuminata, biſulca, bilocularis, quadrivalvis.

Sem. numeroſa ovata.

40. PINGUICULA. * *Tourneſ.* 74.

Cal. *Perianthium* ringens, parvum, acutum, perſiſtens. *Labium ſuperius* erectum, trifidum; *L. inferius* reflexum, bifidum.

Cor. monopetala, ringens. *Labium longius* rectum, obtuſum, trifidum, ſupinum; *L. brevius* bifidum, obtuſius, patentius.

Nectarium corniculatum, e baſi petali poſtice productum.

Stam. *Filamenta* duo, cylindrica, curva, adſcendentia, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bilabiatum: *Labio ſuperiore* majore, plano, reflexo, antheras tegente; *L. inferiore* anguſtiſſimo, erecto, biſido, breviore.

Per. *Capſula* ovata, apice compreſſa, apice dehiſcens, unilocularis.

Sem. plurima, cylindracea. *Receptaculum* liberum.

41. UTRICULARIA * Lentibularia *Vaill. A. G.* 1719. *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, minimis, æqualibus, deciduis.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* planum, obtuſum, erectum; *L. inferius* majus, planum, integrum. *Palatum* cordatum, inter labia prominulum.

Nectarium corniculatum, e baſi petali productum.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, incurua. *Antheræ* parvæ, cohærentes.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* conicum.

Per. *Capſula* globoſa, magna, unilocularis.

Sem. plurima.

* 42. GHINIA. Tamonea *Aubl. guian.* 268.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens, *ore* expanſo, quinquedentato, acuminato.

Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* longus, anguſtus. *Limbus* bilabiatus. *Labium ſuperius* majus, ſubrotundum,

concavum, adſcendens; *inferius* tripartitum: *laciniis* ſubrotundis: media majore, deflexa, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, tubo ſupra baſin inſerta; quorum duo longiora. *Antheræ* loculis oblongis: *altero* terminali, in filamentis longioribus fertili, in brevioribus ſterili; *altero* verſus medium filamenti inſerto, ſquamæformi.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigma* quadrilobum.

Per. *Drupa* turbinata, angulata, calyce perſiſtente longior.

Sem. *Nux* angulata, quadri - ſ. quinque locularis: *loculis* monoſpermis.

Obs. *Verbenæ affinis.*

43. VERBENA. * *Tournef.* 94. *Vaill.* — *Gærtn.* 66. Sherardia *Vaill.* Blairia *Houſt.* A. A. *Gærtn.* 56. Kæmpfera *Houſt.* A. A.

Cal. *Perianthium* monophyllum, angulatum, tubulatum, lineare, quinquedentatum, *denticulo quinto* truncato, perſiſtens.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* cylindraceus, rectus longitudine calycis, mox dilatatus, incurvatus. *Limbus* patens, ſemi-quinquefidus: *laciniis* rotundatis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* duo, vel quatuor, ſetacea, breviſſima, intra tubum corollæ latitantia, quorum *duo* breviora reliquis. *Antheræ* incurvæ, totidem quot filamenta.

Pist. *Germen* tetragonum. *Stylus* ſimplex, filiformis, longitudine tubi. *Stigma* obtuſum.

Per. tenuiſſimum, vixque manifeſtum, vel fere nullum. *Calyx* continens ſemina.

Sem. duo, vel quatuor, oblonga.

Obs. Sherardia *V. Semina & Antheras duas intra calycem anguſtum fovet.*

lappulacea *Semina echinata & Antheras duas intra calycem inflatum gerit.*

Verbenæ *V. Semina obtuſa & Antheras quatuor proferunt.*

curaſſavicæ *Calyx quatuor ſetis acutis prominet; & ſtamina duo habet.*

44. LYCOPUS. * *Tournef.* 89.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemi-quinquefidum: *laciniis* anguſtis, acutis.

Cor. monopetala inæqualis. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* quadrifidus, obtuſus, patulus: *laci-*

niis ſubæqualibus: *ſuperiore* latiore, emarginata; *inferiore* minore.

STAM. *Filamenta* duo, corolla fere longiora, ad cujus laciniam ſuperiorem inclinata. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

PER. nullum. *Calyx* in fundo ſemina continens.

SEM. quatuor, ſubrotunda, retuſa.

45. AMETHYSTEA. * — *Gærtn.* 66. Amethyſtina. *Amman. Hall.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſo-campanulatum, angulatum, ſemi-quinquefidum, ſubæquale, acuminatum, perſiſtens.

COR. monopetala, ringens, calyce paulo longior. *Limbus* quinquepartitus, ſubæqualis: *Labium ſuperius* erectum, rotundatum, concavum, bipartitum, dehiſcens. *Lab. inferius* tripartitum; lateralibus rotundatis, erectis, brevioribus; intermedia integerrima, concava, longitudine labii ſuperioris.

STAM. *Filamenta* duo, filiformia, approximata, ſub labio ſuperiore, eoque longiora. *Antheræ* ſimplices, ſubrotundæ.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* magnitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, acuta.

PER. nullum. *Calyx* magis campanulatus, patens.

SEM. quatuor, calyce breviora, obtuſa, gibba, introrſum angulata.

46. CUNILA. * Hedyoſmos *D. Royen. Mitch. act. N. C.* 1748. *app.* 211.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, perſiſtens, decem-ſtriatum; *ore* ſublabiato, quinquedentato, perſiſtens.

COR. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* erectum, planum, emarginatum. *Labium inferius* tripartitum; laciniis rotundatis: media emarginata.

STAM. *Filamenta* duo, filiformia, & duo rudimenta filamentorum. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

PER. nullum. *Calyx* fauce villis clauſa.

SEM. quatuor, ovalia, minuta.

47. ZIZIPHORA. * — *Gærtn.* 66.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindricum,

longiſſimum, ſtriatum, hiſpidum: *ore* quinquedentato, minimo; *fauce* barbata.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindricus, longitudine calycis. *Limbus* minimus: *Lab. ſuperius* ovatum, reflexum, integrum. *Lab. inferius* patens, latius, trifidum; *laciniis* rotundatis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* duo, ſimplicia, patentia, longitudine fere corollæ. *Antheræ* oblongæ; diſtantes.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* ſetaceus, longitudine coroliæ. *Stigma* acuminatum, inflexum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. quatuor, calyce longe breviora, oblonga, obtuſa, hinc gibba, inde angulata.

48. MONARDA. * — *Gærtn.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindricum, ſtriatum: *ore* quinquedentato, æquali, perſiſtens.

Cor. inæqualis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* ringens. *Labium ſuperius* rectum, anguſtum, lineare, integrum: *L. inferius* reflexum, latius, trifidum: *lacinia media* longiore, anguſtiore, emarginata; *lateralibus* obtuſis.

Stam. *Filamenta* duo, ſetacea, longitudine labii ſuperioris, a quo involuta. *Antheræ* compreſſæ, ſuperne truncatæ, inferne convexæ, erectæ.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, cum ſtaminibus involutus. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* in fundo ſemina continens.

Sem. quatuor, ſubrotunda.

Obs. M. didyma *ſtamina* 4. *profert*, *quorum duo caſtrata.*

49. ROSMARINUS. * *Tournef.* 92.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſuperne compreſſum: *ore* erecto, bilabiato: *ſuperiore* integro; *inferiore* bifido.

Cor. inæqualis. *Tubus* calyce longior. *Limbus* ringens: *Labium ſuperius* bipartitum, erectum, brevius, acutum, marginibus reflexis, *L. inferius* reflexum, trifidum: *lacinia media* maxima, concava, baſi anguſta; *lateralibus* anguſtis, acutis.

Stam. *Filamenta* duo, ſubulata, ſimplicia cum dente, verſus labium ſuperius inclinata, eoque longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* figura, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.

Per. nullum. *Calyx* ſemina in fundo continens.

Sem. quatuor, ovata.

Obs. *Ad* Salvias *proxime accedit, distinguendus staminibus minime bifurcatis.*

50. SALVIA. * *Tournef.* 83. *Gærtn.* 66. Horminum *Tournef.* 82. Sclarea *Tournef.* 82.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, striatum, superne sensim ampliatum & compressum: *ore* erecto, bilabiato; *inferiori* bidentato.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* superne ampliatus, compressus. *Limbus* ringens: *Labium superius* concavum, compressum, incurvum, emarginatum, *L. inferius* latum, trifidum: *lacinia media* majori, subrotunda, emarginata.

Stam. *Filamenta* duo, brevissima; his duo fila transversim in medio fere affixa, quorum extremitati inferiori *Glandula*, superiori *Anthera* insidet.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longissimus, situ staminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* levissime connivens, in fundo semina gerens.

Sem. quatuor, subrotunda.

Obs. Filamentorum *bifurcatio singularis constituit essentialem characterem.*

Rudimenta *staminum duorum, sed sterilium, in fauce corollæ.* Glandula *in plerisque calloſa est; in paucis vero antheræ quasi rudimentum, & parum fariniferum occurrit in quibusdam.* (*Glandula est alter antheræ loculus, sæpissime sterilis, cum altero fertili membranâ antheraceâ, in filum elongatâ, connexa.* Ettinger *Salv. p.* 14. *S.*)

Salvia T. *Labium superius falcatum s. fornicatum; inferius planum s. lateribus reflexum.*

Horminum T. *Labium superius adscendens, breve; inferius lacinia media concava.*

Sclarea T. *Labium superius erectum, falcatum; inferioris lacinia media concava.*

51. COLLINSONIA. * — *Gærtn.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, bilabiatum: *labio superiore* trifido, reflexo, latiore; *inferiore* bipartito, erectiore, subulato; persistens.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* infundibuliformis calyce multoties longior. *Limbus* quinquefidus: *Laciniis* su-

perioribus obtusis, brevissimis: duabus summis reflexis. *Labium inferius* longius, multifido-capillare.

STAM. *Filamenta* duo, setacea, erecta, longissima. *Antheræ* simplices; incumbentes, compressæ, obtusæ.

PIST. *Germen* quadrifidum, obtusum, cum *Glandula* majore germinibus subjecta. *Stylus* setaceus, longitudine staminum, ad latus inclinatus. *Stigma* bifidum, acutum.

PER. nullum. *Calyx* in fundo semen fovet, *ore* irregulari ringens.

SEM. unicum, globosum.

OBS. *Numerus* seminum *quaternarius videtur naturalis ex germinibus, quamvis unicum modo adolescat.*

52. MORINA. * *Tournef.* 480. Diosotheca *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. duplex. *Perianthium fructus* inferum, monophyllum, cylindricum, tubulosum, persistens: *ore* dentato: *denticulis* duobus oppositis longioribus; omnibus subulatis, acutis. *Perianthium floris* superum monophyllum, tubulatum, bifidum; *laciniis* emarginatis, obtusis, persistentibus, erectis, magnitudine exterioris.

COR. monopetala, bilabiata. *Tubus* longissimus, superne ampliatus, parum incurvatus, inferne filiformis. *Limbus* planus, obtusus: *Labio superiore* semibifido minore; *L. inferiore* trifido: *Laciniis* omnibus obtusis, uniformibus: media productiore.

STAM. *Filamenta* duo, setacea, stylo approximata, parallela, limbo breviora. *Antheræ* erectæ, cordatæ, distantes.

PIST. *Germen* globosum, sub receptaculo floris. *Stylus* staminibus longior, filiformis. *Stigma* capitato-peltatum, inflexum.

PER. nullum.

SEM. unicum, subrotundum, calyce floris coronatum.

* 53. SCIURIS. Raputia *Aubl.* 272.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, breve, acutum.

COR. monopetala, tubulosa, incurva, bilabiata. *Labium superius* trifidum: lacinia media paullo longiore; *inferius* paullo brevius, bifidum.

STAM. *Filamenta* duo, brevia, labio superiori inserta, basi *squamulis* duabus munita, antherifera; tria longiora, labio inferiori inserta, basi pilosa, sterilia. *Antheræ* oblongæ, basi bifidæ.

PIST. *Germen* pentagonum, glandula cinctum. *Stylus* longitudine corollæ incurvus. *Stigma* planiuſculum, trilobum.
PER. *Capſulæ* quinque, coalitæ, extrorſum rotundatæ, depreſſæ, uniloculares, bivalves, introrſum dehiſcentes.
SEM. ſolitaria, oblonga.

54. GLOBBA.

CAL. *Perianthium* ſuperum, monophyllum, cylindricum, *ore* trifido, perſiſtens.
COR. monopetala, cylindrica: *ore* trifido, æquali.
STAM. *Filamenta* duo, filiformia, mediocria. *Antheræ* adnatæ longitudinaliter filamentis.
PIST. *Germen* inferum. *Stylus* ſetaceus, mediocris. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima.

* 55. THOUINA. *Thunberg. Linn. ſuppl.* 9.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, (fere tetraphyllum,) inferum, minimum: *foliolis* æqualibus, ovatis.
COR. *Petala* quatuor, æqualia, linearia, canaliculata, erecta, apice patula, calyce quadruplo longiora.
STAM. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* duæ, ſeſſiles, in fundo floris, oppoſitæ: ſingula margini duorum petalorum adhærens, oblonga, ſulco longitudinali, apice bifida.
PIST. *Germen* ſuperum, oblongum, glabrum, ſubcompreſſum. *Stylus* brevis, longitudine antherarum, glaber. *Stigma* ovato-oblongum, ſubemarginatum.
PER.
SEM.

* 56. ANCISTRUM. *Forſter. gen.* 2. *Gærtn.* 32.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, truncatum, quadridentatum: *dentibus* cylindrico-ariſtatis, erectis, terminatis *hamis* quatuor reverſis.
COR. monopetala, infundibuliformis, ſupera. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ſubæqualibus, obtuſis, longitudine tubi, patentibus.
STAM. *Filamenta* duo capillaria, fundo corollæ adnata, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* penicilliforme.
PER. nullum. *Fructus* in fundo calycis.
SEM. unicum, oblongum.

* 57. ARUNA. *Aubl. guian.* 16.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, reflexum, acutum, deciduum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* duo, erecta, receptaculo inserta. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* conicum, receptaculo carnoso insidens. *Stylus* setaceus, incurvus. *Stigma* obtusum.
PER. *Bacca* ovata, subcompressa, altero latere sulcata, unilocularis.
SEM. duo vel unum, pulpa obvoluta.

2. *DIGYNIA.*

58. ANTHOXANTHUM. *

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, acuminatis, concavis: interiore majore.
COR. *Gluma* uniflora, bivalvis, longitudine valvulæ majoris calycinæ: valvula utraque aristam e dorso inferiore emittente: altera geniculata.
Nectarium diphyllum, tenuissimum, cylindricum: foliolis subovatis, amplexantibus.
STAM. *Filamenta* duo, capillaria, longissima. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifurcatæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, filiformes. *Stigmata* simplicia.
PER. *Gluma* corollæ adnascitur semini.
SEM. unicum, utrinque acuminatum, teretiusculum.

3. *TRIGYNIA.*

59. PIPER. * Saururus. *Plum.* 12.

CAL. *Spatha* nulla perfecta.
Spadix filiformis, simplicissimus, flosculis tectus.
Perianthium nullum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ duæ*, oppositæ, ad radicem germinis, subrotundæ.
PIST. *Germen* majus, ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* triplex, hispidum.
PER. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
SEM. unicum, globosum.

Classis III.

TRIANDRIA

I. MONOGYNIA.

60. *Valeriana.*
61. *Olax.*
62. *Macrolobium.*
63. *Rohria.*
64. *Rumphia.*
65. *Cneorum.*
66. *Comocladia.*
67. *Willichia.*
68. *Melothria.*
69. *Rotala.*
70. *Ortegia.*
71. *Læflingia.*
72. *Polycnemum.*
73. *Hippocratea.*
74. *Tonsella.*
75. *Crocus.*
76. *Ixia.*
77. *Gladiolus.*
78. *Antholyza.*
79. *Iris.*
80. *Morœa.*
81. *Marica.*
82. *Dilatris.*
83. *Witsenia.*
84. *Xiphidium.*
85. *Wachendorsia.*
86. *Commelina.*
87. *Callisia.*
88. *Syena.*
89. *Xyris.*
90. *Fuirena.*
91. *Kyllingia.*
92. *Schœnus.*
93. *Cyperus.*
94. *Scirpus.*
95. *Eriophorum.*
96. *Pommereullia.*
97. *Nardus.*
98. *Spartina.*
99. *Lygeum.*

II. DIGYNIA.

100. *Bobartia.*
101. *Cornucopiæ.*
102. *Alopecurus.*
103. *Muhlenbergia.*
104. *Saccharum.*
105. *Asprella.*
106. *Phalaris.*
107. *Paspalum.*
108. *Panicum.*
109. *Phleum.*
110. *Milium.*
111. *Agrostis.*
112. *Aira.*
113. *Melica.*

114. *Poa.*
115. *Briza.*
116. *Uniola.*
117. *Dactylis.*
118. *Cynosurus.*
119. *Festuca.*
120. *Bromus.*
121. *Stipa.*
122. *Avena.*
123. *Lagurus.*
124. *Arundo.*
125. *Aristida.*
126. *Lolium.*
127. *Secale.*
128. *Elymus.*
129. *Hordeum.*
130. *Triticum.*
131. *Lappago.*

III. TRIGYNIA.

132. *Eriocaulon.*
133. *Montia.*
134. *Proserpinaca.*
135. *Triplaris.*
136. *Holosteum.*
137. *Kœnigia.*
138. *Polycarpon.*
139. *Mollugo.*
140. *Minuartia.*
141. *Queria.*
142. *Lechea.*

TRIANDRIA

I. MONOGYNIA.

60. VALERIANA. * *Tournef.* 52. *Vaill.* A. G. 1722. Valerianella *Tournef. Vaill.*

Cal. vix ullus. *Margo* ſuperus.

Cor. *Tubus* a latere inferiori nectariferus, gibbus; *Limbus* quinquefidus, *laciniis* obtuſis.

Stam. tria vel paucjora, ſubulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.

Per. Cruſta non dehiſcens, decidua, coronata.

Sem. ſolitaria, oblonga.

Obs. *Mira in hocce genere partium fructificationis diverſitas quoad numerum & figuram in diverſis ſpeciebus obſervatur. e. gr.*

Calycis *margo in quibusdam vix notabilis; in aliis quinquefidus.*

Corollæ tubus *in aliis oblongus; in aliis* 1. *calcare mellifero inſtructus; in aliis breviſſimus.* Limbus *in aliis æqualis; in aliis bilabiatus: labio ſuperiori bifido.*

Stamina *in plerisque tria; in aliis duo; in aliis unicum; in ſibirica quatuor; in aliis ſexu diſtincta.*

Piſtilli Stigma *in alits trifidum; in aliis emarginatum; in aliis globoſum.*

Pericarpium *in aliis fere nullum; in aliis Capſula craſſa; in aliis biloculare.*

Semina *in quibusdam pappo coronata! in aliis nullo! figura varia.*

61. OLAX. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavum, breviſſimum, integerrimum.

Cor. monopetala, infundibuliformis: *Limbus* trifidus, obtuſus: *lacinia* tertia profundiore.

Nectaria quatuor, rotunda, petiolata, corolla breviora, erecto-conniventia, in fauce corollæ.

Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, nectariis alterna, iisque breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* capitatum.

Per. - - - - -

Sem. - - - - -

* 62. MACROLOBIUM. Outea *Aubl. guian. t. 9.* Vouapa *ejusd. t. 7.*

Cal. *Perianthium* duplex.

P. exterius diphyllum : *foliolis* oppositis, ovato-oblongis, interioris basi adnatis.

P. interius monophyllum, turbinatum, breve : *ore* obliquo, quinquedentato.

Cor. pentapetala, inæqualis.

Petalum superius maximum, erectum, unguiculatum, oblongum, obtusum, concavum, undulatum, perianthio interiori insertum.

Petala inferiora quatuor, parva, ovata, patentia, perianthio interiori superius adnata.

Stam. *Filamenta* quatuor, perianthio interiori inserta; unum breve, sterile, sub petalo maximo; tria longissima, filiformia, antherifera, sub petalis minoribus adnata. *Antheræ* tetragonæ.

Pist. *Germen* pedicellatum, ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obtusum.

Per. *Legumen* ovatum, compressum, coriaceum, uniloculare.

Sem. unicum, subrotundum, compressum.

Obs. Outea & Vouapa *Aubl. non distinguendæ esse videntur, quum in utraque corolla, stamina fertilia & pistillum conveniant numero, figura & situ partium; quamquam in illa fructum maturum non invenit, in hac vero petala minora a calyce non distinxit inventor.*

* 63. ROHRIA. *Schreb.* Tapura *Aubl.* 48?

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquepartitum : *laciniis* ovatis, concavis, obtusis, ciliatis, coriaceis : duabus interioribus, paullo longioribus.

Cor. *Petala* quinque, erecta, calyce longiora; quorum duo superiora paullo majora, tria inferiora minora. *Ungues* angusti, basi latiores, interne lanati, sub laminis paullulum extrorsum flexi. *Laminæ* ovatæ, erectæ; petalorum majorum introrsum inflexo-cucullatæ; minorum expansæ, obtusiusculæ.

Stam. *Filamenta* tria, unum inter petala duo majora, duoque ad horum latera, cum eorum unguibus inferne connata, filiformia, corolla longiora, interne lanata. *Antheræ* subrotundæ, erectæ, introrsum spectantes.

Pist. *Germen* turbinatum, tomentosum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, villosus. *Stigmata* tria, revoluta.

PER. -
SEM. -
OBS. *Convenit cum Tapura Aubletii foliis, petiolis floriferis, figura & magnitudine floris; hujus vero character genericus, ſecundum Aubletium, eſt ſequens:*
CAL. *Perianthium exterius* parvum, trifidum. *Interius* monophyllum, ſexpartitum: *laciniis* ovatis, concavis, obtuſis, inæqualibus.
COR. monopetala. *Tubus* brevis. *Limbus* bilabiatus: *labio ſuperiore* oblongo, concavo, erecto, tridentato; *inferiore* bifido, laciniis brevibus, obtuſis.
STAM. *Filamenta* tria, filiformia, longa, duoque brevia. *Antheræ* tres oblongæ inſilamentis longioribus; in brevibus parvæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, triſulcum. *Stylus* longus, pubeſcens, ad labium ſuperius inclinatus. *Stigma* trifidum, obtuſum.
PER. *Capſula?* - -
SEM. - - -

64. RUMPHIA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, trifidum, erectum, planum.
COR. *Petala* tria, oblonga, obtuſa, æqualia.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trigonum.
PER. *Drupa* coriacea, turbinata, triſulca.
SEM. Nux ovata, integra, trilocularis.

65. CNEORUM. † Chamælea *Tournef.* 421. — *Gærtn.* 70.

CAL. *Perianthium* minimum, tridentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* tria, oblonga, lanceolato-linearia, concava, erecta, æqualia, decidua.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* obtuſum, trigonum. *Stylus* erectus, firmus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, patens.
PER. *Bacca* ſicca, globoſo-triloba, trilocularis.
SEM. ſolitaria, rotunda.

66. COMOCLADIA. *Brown. Jacq. amer.* 12.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tripartitum, patens, coloratum: *laciniis* ſubrotundis.

Cor. *Petala* tria, ovata, acuta, plana, patentiſſima.
Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, ſimplex.
Per. *Drupa* oblonga, curva, ſuperne notata punctis tribus.
Sem. *Nux* membranacea, figura drupæ.
Obs. Corollam *tripartitam dicit Autor. cf. Syſt. Veget. ed. Murray. p.* 74. R.

67. WILLICHIA. *Auct. D. Mutis.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, perſiſtens: laciniis ovatis, acutis, patentibus.
Cor. monopetala, rotata, calyce duplo longior. *Tubus* ſubnullus. *Limbus* quadrifidus, planus: laciniis ſubrotundis, convexis.
Stam. *Filamenta* tria, limbi diviſuris (excepta infima) inſerta, eoque breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ, biloculares.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, declinatus ad diviſuram limbi infimam. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, compreſſa acie acuta, bilocularis, bivalvis: diſſepimento oppoſito.
Sem. plura, ſubrotunda, minuta. *Receptaculum* globoſum ex hæmiſphæriis duobus.

68. MELOTHRIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ventricoſum, quinquedentatum, ſuperum, deciduum.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* longitudine calycis, calyci undique adnatus. *Limbus* quinquepartitus, planus: laciniis extrorſum latioribus, obtuſiſſimis.
Stam. *Filamenta* tria, conica, tubo corollæ inſerta, ejusdemque longitudine. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ, compreſſæ.
Pist. *Germen* ovato-oblongum, acuminatum, ſubinferum. *Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, craſſiuſcula, oblonga.
Per. *Bacca* ovato-oblonga, interne absque diſſepimentis tripartita.
Sem. plura, oblonga, compreſſa.
Obs. *Flores maſculos duos, præter hermaphroditos, ſemel vidi.*

69. ROTALA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, membranaceum, tridentatum, persistens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* superum, ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* trifidum.
Per. *Capsula* ovata, subtrigona, calyci inclusa, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, subrotunda.

70. ORTEGIA. † *P. Læfling.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum: foliolis ovalibus, marginibus membranaceis, persistens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, subulata, calyce breviora. *Antheræ* lineares, compressæ, filamentis breviores.
Pist. *Germen* ovatum, superne triquetrum. *Stylus* filiformis, calycis fere longitudine. *Stigma* capitato-obtusum.
Per. *Capsula* ovata, superne trigona, unilocularis, apice trivalvis.
Sem. plurima, minutissima, oblonga, utrinque acuta.

71. LOEFLINGIA. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum: *Foliolis* lanceolatis, basi utrinque denticulo notatis, acuminatis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, minima, oblonga-ovata, in globum conniventia, rotunda.
Stam. *Filamenta* tria, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* ovatum, trigonum. *Stylus* filiformis, superne paullo latior. *Stigma* obtusiusculum.
Per. *Capsula* ovata, subtrigona, unilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovato-oblonga.

† 72. POLYCNEMUM. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis erectis; mucronatis, persistentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* duo s. tria, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* brevissimus, bipartitus. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* ovata, vertice planiusculo marginato, stylo per-

ſiſtente acuminata, membranacea, tenuis, evalvis, non dehiſcens.

Sem. unicum, reniforme.

Obs. *In plerisque ſpeciebus Bracteæ duæ, calyci ſubjectæ. (quæ a quibusdam pro calyce habentur, ut calyx pro corolla.) In aliis ſpeciebus foliola calycis* 2. 3. 4. *Stamina* 1. 2. 3. 5. *Stylus* 1. *ſ.* 2. *Pallas.* S.

73. HIPPOCRATEA. *Jacq.* 9. Coa *Plum.* 35.

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, quinquepartitum, minimum, coloratum, deciduum: foliolis ſubrotundis, patentiſſimis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, inferne lateribus, revoluta, apicibus ſubbilocularia.

Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, erecta. longitudine corollæ. *Antheræ* latæ, ſulco transverſali.

Pist. *Germen* ovale. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſulæ* tres, obcordatæ, compreſſæ, magnæ, *loculis* bivalvibus: *valvulis* carinato-compreſſis.

Sem. quina, oblonga, ala membranacea.

74. TONSELLA. Tontelea *Aubl. gu.* 31 *t.* 10.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, rudia, perſiſtentia, receptaculo inſerta, calyce longiora.

Nectarium urceolatum, integerrimum, germen cingens.

Stam. *Filamenta* tria, nectarii parieti interno inſerta, poſt antheſin patentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, nectario cinctum. *Stylus* brevis. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca* ſphærica, unilocularis, calyce & corolla excepta.

Sem. quatuor.

75. CROCUS. * *Tournef.* 183. 184.

Cal. *Spatha* monophylla.

Cor. *Tubus* ſimplex, longus. *Limbus* ſexpartitus, erectus: *laciniis* ovato-oblongis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſagittatæ.

Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, convoluta, ſerrata.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triloba, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, rotunda.

† 76. IXIA. * *Thunb. diss.* 2.

Cal. *Spatha* bivalvis, infera, corolla brevior: *valvulis* oblongis, persistentibus; exteriore latiore, interiorem vaginante.
Cor. monopetala, regularis, supera. *Tubus* filiformis, sensim ampliatus, rectus. *Limbus* regularis, campanulatus, sexpartitus: *laciniis* oblongis, obtusis, æqualibus, patentibus.
Stam. *Filamenta* tria, filiformi-subulata, tubo prope orificium inserta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, sulcatæ.
Pist. *Germen* inferum, triangulare. *Stylus* simplex, filiformis, erectus. *Stigmata* tria, filiformia.
Peric. *Capsula* ovata, trigona, obtusa, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, rotundata, glabra.
Obs. *Differt ab* Antholyza: *laciniis limbi subæqualibus; ab* Ixia: *tubo curvato, & situ laciniarum limbi.*

Spatha tubo brevior vel longior; obtusa vel acuta; integra vel lacera; glabra vel hirsuta. Tubus corollæ magis vel minus profunde partitus; ringens; cylindricus vel filiformis; simplex i. e. subæqualis, vel duplex i. e. basi filiformis dein cylindricus; curvatus vel geniculatus. Limbus campanulatus sæpius; æqualis vel inæqualis; reflexus, patens, & crispus, rarius. Thunb.

† 77. GLADIOLUS. * *Tournef.* 190. *Thunb. diss.* 5. *Gærtn.* 11.

Cal. *Spatha* bivalvis, infera, corolla brevior: *valvulis* oblongis, persistentibus; exteriore majore, interiorem incumbente.
Cor. monopetala, supera. *Tubus* cylindraceus, curvatus. *Limbus* subcampanulatus, sexpartitus: *laciniis* oblongis, erecto-patulis: suprema & infima extra vel intra latentes.
Stam. *Filamenta* tria, orificio tubi inserta, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.
Pist. *Germen* inferum, triangulare. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria, revoluto-patentia, obtusa, villosa.
Per. *Capsula* ovata, trigona, obtusa, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, glabra.

78. ANTHOLYZA.

Cal. *Spathæ* bivalves, alternatæ, imbricatæ, flores distinguentes, persistentes.
Cor. *Petalum* unicum e *Tubo* sensim dilatatum in limbum compressiam, ringentem. *Labium superius* rectum, tenue,

longiſſimum: *laciniis* duabus brevibus ad baſin inſtructum; *L. inferius* brevius, trifidum.

Stam. *Filamenta* tria, longa, tenuia, ſub labio ſuperiori. *Antheræ* acutæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum ſuperiorum. *Stigma* trifidum, capillare, reflexum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, triangularia.

Obs. Gladiolis *nimis affine genus corollis differens: aliis faux inflata, compreſſa; aliis infundibuliformis corolla; aliis labium inferius breviſſimum; aliis laciniis alternis abbreviatis; aliis hypocrateriformis corolla: limbo ſexpartito, æquali.*

† 79. Iris. * *Tournef.* 186. 187. 188. *Thunb. diſſ.* 2. — *Gærtn.* 13. Xiphion T. 198. Siſyrinchium *T.* Hermodactylus *T.*

Cal. *Spathæ* bivalves, flores diſtinguentes, perſiſtentes.

Cor. ſexpartita. *Petala* oblonga, obtuſa: *tria exteriora* reflexa; *tria interiora* erecta acutiora; omnia unguibus connata.

Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, petalis reflexis incumbentia. *Antheræ* oblongæ, rectæ, depreſſæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigmata* tria, petaliformia, oblonga, intus carinata, extus ſulcata, ſtaminibus incumbentia, bilabiata. *Labium exterius* minus, emarginatum; *interius* majus, bifidum, ſubinflexum.

Per. *Capſula* oblonga, angulata, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, magna.

Obs. Nectarium *in quibusdam* 1-9. *eſt* linea *longitudinalis villoſa, baſi petalorum reflexorum inſculpta; in aliis vero* puncta *tria mellifera externe ad baſin floris.* Capſula *in aliis trigona, in aliis hexagona.*

Xiphium *T.* 20, 21. *Radice bulboſa, foliis ſubulatis.*

Sisyrinchium *T.* 2. *Radice bulboſa duplici, altera alteri impoſita.*

Hermodactylus *T.* 3. *Radice tuberoſa; Foliis tetragonis.*

Iris *T. Radice carnoſa oblonga repente; Foliis enſiformibus.*

80. MORÆA. *Mill. dict.* — *Gærtn.* 13.

Cal. *Spathæ* bivalves.

Cor. hexapetala. *Petala* tria interiora patentia; reliqua Ireos.

Stam. *Filamenta* tria, brevia. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* tria, bifida.
PER. *Capſula* trigona, triſulcata, trilocularis.
SEM. plurima, rotunda.

* 81. MARICA. Cipura *Aubl. guian.* 38. *t.* 13.

CAL. *Spathæ* bivalves.
COR. ſexpartita. *Petala* tria exteriora ovata; tria interiora minora; omnia unguibus connata.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima, tubo corollæ inſerta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* inferum, angulatum. *Stylus* trigonus. *Stigmata* tria petaliformia, ſimplicia, acuta.
PER. *Capſula* oblonga, angulata, trilocularis.
SEM. plura, angulata.

* 82. DILATRIS. *Berg. cap.* 9. *Thunberg. Linn. fil. ſuppl.* 10.

CAL. nullus.
COR. hexapetala, ſupera. *Petala* ovato-lanceolata, concava, erecto-patentia, æqualia, extus hirſuta, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla breviora, quorum *tertium* reliquis minus. *Antheræ* ovato-lanceolatæ, biſulcatæ: *tertia* in filamento minore major.
PIST. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
PER. *Capſula* globoſa, hirſutiſſima, trilocularis, trivalvis.
SEM. ſolitaria, orbiculata, compreſſa, glabra, perpendicularia.

* 83. WITSENIA. *Thunberg. nov. gen.* 33.

CAL. nullus.
COR. monopetala, tubuloſa. *Tubus* cylindricus, ſenſim ampliatus. *Limbus* ſexpartitus, erecto-patens: *laciniis* oblongis, obtuſis.
STAM. *Filamenta* tria, tubo ſuperne inſerta, brevia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, erectus, apice cernuus, corolla longior. *Stigma* emarginatum.
PER.
SEM.

* 84. XIPHIDIUM. *Lœfling. Aubl. guian.* 33. *t.* 11.

CAL. nullus.

Cor. *Petala* ſex, quorum *tria exteriora* majora.
Stam. *Filamenta* tria, petalis interioribus oppoſita. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex (trigonum *Aubl.*)
Per. *Capſula* ab initio carnoſa, tum ſicca, ſubrotunda, triſulcata, trilocularis.
Sem. plurima, ſubrotnnda. (receptaculo globoſo inſerta *Læſt.*)

§5. WACHENDORFIA. † *Burmann.* — *Gærtn.* 15.

Cal. *Spathæ* bivalves.
Cor. hexapetala, inæqualis: *Petala* oblonga: tribus ſupremis erectioribus; tribus inferioribus patulis.
Nectarium ſetis duabus ad latera petali ſuperioris interna.
Stam. *Filamenta* tria, filiformia, declinata, corolla breviora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, trigonum. *Stylus* filiformis, declinatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ſubovata, triquetra, obtuſa, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, hirta.

§6. COMMELINA. * *Plum.* 38. — *Gærtn.* 15. Zanonia *Plum.* 38.

Cal. *Spatha* cordata, connivens, compreſſa, maxima, perſiſtens.
Cor. *Petala* ſex, quorum *tria exteriora* parva, ovata, concava, perianthium mentientia; *tria* vero *interiora* alterna, maxima, ſubrotunda, colorata.
Nectaria tria, ſtamina mentientia, filamentis propriis inſidentia, cruciformia, horizontalia.
Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, reclinata, figura & ambitu cum filamentis nectarii congruentia, iis tamen inferiora. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, revolutus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* nuda, ſubgloboſa, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. bina, angulata.
Obs. Numerus *differens eſt, hinc ſi* Petala quatuor parva *æqualia ſint, tum e numero reliquarum partium unicam tertiam partem excludas, nectariis autem unitatem adjungas & bacchus literarum quæſitum.*

Zanoniæ *Petala tria exteriora parva, perianthii forma perſiſtunt; tria vero interiora æqualia ſunt.*

87. CALLISIA. *Læfling.* Hapalanthus *Jacq. amer.* 11.

Cal. *Perianthium* triphyllum: foliolis lineari-lanceolatis, carinatis, erectis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, lanceolata, acuminata, erecta, apice patula, calycis longitudine.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora, apice dilatata lamina ſubrotunda. *Antheræ* geminæ, globoſæ, laminis lateri interiori affixæ.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, compreſſum. *Stylus* capillaris, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, patentia, penicilliformia.

Per. *Capſula* ovata, compreſſa, acuta, bilocularis, bivalvis: valvulis contrariis.

Sem. duo, ſubrotunda.

Obs. *Affinis* Commelinæ.

* 88. SYENA. Mayaca *Aubl.* 15.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, concava, patentia, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* trifidum.

Per. *Capſula* globoſa, ſtylo coronata, unilocularis, trivalvis.

Sem. ſex, globoſa, ſtriata: duo ſingulæ valvulæ, unum ſupra alterum, affixa.

Obs. *Affinis Commelinæ.*

89. XYRIS. † *Gronov.* — *Gærtn.* 15.

Cal. *Spica* ſubrotunda: *Squamis* ſubrotundis, concavis, imbricatis, flores diſtinguentibus.

Gluma bivalvis, parva: *valvulis* navicularibus, compreſſis, arcuatis, acutis, conniventibus.

Cor. *Petala* tria, plana, patentia, magna, crenata: *unguibus* anguſtis, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* tria, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* triplex.

PER. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis, trivalvis, ad angulos rima dehiſcens. *Gærtn.*

SEM. plurima, minutiſſima, coſtæ elevatæ in medio ſingulæ valvulæ adhærentia. *G.*

* 90. FUIRENA. *Rottbœll. gram.* 70. *Linn. fil. nov. gen. gram.* 25. *ſuppl.* 11.

CAL. *Amentum* oblongum, teres, imbricatum: *ſquamis* canaliculatis, cuneiformibus, tricarinatis, apice ariſtatis: *ariſta* tereti, recta, gluma breviore. *Flores* inter ſingulas ſquamas ſolitarii, minimi, tuberculo inſidentes.

Gluma, præter ſquamas amentaceas, nulla.

COR. *Gluma* trivalvis: *valvulis* petaliformibus, obcordatis, ſubmembranaceis, planis, integerrimis, *ariſta* incurva terminatis.

STAM. *Filamenta* tria, linearia, inter valvulas corollinas receptaculo inſerta. *Antheræ* lineares, erectæ.

PIST. *Germen* magnum, triquetrum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum, niſi corolla emarcida, ſemen includens.

SEM. triquetrum, nudum, villis deſtitutum.

* 91. KYLLINGIA. *Rottbœll. gram.* 12. *Linn. fil. nov. gen. gram.* 24. *ſuppl.* 11. *Thunberg. fl. jap.* 3.

CAL. *Amentum* ovatum ſ. oblongum, imbricatum: *ſquamis* oblongis, flores diſtinguentibus.

Gluma inæqualis, compreſſa, bivalvis: *valvulis* lanceolatis, canaliculatis, acutis, corolla multo brevioribus: *altera* breviore.

COR. *Gluma* calyce longior, compreſſa, bivalvis: *valvulis* carinatis, inæqualibus, apice divaricatis, quarum *altera* major, lanceolata, acutiſſima, complicata, marginem alterius amplectens; *altera* brevior, anguſtior.

STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, plana. *Antheræ* lineares, erectæ.

PIST. *Germen* obovatum, complanatum, altero margine gibbum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo vel tria, capillaria.

PER. nullum, ſed Glumæ corollinæ ad maturitatem ſemen conſervantes.

SEM. oblongum, triquetrum, villis deſtitutum.

92. SCHOENUS. * Cyperella. *Mich.* 31. Pseudo-Cyperus. *Mich.* 31. Melanoschœnus. *Mich. gen.* 31.

Cal. *Glumæ* paleaceæ, univalves, congestæ.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovato-triquetrum, obtusum. *Stylus* setaceus, longitudine corollæ. *Stigma* trifidum, tenue.
Per. nullum.
Sem. unicum, subrotundum, inter glumas.
Obs. *Dantur species, in quibus setæ aliquot minimæ e receptaculo propio enatæ semen cingunt.*

93. CYPERUS. * *Mich.* 31. *Tournef.* 299. — *Gærtn.* 2.

Cal. *Spica* distiche imbricata: *squamis* ovatis, carinatis, plano-inflexis, flores distinguentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, sulcatæ.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longissimus. *Stigmata* tria, capillaria.
Per. nullum.
Sem. unicum, triquetrum, acuminatum, villis destitutum.

† 94. SCIRPUS. * *Mich.* 31. *Tournef.* 300. *Gærtn.* 2. Scirpocyperus. *Mich.* 31.

Cal. *Spica* undique imbricata: *squamis* ovatis, plano-inflexis, flores distinguentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, tandem longiora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longus. *Stigmata* tria, capillaria.
Per. nullum.
Sem. unicum, triquetrum, acuminatum, villis calyce brevioribus, vel nullis, cinctum.
Obs. Villi *isti seminis in aliis ad apicem, in aliis ad basin seminis annectuntur.*

95. ERIOPHORUM. * *Gærtn.* 2. Linagrostis *Mich.* 31. *Tournef.*

Cal. *Spica* undique imbricata: *squamis* ovato-oblongis, pla-

no-inflexis, membranaceis, laxis, acuminatis, flores diſtinguentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſquamæ calycis. *Stigmata* tria, ſtylo longiora, reflexa.

Per. nullum.

Sem. triquetrum, acuminatum, villis ſpica longioribus inſtructum.

Obs. *Quædam ſpecies polygamæ ſunt.* S.

* 96. POMMEREULLIA. *Linn. fil. nov. gen. gram.* 31. *ſuppl.* 12.

Cal. *Gluma* turbinata, tri-ſ. quadriflora, bivalvis.

Valvulæ æquales, cuneiformes, baſi divaricatæ; *ungue* incurvo, lineari, ſenſim dilatato, quadrifido: *laciniis* in orbem dilatatis & floſculos involventibus, inæqualibus: *lateralibus* majoribus, lanceolatis, acutis: *interioribus* ſ. intermediis ſesqui brevioribus, ſubulatis, ariſtatis. *Ariſta* dorſalis inter lacinias minores inſerta, ſolitaria, recta, erecta, valvulis longior.

Cor. *Gluma* bivalvis: *valvulis* inæqualibus: *exteriore* calycinis ſimillima, ariſtata; *interiore* breviſſima, ſimpliciſſima ſ. indiviſa, ovata, plana, mutica.

Stam. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* lineares, longitudine valvularum.

Pist. *Germen* lineare. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo, latere villoſa.

Per. nullum. Corolla immutata ſemen ad maturitatem continet, tum dehiſcit, illudque dimittit.

Sem. unicum, oblongum, latere interiore planum, exteriore convexum, pellucidum, glaberrimum.

Obs. *Flos refert figuram Dianthi, tubo anguſto, limbo patente, ſubradiato; nam Floſculi in centro floris in acumen convergunt. Linn.*

97. NARDUS. *

Cal. nullus.

Cor. bivalvis: *Valvula exterior* lanceolato-linearis, longa, mucronata, ventre amplectens minorem; *V. interior* minor, linearis, mucronata:

Nectarium nullum.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* unicus, filiformis, longus, pubeſcens. *Stigma* ſimplex.
PER. nullum. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tectum, lineari-oblongum, utrinque acuminatum, ſuperne anguſtius.

* 98. SPARTINA. *Schreb.*

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, compreſſa: *valvulis* naviculatibus, compreſſis, carinatis, conniventibus: *interiore* longiore, latioreque dorſo ſtriata, mucronata.
COR. bivalvis, calycina interiore brevior: *valvulis* ſubæqualibus linearibus compreſſis obtuſiuſculis amplexantibus: *interiore* paullo longiore.
Nectarium nullum.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* lineares, tetragonæ, baſi bifidæ, acutiuſculæ.
PIST. *Germen* lineare, acutum. *Stylus* filiformis, erectus, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, villoſa.
PER. nullum. *Calyx* includit, demittit.
SEM. oblongum, compreſſum.

99. LYGEUM. * *Læſling.*

CAL. *Spatha* monophylla, convoluta, ovata, acuminata, deorſum dehiſcens, perſiſtens.
COR. binæ, germini inſidentes, æquales utrinque. *Corollulæ Gluma* bivalvis: *Valvula exteriore* convexa, oblonga, acuta, minore: *Valvula interiore* lineari, anguſta, duplo longiore, bifida, acuta.
STAMINA (ſingulis) *Filamenta* tria, tenuiſſima, planiuſcula, longa. *Antheræ* lineares.
PIST. *Germen* utrisque commune, hirſutum, inferum corollarum. *Stylus* ſimplex, planiuſculus, longus. *Stigma* ſimplex.
PER. *Nux* oblonga, hirſutiſſima, bilocularis, non dehiſcens.
SEM. ſolitaria, lineari-oblonga, hinc convexa, inde planiuſcula.

II. DIGYNIA.

100. BOBARTIA. †

CAL. uniflorus, imbricatus *Glumis* numeroſis, cylindricis: quarum *Exteriores* plurimæ, breves, univalves; *Interiores* æquales, longiores, bivalves: *valvula exteriore* maxima; *interiore* lineari, truncata, ejusdem longitudinis.

Cor. *Gluma* bivalvis, tenuiſſima, calyce brevior, ſupera, marceſcens.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* breve, ſubinferum. *Styli* duo, filiformes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyces* immutati.
Sem. unicum, oblongiuſculum.
Obs. *Glumis calycis numeroſis, floreque unico ſupero diverſiſſima eſt ab affinibus.*

101. CORNUCOPIÆ. * Cornucopioides. *Schreb.* 3.

Cal. *Perianthium* commune monophyllum, infundibuliforme, maximum: *ore* crenato, obtuſo, patenti-erecto; multiflorum.
Gluma uniflora, bivalvis: *valvulis* oblongis, obtuſe acuminatis, æqualibus.
Cor. univalvis, figura, magnitudine & ſitu valvulæ glumæ calycis ſimillima.
Nectarium nullum?
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* cirrhoſa.
Per. nullum. *Corolla* ſemen includens.
Sem. unicum, turbinatum, hinc convexum, inde planum.
Obs. Alopecuro *nimis affine.*

† 102. ALOPECURUS. * — *Gærtn.* 1.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, concavis, compreſſis, æqualibus, baſi connatis.
Cor. univalvis: *Valvula* ovato-lanceolata, concava, marginibus baſi coadunatis, calyce paullo brevior. *Ariſta* duplo longior, geniculata, dorſo valvulæ verſus baſin inſerta.
Nectarium nullum.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, baſi planiuſcula, calyce longiora. *Antheræ* utrinque bifurcatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, baſi coaliti, calyce longiores. *Stigmata* villoſa.
Per. nullum. *Corolla* ſemen obveſtiens.
Sem. ovatum, tectum.

* 103. MUHLENBERGIA. *Schreb.*

Cal. *Gluma* univalvis, minima, emarginata, lateralis.

Cor. bivalvis: *Valvulæ* æquales: *exterior* lanceolata, longa, acuta, ariſtata, ventre amplectens interiorem, baſi piloſa; *Valvula interior* paullo brevior, anguſtior, linearis, mucronata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, oblique truncatis, gibbis, parvis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* lineares.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. Corolla ſemen includit.

Sem. unicum, oblongum, acuminatum.

† 104. SACCHARUM. †

Cal. *Gluma* bivalvis, uniflora: *valvulis* oblongo-lanceolatis, acuminatis, erectis, concavis, æqualibus, muticis: baſi *lanugine* longa cinctis.

Cor. bivalvis, brevior, acutiuſcula, tenerrima.

Nectarium diphyllum, minimum.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ. *Anthera* oblongiuſculæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, pennati. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. *Corolla* ſemen inveſtit.

Sem. unicum, oblongum.

* 105. ASPRELLA. Homalocenchrus *Mieg. Hall. Allion.*

Cal. nullus.

Cor. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* naviculariibus, concavis, compreſſis, dorſo ciliato-aculeatis, ſubæqualibus: *exteriore* majore, oblonga, mucronata; interiore duplo anguſtiore, lineari, acuta.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Styli* duo, capillares, breves. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. *Corolla* includit ſemen.

Sem. unicum, obovatum, compreſſum.

† 106. PHALARIS. *

Cal. duplex, uniflorus.

Exterior Gluma bivalvis, compreſſa: *valvulis* naviculari-

bus, compreſſis, carinatis, acutis, ſubæqualibus; marginibus rectis, parallele conniventibus.

Interior bivalvis: *valvulis* lanceolatis, acutis, pubeſcentibus, parvis, dorſo corollæ ad baſin incumbentibus.

Cor. bivalvis, calyce minor: *valvulis* oblongis, concavis, acutis: *interiore* minore.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, hyalinis, baſi gibbis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, capillares, baſi connati. *Stigmata* villoſa.

Per. nullum. *Corolla* circumnaſcitur ſemini, cruſtæ inſtar, nec dehiſcit.

Sem. unicum, ovato-oblongum, acuminatum, glabrum.

107. PASPALUM. *

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, membranacea: *valvulis* æqualibus orbiculatis, plano-concavis: *interiore* planiore, exterius poſita.

Cor. bivalvis, magnitudine calycis: *valvulis* ſubrotundis, cartilagineis, extus convexis, baſi inflexis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine glumæ. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, longitudine floris. *Stigmata* penicilliformia, piloſa, colorata.

Per. nullum. *Glumæ* perſiſtentes, clauſæ, ſemini adnaſcentes.

Sem. unicum, ſubrotundum, compreſſum, hinc convexum.

Obs. P. virgatum *valvulam calycis exteriorem breviſſimam habet.*

† 108. PANICUM. * — *Gærtn.* 1. — Digitaria *Hall.*

Cal. *Gluma* biflora, bivalvis: *Valvulis* ſubovatis, nervoſis: *exteriore* paullo inferiore, minima; floſculo altero Hermaphrodito, altero Neutro ſ. Maſculo.

Cor. Hermaphroditi *Gluma* bivalvis: *Valvulis* ſubovatis, cartilagineis: *exteriore* convexa, marginibus amplexante *interiorem* minorem, planiorem.

Neutrius ſ. Maſculi *Gluma* bivalvis: *Valvula* exteriore (in ſinu minoris calycinæ) planiuſcula, nervoſa; interiore membranacea, plana, marginibus inflexis: ſæpe parva ſ. minima.

Nectarium Hermaphroditis (& Maſculis) diphyllum, minimum, gibbum. Neutris nullum.

Stam. Hermaphroditis (& Maſculis) *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ. Neutris nulla.

Pist. Hermaphroditis *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* plumoſa. Neutris nullum.

Per. nullum. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.

Sem. unicum, tectum, ſubrotundum, inde planiuſculum.

Obs. *Neglecta valvula interiore floſculi neutrius, exterior ad calycem pertinere videtur; quam ob rem plerumque a Botanicis valvulæ calycinæ tres numerantur, inter quas tertia minima eſt. S.*

109. PHLEUM. * — *Gærtn.* 1.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, oblonga, linearis, compreſſa; apice bicuſpide dehiſcens: *valvulis* rectis, concavis, compreſſis, amplexantibus, æqualibus, truncatis, carinæ apice mucronatis.

Cor. bivalvis, calyce brevior: *Valvula exteriore* amplexante *interiorem* minorem.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. *Calyx* & *Corolla* includentia ſemen.

Sem. unicum, ſubrotundum.

Obs. *In Phleo arenario & aliis ſpeciebus, flores ſunt ovato-lanceolati. S.*

110. MILIUM. * *Tournef.* 298.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, acuminatis, ſubæqualibus.

Cor. bivalvis, calyce minor: *Valvulæ* ovatæ: altera minore.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* penicilliformia.

Per. nullum. *Corolla* ſemen obveſtitum, glaberrimum,

Sem. unicum, tectum, ſubrotundum.

111. AGROSTIS. *

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, acuminata, corolla paullo minor,

Cor. bivalvis, acuminata; altera majore.
Nectarium diphyllum: *foliolis* acutis, basi gibbis. S.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* furcatæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, reflexi, villosi. *Stigmata* longitudinaliter hispida.
Per. nullum. *Corolla* adnata semini, nec dehiscens.
Sem. unicum, subrotundum, utrinque acuminatum.

112. AIRA. * — *Gærtn.* 1.

Cal. *Gluma* biflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, acutis, æqualibus.
Cor. bivalvis: *Valvulæ* calyci simillimæ. Nullum floris rudimentum inter flosculos.
Nectarium diphyllum: *foliolis* acutis, basi gibbis. S.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrinque furcatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, setacei, patentes. *Stigmata* pubescentia.
Per. nullum. *Corolla* includens semini adnascitur.
Sem. subovatum, tectum.
Obs. *Numerus flosculorum variat* 2-3. R.

† 113. MELICA. *

Cal. *Gluma* biflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, concavis, subæqualibus.
Cor. bivalvis: *Valvulæ* ovatæ, muticæ: *altera* concava, *altera* plana, minore. *Corpusculum* inter flosculos, turbinatum, pedicellatum.
Nectarium monophyllum, horizontale, germen ambiens, carnosum.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, basi incrassata connata, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifurcatæ.
Pist. *Germen* obovatum, turbinatum. *Styli* duo, setacei, patentes, basi nudi. *Stigmata* oblonga, plumosa.
Per. nullum. *Corolla* includit semen, demittit.
Sem. unicum, ovatum, altero latere sulcatum.
Obs. Corpusculum *pedunculatum inter flosculos* (*floris rudimentum*) *characterem essentialem præbet: hoc constat duobus rudimentis s. flosculis truncatis, alternis: glumis convolutis, pellucidis. Linn.* — *Adde Stamina basi dilatata connata, cum Nectario monophyllo. S.*

114. POA. *

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, mutica, flores in ſpiculam diſticham ovato-oblongam colligens: *Valvulis* ovatis acuminatis.

Cor. bivalvis: *Valvulæ* ovatæ, acutiuſculæ, concavæ, compreſſæ, calyce paulo longiores, margine ſcarioſo.

Nectarium diphyllum: *foliolis* acutis ſ. laceris, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* bifurcatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigmata* ſimilia.

Per. nullum. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.

Sem. unicum, oblongum, acuminatum, utrinque compreſſum, tectum.

Obs. Poæ Eragroſtidis *flores absque margine ſcarioſo. Species aliæ calyce bifloro, aliæ tri-quadrifloro e. ſ. p. ſunt. R.*

115. BRIZA. * — *Gærtn.* 1.

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpiculam cordatam diſticham colligens: *valvulis* cordatis, concavis, æqualibus, obtuſis.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* magnitudine & figura calycis: *ſuperior* minima, plana, ſubrotunda, ventrem alterius claudens.

Nectarium diphyllum: *foliolis* linearibus, crenulatis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. *Corolla* immutata continet ſemen, dehiſcit, demittit.

Sem. unicum, ſubrotundum, compreſſum, minimum.

116. UNIOLA. †

Cal. *Gluma* multiflora, multivalvis: *Valvulis* diſtiche imbricatis, ſubulatis, compreſſis, navicularibus, carinulatis, altera alteram claudente: *ultimo pari* multifloro, continente *Spiculam* ovatam, compreſſo planam, margine acutam.

Cor. bivalvis: *Valvulæ* lanceolato-compreſſæ, calycinis ſimiles, *interiore* valvula parum ſupereminente.

Nectarium. . . .

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, lineares.

Pist. *Germen* conicum. *Styli* duo, erecti, ſimplices. *Stigmata* pubeſcentia.

Per. nullum. *Corolla* includit ſemen.
Sem. unicum, ovato-oblongum.

† 117. DACTYLIS. *

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, floſculos in ſpiculam ovato-oblongam colligens: *Valvulis*, concavis, carinatis, altero latere convexis, latioribus, ſemiovatis, altero anguſtis: interiore majore.
Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, concava, acuta, mucronata ſ. ariſtata; *interior* lanceolata, acute bifida, inferiore vix brevior.
Nectaria duo, lanceolata, acuminata, baſi gibba.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, patentes. *Stigmata* plumoſa.
Per. nullum. *Corolla* ſemen includens, demittens.
Sem. unicum, oblongum, hinc ſulcatum.

† 118. CYNOSURUS. * — *Gærtn.* 1. Eleuſine *Gærtn.* 1.

Cal. *Receptaculum commune* unilaterale, (ſæpe) foliaceum. (*Syſt. nat.*)
Involucrum (quibusdam) monophyllum, laterale. (*Syſt. nat.*)
Gluma multiflora, bivalvis: *valvulis* linearibus, acuminatis, æqualibus.
Cor. bivalvis: *exterior* concava longior, *interior* plana, mutica.
Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, baſi gibbis. S.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, villoſi, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Corolla* arcte obvolvens ſemen, nec dehiſcens.
Sem. unicum, oblongum, utrinque acuminatum.
Obs. Involucra *in plurimis ſunt pinnatifida ſ. pectiniformia. In variis ſpeciebus varius eſt floſculorum numerus.* R.
Eleuſine *Gærtn. differt Semine membrana incluſo.* S.

119. FESTUCA.

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, erecta, floſculos in ſpiculam tenuem (oblongam teretiuſculam *Syſt. nat.*) continens: *valvulis* ſubulatis, acuminatis: *inferiore* minore.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, figura calycis, magnitudine calycem ſuperans, teretiuſcula, acuminata, in mucronem terminata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, acutis, baſi gibbis; ſ. monophyllum, plano-concavum, horizontale, emarginatum. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, breves, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Corolla* arctiſſime clauſa adnata, nec dehiſcens.

Sem. unicum, tenui-oblongum, utrinque acutiſſimum, longitudinaliter ſulco notatum.

120. BROMUS. * *Mont.* 32. Ægilops. *Dill. gen.* 3.

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, floſculos in ſpiculam (oblongam ſ. teretem, diſticham *Syſt. nat.*) colligens: *valvulis* ovato-oblongis, acuminatis, muticis: *inferiore* minore.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, magnitudine & figura calycis, concava, obtuſa, bifida; *Ariſtam*, infra apicem, rectam emittens; *V. ſuperior* lanceolata, parva, mutica.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, breves, reflexi, villoſi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Corolla* arctiſſime clauſa, adnata, nec dehiſcens.

Sem. unicum, oblongum, tectum, hinc convexum, inde ſulcatum.

121. STIPA. *

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, laxa, acuminata.

Cor. bivalvis: *Valvula exterior* apice terminata *Ariſta* longiſſima, tortili, baſi articulata, recta; *V. interior* longitudine exterioris, mutica, linearis.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, membranaceis, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* lineares.

Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, hirſuti. baſi uniti. *Stigmata* pubeſcentia.

Per. nullum. *Gluma* adnata.

Sem. unicum, oblongum, tectum.

Obs. *Dignoſcitur Glumæ Corollinæ Ariſta, ad apicem glumæ articulata.*

122. AVENA. * *Tournef.* 267.

Cal. *Gluma* ſæpius multiflora, bivalvis, flores laxe colligens: *valvulis* lanceolatis, acutis, ventricoſis, laxis, magnis, muticis.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* calyce durior, calycis magnitudine, teretiuſcula, ventricoſa, utrinque acuminata, e dorſo *Ariſtam* ſpiraliter intortam, geniculo veluti reflexam, emittens.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.

Pist. *Germen* obtuſum. *Styli* duo, reflexi, piloſi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Corolla* arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.

Sem. unicum, tenui-oblongum, utrinque acuminatum, ſulco longitudinali notatum.

Obs. Ariſta *e dorſo corollæ articulata, intorta, conſtituit eſſentialem characterem.*

123. LAGURUS. * — *Gærtn.* 1.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* longis, linearibus, patulis, tenuiſſimis, deſinentibus ſingulis in *ariſtam* villoſam.

Cor. bivalvis, calyce craſſior: *Valvula exterior* longior, terminata *Ariſtis duabus*, parvis, rectis; *Ariſta tertia* e medio dorſo valvulæ ejusdem, reflexo-torta. *Valvula interiore* parva, acuminata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis, baſi gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, ſetacei, villoſi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Corolla* ſemini adnaſcitur.

Sem. ſolitarium, oblongum, tectum, ariſtatum.

124. ARUNDO. * *Scheuch.* 3. 14. 3.

Cal. *Gluma* uni-vel multiflora, bivalvis, erecta: *Valvulis* oblongis, acuminatis, muticis: altera breviore.

Cor. bivalvis: *Valvulæ* longitudine calycis, oblongæ, acuminatæ, e quarum baſi *lanugo* longitudine fere floris aſſurgit.

Nectarium diphyllum, minimum. S.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* utrinque bifurcatæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, reflexi, villoſi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.

SEM. unicum, oblongum, utrinque acuminatum, baſi pappo longo inſtructum.

† 125. ARISTIDA. †

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *valvulis* lineari-ſubulatis, membranaceis, inæqualibus.

COR. bivalvis, calyce craſſior: *Valvula exterior* linearis, longitudinaliter connivens, baſi hirſuta, terminata *Ariſtis* tribus, ſubæqualibus, patulis; *interior* lanceolata, acuta, breviſſima, valvula exteriore obvoluta.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* villoſa.

PER. nullum. *Gluma* connivens, involvens, dehiſcens.

SEM. unicum, filiforme, longitudine corollæ, nudum.

126. LOLIUM. *

CAL. *Receptaculum* commune elongatum in *Spicam*, flores diſtiche ſpicatos angulo culmi apprimens.

Gluma univalvis, rachi oppoſita, ſubulata, perſiſtens.

COR. bivalvis: *Valvula inferior* anguſto-lanceolata, convoluta; acuminata, longitudine calycis; *V. ſuperior* brevior, linearis, obtuſior, ſurſum concava.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, baſi gibbis. S.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares; reflexi. *Stigmata* plumoſa.

PER. nullum. *Corolla* fovet ſemen, dehiſcit, demittit.

SEM. unicum, oblongum, hinc convexum, inde ſulcato-planum, compreſſum.

OBS. *Spicæ ſeſſiles in eodem plano cum culmo ponuntur, unde caulis vicem valvulæ alterius calycis (deficientis & oppoſitæ) gerit.*

127. SECALE. *

CAL. *Receptaculum* commune elongatum in *Spicam*.

Gluma biflora, diphylla: *foliolis* oppoſitis, diſtantibus, erectis, linearibus, acuminatis, corolla minoribus. Floſculi ſeſſiles.

Cor. bivalvis: *Valvula exterior* rigidior, ventricoſa, acuminata, compreſſa, carina ciliata, deſinens in *Ariſtam* longam; *V. interior* plana, lanceolata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutiuſculis, ciliatis; baſi hinc gibbis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, extra florem pendula. *Antheræ* oblongæ, furcatæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigma* ſimplex.

Per. nullum. *Corolla* fovens ſemen, dehiſcit, demittit.

Sem. unicum, oblongum, ſubcylindraceum, nudum, hinc acuminatum.

Obs. Flos tertius *pedunculatus ſæpe inter duos majores ſeſſiles.*

128. ELYMUS. *

Cal. *Receptaculum* commune elongatum in *Spicam.*

Gluma tetraphylla, diſtachya: *foliolis* duobus ſingulæ ſpiculæ ſubjectis, ſubulatis.

Cor. bivalvis: *Valvula exterior* major, acuminata, ariſtata; *V. interior* plana.

Nectarium diphyllum: *foliolis* oblongis, acutis, ciliatis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, baſi bifidæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, divaricati, piloſi, inflexi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Corolla* ſemen involvens.

Sem. unicum, lineare, hinc convexum, tectum.

129. HORDEUM. * *Tournef.* 295.

Cal. *Receptaculum* commune elongatum in *Spicam.*

Gluma hexaphylla, triflora: *floribus* ſeſſilibus: foliolis diſtantibus, per paria digeſtis, linearibus, acuminatis.

Cor. bivalvis; *Valvula inferior* ventricoſa, angulata, ovato-acuminata, calyce longior, deſinens in *Ariſtam* longam: *V. interior* lanceolata, plana, minor.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, ciliatis. S.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ovato-turbinatum. *Styli* duo, villoſi, reflexi. *Stigmata* ſimilia.

Per. nullum. *Corolla* circumnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
Sem. oblongum, ventricoſum, angulatum, utrinque acuminatum, inde ſulco longitudinali notatum.
Obs. *In quibusdam omnes tres flores, involucro contenti*, hermaphroditi *ſunt fertiles; in aliis, flores laterales* mares *ſunt, intermedius autem ſolus fertilis hermaphroditus.*

130. TRITICUM. * *Tournef.* 292. 293.

Cal. *Receptaculum* commune elongatum in *Spicam.*
Gluma bivalvis, ſubtriflora: *valvulis* ovatis, obtuſiuſculis, concavis.
Cor. bivalvis, ſubæqualis, magnitudine calycis: *Valvula exterior* ventricoſa, obtuſa cum acumine: *V. interior* plana.
Nectarium diphyllum: *foliolis* acutis, baſi gibbis. S.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumoſa.
Per. nullum. *Corolla* fovet ſemen, dehiſcit, demittit.
Sem. unicum, ovato-oblongum, utrinque obtuſum, hinc convexum, inde ſulcatum.
Obs. *Corollæ valvula exterior in aliis ariſtata, in aliis mutica. Floſculus intermedius ſæpe maſculus eſt.*

* 131. LAPPAGO. Tragus *Hall.*

Cal. *Gluma* ſubtrivalvis: *Valvulis* alternis, ovato-oblongis, acuminatis, ventricoſis, cartilagineis, ſtriatis, muricatis, unifloris.
Cor. bivalvis: *Valvula majore* oblonga, ventricoſa, acuta, membranacea, glumæ calycinæ oppoſita, ejusque longitudine; *minore* lanceolata, marginibus majoris excepta, in ſinu glumæ calycinæ.
Nectarium diphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floſculi. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* villoſa.
Per. nullum. *Corolla* ſemen includit.
Sem. unicum, ovatum, compreſſum.
Obs. *Spicula ovata, compreſſa, tri-ſ. quadriflora: floſculis omnibus valvula calycina exceptis, hermaphroditis; accedit aliquando floſculus quintus, ſimiliter calyculatus, ſed imperfectus.*
Singulare eſt, quod quilibet floſculus ſuam habet glumam calycinam; & quod Corollæ valvula exterior intror-

ſum ſ. rachin ſpiculæ, interior autem extrorſum ſpectat; unde corolla inverſa *ſ.* reſupinata! — S.

III. TRIGYNIA.

132. ERIOCAULON. † *Gron. virg.* 14.

Cal. *Perianthium* commune globoſo-depreſſum, imbricatum: *ſquamis* lanceolatis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. *Univerſalis* uniformis, convexa.

Propria tripetala: *Petalis* æqualibus, lanceolatis, obtuſis, apice villoſis, baſi attenuatis connatisque in pedicellum ſtyliformem, piloſum.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, germini inſiſtentia. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

Pist. *Germen* tenue, ſuperum, ſub ſtamina. *Styli* tres, capillares, breves. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, corolla coronata.

Rec. *Paleæ* magnitudine & figura ſquamarum calycis, unifloræ, plurimæ.

Obs. E. decangularis *floſculi diſci maſculi, ambitus feminei ſunt. Videndæ & reliquæ ſpecies, antequam character emendetur. Syſt. Veg. p.* 109. R.

133. MONTIA. * *Mich.* 13. Cameraria. *Dill. gen.* 6. Alſinoides. *Vaill. B. P.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, erectis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, quinquepartita: *laciniis* tribus alternis minoribus, ſtaminiferis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ, cui inſerta. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* tres, villoſi, patentes. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* turbinata, obtuſa, tecta; unilocularis, trivalvis.

Sem. tria, ſubrotunda.

Obs. Calyx *ſæpe variat foliolis ternis, tumque ſtamina* 5. *ſæpe producit.*

134. PROSERPINACA. † Trixis. *Mich.* 23. — *Gærtn.* 24.

Cal. *Perianthium* tripartitum, ſuperum: *Foliolis* erectis, acuminatis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, patentia, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, oblongæ, acutæ.
Pist. *Germen* inferum, triquetrum, maximum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, pubeſcentia, craſſiuſcula, longitudine ſtaminum.
Per. nullum.
Sem. unicum, oſſeum, ovatum, triquetrum, triloculare, calyce clauſo terminatum.

135. TRIPLARIS. *Læfling.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum, trifidum: *laciniis* lanceolatis, membranaceis, patentibus, longiſſimis; perſiſtens.
Cor. *Petala* tria, longitudine tubi calycis. *Jacq.*
Stam. *Filamenta* tria, ſubulata, longitudine tubi calycis. *Antheræ* lineares, membranaceæ, ovatæ.
Pist. *Germen* ovatum, triangulare: angulis compreſſis. *Styli* tres, ſubulati, longitudine ſtaminum. *Stigmata* triquetra, villoſa.
Per. nullum.
Sem. *Nux* triquetra intra calycis baſin ovatam.
Obs. *Nullam adeſſe corollam. Syſt. Nat. p.* 110. R.

136. HOLOSTEUM. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, bipartita, obtuſa, æqualia.
Stam. *Filamenta* tria, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, filiformes. *Stigmata* obtuſiuſcula.
Per. *Capſula* unilocularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. H. ſucculento *petala ſubtrifida ſunt, calyce minora.*
H. umbellato *petala tri-ſ. bidentata. Stam.* 3-5. *Styli* 3-4. *Capſ. apice ſexvalvis.* S.

137. KOENIGIA.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* nulli. *Stigmata* tria, (ſæpe duo,) approximata, villoſa, colorata.
Per. nullum.
Sem. unicum, ovatum, nudum, longitudine calycis.

138. POLYCARPON. * *Lœfling.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, carinatis, mucronatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, breviſſima, ovata, emarginata, alterna, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* tria, filiformia, calyce dimidio breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, unilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovata.

139. MOLLUGO. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, erecto-patulis, introrſum coloratis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, ſetacea, corolla breviora, piſtillo approximata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, triſulcatum. *Styli* tres, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.
Sem. numeroſa, reniformia.

140. MINUARTIA. * *Lœfling.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum, longum: *foliolis* ſubulatis, rigidiuſculis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* trigonum. *Styli* tres, breves, filiformes. *Stigmata* craſſiuſcula.
Per. *Capſula* oblonga, triangularis, calyce longe brevior, unilocularis, trivalvis.
Sem. nonnulla, ſubrotunda, compreſſa.
Obs. M. montana *petala quinque, vix ulla; ſtamina ſæpius quinque (Alſines) habet. Linn.* R.

141. QUERIA. † *Lœfling.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, acutis, perſiſtentibus; exterioribus recurvatis.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis, trivalvis.
Sem. unicum.
Obs. *Differt manifeſte ſeminum numero a* Minuartia.

142. LECHEA. † *Kalm.*

Cal. *Per anthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentiſſimis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* tria, linearia, calyce anguſtiora, ſed ferme longiora, concava.
Stam. *Filamenta* tria, (interdum 4, 5.) capillaria, corolla longiora, piſtillo incumbentia, æqualia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, plumoſa, divaricata.
Per. *Capſula* ovata, triquetra, trilocularis, trivalvis; inſuper *valvulis* tribus internis conniventibus verſus exteriores, conſtituentibus diſſepimenta, gaudet.
Sem. ſolitaria, ovata, introrſum angulata.
Obs. L. majori *ſtamina* 4: *horum* 2. *ſuperiora approximata. Clayt.* R.

Classis IV.

TETRANDRIA

I. MONOGYNIA.

143. *Protea.*
144. *Rhopala.*
145. *Embothrium.*
146. *Globularia.*
147. *Cephalanthus.*
148. *Dipsacus.*
149. *Scabiosa.*
150. *Knautia.*
151. *Allionia.*
152. *Opercularia.*
153. *Hedyotis.*
154. *Scabrita.*
155. *Spermacoce.*
156. *Sherardia.*
157. *Asperula.*
158. *Diodia.*
159. *Hydrophylax.*
160. *Knoxia.*
161. *Houstonia.*
162. *Galium.*
163. *Crucianella.*
164. *Rubia.*
165. *Siphonanthus.*
166. *Catesbæa.*
167. *Ixora.*
168. *Pavetta.*
169. *Siderodendrum.*
170. *Petesia.*
171. *Chomelia.*
172. *Petitia.*
173. *Ægiphila.*
174. *Mitchella.*
175. *Callicarpa.*
176. *Aquartia.*
177. *Myrmecia.*
178. *Polypremum.*
179. *Chætocarpus.*
180. *Lasiostoma.*
181. *Manettia.*
182. *Penæa.*
183. *Blæria.*
184. *Buddleja.*
185. *Exacum.*
186. *Plantago.*
187. *Scoparia.*
188. *Rhacoma.*
189. *Centunculus.*
190. *Sanguisorba.*
191. *Banksia.*
192. *Cissus.*
193. *Epimedium.*
194. *Cornus.*
195. *Samara.*
196. *Fagara.*
197. *Hartogia.*
198. *Monetia.*
199. *Blackburnia.*
200. *Skimmia.*
201. *Othera.*
202. *Orixa.*

203. *Sirium.*
204. *Ludwigia.*
205. *Oldenlandia.*
206. *Ammannia.*
207. *Isnardia.*
208. *Trapa.*
209. *Dorſtenia.*
210. *Pothos.*
211. *Comeres.*
212. *Nigrinia.*
213. *Elæagnus.*
214. *Gonatocarpus.*
215. *Santalum.*
216. *Struthiola.*
217. *Krameria.*
218. *Acœna.*
219. *Rivina.*
220. *Salvadora.*
221. *Camphoroſma.*
222. *Alchemilla.*
223. *Aphanes.*

II. DIGYNIA.

224. *Crucita.*
225. *Bufonia.*
226. *Hamamelis.*
227. *Cuſcuta.*
228. *Hypecoum.*
229. *Nertera.*
230. *Gomozia.*
231. *Galopina.*

III. TRIGYNIA.

232. *Ilex.*
233. *Coldenia.*
234. *Potamogeton.*
235. *Ruppia.*
236. *Sagina.*
237. *Tillæa.*
238. *Myginda.*

TETRANDRIA

I. MONOGYNIA.

143. PROTEA. — *Gærtn.* 51. Leucadendron: *Gen. pl. ed. VI.* Aulax *Berg.* Lepidocarpodendron *Boerh.* Hypophyllocarpodendron *Boerh.* Conocarpodendron *Ejusd.*

Cal. *Perianthium commune* ſæpius imbricatum: *Squamis* perſiſtentibus, figura & proportione variis.
Perianthium proprium nullum.
Cor. *Univerſalis* uniformis.
Propria mono-di-ſ. tetrapetala: petalis figura diverſis.
Stam. *Filamenta* quatuor, petalis infra apicem inſerta. *Antheræ* lineares.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubulatum ſ. ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Recept. commune nudum ſ. villoſum ſ. paleaceum.
Obs. *Species hujus generis in omnibus fructificationis partibus valde inter ſe differunt, at conveniunt in charactere eſſentiali ſtaminum, infra apicem coroïæ inſertorum. Linn. Mant.* 194. R.
Obs. P. pinifolia & racemoſa *calyce unifloro eſt.*
P. parviflora *Stigma oblongum, apice bifidum habet.* R.

* 144. RHOPALA. *Aubl.* 32.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, baſi anguſta; obtuſa, ſupra concava ſubtus convexa, decidua.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, petalis inſerta. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, flore clauſo in cavitate petali reconditæ, corolla expanſa erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, baſi *glandulis* cinctum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſubovatum.
Per. . . . . uniloculare.
Sem. unicum.

* 145. EMBOTHRIUM. *Forſter. gen.* 8. *Linn. fil. ſuppl.* 16.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quatuor, linearia, obliqua: *apice* latiore, ſubrotundo, concavo, ſtaminifero; poſt fœcundationem revoluta.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, in ſingulo petalo ſingula, vel nulla. *Antheræ* oblongæ, intra cavitatem petali ſitæ, majuſculæ.
Pist. *Germen* lineare, adſcendens, inflexum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſubrotundum, antice planum, poſtice concavum, magnum.
Per. *Folliculus* teres, unilocularis.
Sem. quatnor ſ. quinque ovata, compreſſa, margine altero membrana alata.

146. GLOBULARIA. * *Tournef.* 265. *Gærtn.* 44. Alypum *Niſſ. A. G.* 1712. *t.* 18.

Cal. *Perianthium commune* imbricatum: *ſquamis* longitudine diſci, æqualibus.
Perianthium proprium monophyllum, tubulatum, quinquefidum, acutum, perſiſtens.
Cor. *Univerſalis* ſubæqualis.
Propria monopetala, baſi tubulata. *Limbus* quinquepartitus: *Labio ſuperiore* anguſtiſſimo, bipartito, breviore; *L. inferiore* laciniis tribus, majoribus, æqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* diſtinctæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx proprius* connivens, includens ſemen.
Sem. ſolitaria, ovata.
Rec. *commune* oblongum, *paleis* diſtinctum.

147. CEPHALANTHUS. * Platanocephalus *Vaill. A. G.* 1722.

Cal. *Perianthium commune* nullum, ſed *Receptaculum* Floſculos plures in capitulum colligens globoſum.
Perianthium proprium monophyllum, infundibuliforme, angulatum: limbo quadrifido.
Cor. *univerſalis* æqualis. *Propria* monopetala, infundibuliformis, acuta.
Stam *Filamenta* quatuor, corollæ inſerta, limbo breviora. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* corolla longior. *Stigma* globoſum.

Per. nullum.
Sem. ſolitaria, longa, baſi attenuata, pyramidata lanuginoſaque.
Rec. *commune* globoſum, villoſum.

148. DIPSACUS. * *Tournef.* 265. *Vaill. A. G.* 1722.

Cal. *Perianthium commune* multiflorum, polyphyllum: *foliolis* floſculo longioribus, laxis, perſiſtentibus.
Perianthium proprium vix manifeſtum, ſuperum.
Cor. *propria univerſalis* æqualis, monopetala, tubuloſa: *limbo* quadrifido, erecto: *lacinia exteriori* majore, acutiore.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.
Per. nullum.
Sem. ſolitaria, columnaria, margine calycino integro coronata.
Rec. *commune* conicum, *Paleis* longioribus diſtinctum.

149. SCABIOSA. * *Tournef.* 263. 264. *Vaill. A. G.* 1722. Aſterocephalus *Vaill. ibid.* Succiſa *Vaill. ibid.* Pterocephalus *Vaill. ibid.*

Cal. *Perianthium commune* multiflorum, patens, polyphyllum: *foliolis* ſeriebus variis receptaculum cingentibus eique inſidentibus, quorum interiora gradatim minora.
Perianthium proprium duplex, utrumque ſuperum.
P. exterius brevius, membranaceum, plicatum, perſiſtens.
P. interius quinquepartitum: *laciniis* ſubulato-capillaceis.
Cor. *univerſalis* æqualis, ſæpe ex inæqualibus.
Propria monopetala, tubuloſa, ſemi 4-ſ. 5-fida, æqualis ſ. inæqualis.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulato-capillaria, debilia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* inferum, propria vagina involutum tanquam calyculo. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum, oblique emarginatum.
Per. nullum.
Sem. ſolitaria, ovato-oblonga, involuta, coronata varie calycibus propriis.

Rec.

Rec. *commune* convexum, paleaceum ſeu nudum.

Obs. Corollulæ *exteriores ſæpe majores, magis inæquales.* Seminum coronæ *variæ in diverſis.*

Floſculi quadrifidi & quinquefidi *primario ſpecies diſtinguunt.*

150. KNAUTIA. * *Lychni-Scabioſa* Boerh.

Cal. *Perianthium commune* floſculos in ſimplicem orbem digeſtos continens, ſimplex, cylindraceum, oblongum, erectum: *laciniis* ſubulatis, approximatis, numero floſculorum. *Perianthium proprium* minimum, coronans germen.

Cor. *univerſalis* æqualis. *Propria* monopetala, inæqualis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* inæqualis, quadrifidus: *lacinia* exteriore majore, ovata.

Stam. *Filamenta* quatuor, tubo corollæ longiora, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, bifidum.

Per. nullum.

Sem. ſolitaria, tetragona, pappo coronata.

Rec. *commune vix* notabile, planum, nudum.

Obs. *Calyce tubulato & ſimplici floſculorum orbita a Scabioſis diſtinguitur, quibus valde affinis.*

151. ALLIONIA. *Læfl. it.* 181.

Cal. *Perianthium commune* oblongum, ſimplex, triflorum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis; perſiſtens.

Perianthium proprium obſoletum, ſuperum.

Cor. *Propria* monopetala, infundibuliformis: *ore* quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, corolla longiora, ad unum latus flexa. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* ſetaceus, ſtaminibus longior. *Stigma* multifidum, lineare.

Per. nullum.

Sem. ſolitaria, oblonga, quinquangula, nuda.

Rec. nudum.

* 152. OPERCULARIA. *Gærtn.* 24. *f.* 4. Pomax *Soland.*

Cal. *Perianthium commune* monophyllum, campanulatum, tri-ſ. ſexflorum, ſex-ſ. novem dentatum: *dentibus* acutis, inæqualibus, perſiſtens.

Perianthium proprium nullum.

Cor. *Univerſalis* æqualis.

Propria monopetala, infundibuliformis: *ore* quadri-ſ. quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quatuor, receptaculo inſerta. *Antheræ* diſtinctæ.

Pist. *Germen* inferum, receptaculo immerſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* craſſiuſculum, bifidum.

Per. nullum.

Sem. ſolitaria, hinc convexa, inde ſulcata.

Rec. *commune*, ſupra planum, aperturam calycis infra dentes obturans; infra pyramidatum, ſulcato-angulatum: angulis in *diſſepimenta* productis, quibus cavitas calycis in *loculamenta*, ſeminum numero æqualia, dividitur; deciduum.

153. HEDYOTIS. † — *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, ſuperum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, calyce paulo longior, ſemiquadrifida: *laciniis* patulis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ad ſinus corollæ inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, craſſiuſcula.

Per. *Capſula* globoſo-didyma, bilocularis, dehiſcens juxta calycem coronalem rima transverſali.

Sem. pauca, angulata.

154. SCABRITA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, truncatum, integerrimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, longitudine calycis. *Limbus* quadripartitus, patens: *lobis* bilobis.

Stam. *Filamenta* quatuor, in medio tubi, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, longitudine tubi.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, acuta.

Per. nullum.

Sem. duo, parallela, appreſſa, obovata, apice biloba, extus convexa.

155. SPERMACOCE. * *Dill. elth.* 277. — *Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* parvum, quadridentatum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, tenuis, calyce longior. *Limbus* quadripartitus, patenti-reflexus, obtusus.

Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, corolla breviora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* subrotundum, compressum, inferum. *Stylus* simplex, superne bifidus. *Stigmata* obtusa.

Per. *Capsulæ* duæ, connatæ, oblongæ, hinc gibbæ, inde planæ, obtusæ; singulæ bicornes.

Sem. solitaria, subrotunda.

Obs. S. hispida *corolla turbinato-campanulata, erecta est.* R.

156. SHERARDIA. * *Dill. gen.* 3. — *Gærtn.* 24.

Cal. *Perianthium* parvum, quadridentatum, superum, persistens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus, planus, acutus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ad apicem tubi posita. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* didymum, oblongum, inferum. *Stylus* filiformis, superne bifidus. *Stigmata* capitata.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, coronatus, longitudinaliter in duo semina separabilis.

Sem. bina, oblonga, apice tribus acuminibus notata, hinc convexa, inde plana.

157. ASPERULA. *

Cal. *Perianthium* parvum, quadridentatum, superum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, obtusis, reflexis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ad apicem tubi posita. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* didymum, subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, superne bifidus. *Stigmata* capitata.

Per. *Baccæ* siccæ, duæ, globosæ, coalitæ.

Sem. solitaria, subrotunda, magna.

Obs. A. tinctoria & pyrenaica *flores plerosque trifidos habent.* R.

158. DIODIA. † *Gronov.* — *Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* subovatis, superis, æqualibus, persistentibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* tenuis, longus. *Limbus* parvus, patens, quadripartitus: *laciniis* lanceolatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſetacea, erecta. *Antheræ* verſatiles.
PIST. *Germen* ſubrotundum, tetragonum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
PER. *Capſula* ovata, tetragona, coronata calyce majore, bilocularis, bivalvis.
SEM. ſolitaria, ovato-oblonga, nitida, hinc convexa, inde plana.

* 159. HYDROPHYLAX. *Linn. ſuppl.* 14. Sariſſus *Gærtn.* 25.

CAL. *Perianthium* monophyllum, erectum, quadripartitum, ſuperum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, acutis, marginatis, ſubcarnoſis.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce longior. *Limbus* angulatus, quadrifidus: *laciniis* ovatis, revolutis. *Faux* barbata.
STAM. *Filamenta* quatuor, tubo impoſita, decurrentia, erecta, corolla longiora. *Antheræ* ſubhaſtatæ.
PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* filiformis, curvatus. *Stigma* bifidum.
PER. *Bacca* exſucca, ovata, compreſſa, utrinque coſtis tribus elevatis: media altiore, margine attenuato, parum incurvata, fungoſa, bilocularis: *diſſepimento* transverſo.
SEM. ſolitaria, oblonga, ſubincurvata, triquetra: latere interiori biſulcata, ſcabriuſcula.

160. KNOXIA. † — *Gærtn.* 25.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, ſuperum, parvum, deciduum: *foliolis* acuminatis: unico lanceolato, triplo majore.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* filiformis, longus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* æqualibus, oblongiuſculis, rotundatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, intra faucem corollæ. *Antheræ* oblongæ, æquales.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, capitata.
PER. *Fructus* nudus, ſubgloboſus, acuminatus, ſulcatus.
SEM. duo, ſubrotunda, acuminata, extrorſum convexa, ſtriis tribus exarata; introrſum plana, Receptaculo filiformi ſuperne annexa.

†161. HOUSTONIA. † *Gronov.* — *Gærtn.* 49.

CAL. *Perianthium* minimum, quadridentatum, erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus, patens: *laciniis* ſubrotundis.

Stam. *Filamenta* quatuor, in collo corollæ, minima. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus brevior. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, didyma, ſupra tranverſe dehiſcens, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento oppoſitis.

Sem. pauca (3-4) parva, ovata, diſſepimento adhærentia. *G.*

162. GALIUM. * Gallium. *Tournef.* 39. Aparine *Tournef.* 39. — *Gærtn.* 24.

Cal. *Perianthium* minimum, quadridentatum, ſuperum.

Cor. monopetala, rotata, quadripartita, acuta; *tubo* nullo.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* didymum. *Stylus* filiformis, ſemi-bifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* globoſa.

Per. *Baccæ* ſiccæ, duæ, globoſæ, coalitæ.

Sem. ſolitaria, reniformia, magna.

Obs. Aparine T. *fructu hiſpido*, *diſtincta fuit a* Gallio T. *Fructu glabro.*

163. CRUCIANELLA. * — *Gærtn.* 24. Rubeola *Tournef.* 50.

Cal. *Perianthium* diphyllum, interum: *foliolis* lanceolatis, carinulatis, acuminatis, rigidis, conniventi-compreſſis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, filiformis, calyce longior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* caudatis, acuminibus inflexis.

Stam. *Filamenta* quatuor, in ore tubi poſita. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* compreſſum, inter calycem & corollam. *Stylus* bifidus, filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, obtuſa, oblonga.

Per. *Capſulæ* duæ, connatæ.

Sem. ſolitaria, oblonga.

Obs. C. maritima *corollis quinqueſidis pentandris gaudet.*
C. ægyptiaca *etiam floribus quinqueſidis eſt.* R.

164. RUBIA. * *Tournef.* 38.

Cal. *Perianthium* minimum, quadridentatum, ſuperum.

Cor. monopetala, campanulata, quadripartita, absque tubo.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* didymum, inferum. *Stylus* filiformis, ſuperne bifidus. *Stigmata* capitata.
Per. *Baccæ* duæ, coaliræ, glabræ.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata.
Obs. Flos *ſæpe quinquefidus evadit.*

165. SIPHONANTHUS. Siphonanthemum. *Amm. Act. petrop.* 1756.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, amplum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* filiformis, anguſtiſſimus, calyce multoties longior. *Limbus* quadripartitus, patens, calyce minor.
Stam. *Filamenta* quatuor, corollæ limbo longiora. *Antheræ* oblongæ, triangulares.
Pist. *Germen* quadrifidum, breviſſimum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, apice recurvato. *Stigma* ſimplex.
Per. *Baccæ* quatuor, intra calycem patulum, ſubrotundæ.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

166. CATESBÆA. † *Gronov.*

Cal. *Perianthium* quadridentatum, ſuperum, minimum, acutum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* omnium longiſſimus, rectus, ſuperne ſenſim craſſior. *Limbus* ſemiquadrifidus, latus, erecto-planus.
Stam. *Filamenta* quatuor, intra collum tubi enata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, corolla fere longiores.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ovalis, coronata, unilocularis.
Sem. plura, angulata.

167. IXORA. — *Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, minimum, erectum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longiſſimus, tenuis. *Limbus* quadripartitus, planus: *laciniis* ovatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſupra faucem corollæ, breviſſima, incurva. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* bifidum.

PER. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.

SEM. quaterna, hinc convexa, inde angulata.

OBS. *Semina ſolitaria! Diſſepimentum ſupra medium perforatum.* Gærtn. S.

168. PAVETTA. — *Gærtn.* 25.

CAL. *Perianthium* campanulatum, minimum, obſolete quadridentatum, germen cingens.

COR. monopetala, infundibuliformis: *Tubus* longus, tenuis, cylindricus. *Limbus* quadripartitus, patens, tubo dimidio brevior: *laciniis* lanceolatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, breviſſima, ſupra faucem corollæ. *Antheræ* ſubulatæ, patentes, longitudine limbi.

PIST. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, corolla duplo longior. *Stigma* craſſiuſculum, oblongum, obliquum.

PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.

SEM. bina, hinc convexa, cartilaginea.

OBS. *Bacca bilocularis. Semina ſolitaria! alterum ſæpe abortiens, ut fructus monoſpermus videatur. Sæpe duæ baccæ coadunatæ, duplici calyce coronatæ.* Gærtn. S.

* 169. SIDERODENDRUM. Sideroxyloîdes. *Jacq. amer.* 19.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quadridentatum, acutum, germini inſidens.

COR. monopetala. *Tubus* cylindraceus, incurvus, longus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* oblongis, obtuſis, planis, reflexis, tubo duplo brevioribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, breviſſima, infra diviſuras limbi orta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* oblongum, obtuſum, craſſiuſculum. — *Jacq.*

PER. *Bacca* dicocca, calyce coronata, bilocularis: *diſſepimento* contrario.

SEM. ſolitaria, hinc convexa, rugoſa, inde plana, marginata, diſſepimento affixa.

170. PETESIA. † *Brown. t. 2. f. 2, 3. & t. 3. f. 2.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſuperum: *ore* dentato.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* quadripartitus: *lobis* rotundatis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine tubi. *Antheræ* oblongiuſculæ.

PIST. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, acutum.

PER. *Bacca* globoſa, coronata, bilocularis.

SEM. plurima, ſubrotunda.

* 171. CHOMELIA. *Jacq. amer.* 18. *t.* 13.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, ſuperum, perſiſtens. *Tubus* cylindraceus; erectus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, obtuſiuſculis, planis, recurvis.

COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, tenuis, longiſſimus, erectus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, planis, patentiſſimis, tubo brevioribus, ſetaceo-acuminatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, breviſſima, in ſuperiore parte tubi. *Antheræ* lineares, ex ore tubi vix prominentes.

PIST. *Germen* oblongum, parvum, apice quadrifido, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, craſſiuſcula, patentia.

PER. *Drupa* ovalis, calyce coronata.

SEM. *Nux* oblonga, quadriſulcata, bilocularis. *Nuclei* ſolitarii, teretes.

* 172. PETITIA. *Jacq. amer.* 14.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, erectum, quadridentatum, inferum, perſiſtens.

COR. monopetala. *Tubus* cylindraceus, erectus, longus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, planis, reflexis, tubo duplo brevioribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, breviſſima, in ſuperiore parte tubi. *Antheræ* erectæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ſubrotunda.

SEM. *Nux* ovata, obtuſa, bilocularis. *Nuclei* ſolitarii, oblongi.

OBS. *Flores ſæpe triandri, calyce corollaque triſidis. Jacq.*

* 173. ÆGIPHILA. *Jacq. obſ.* Manabea *Aubl. guian.* 61. *t.* 23-25.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quadridentatum, laxum, breve, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, calyce anguſtior, longiorque. *Limbus* quadrifidus, planus, æqualis: *laciniis* oblongis.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, erecta, ori tubi inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* capillaris, profunde bifidus. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce perſiſtente cincta, bilocularis.

Sem. bina ſ. ſolitaria.

174. MITCHELLA. † Chamædaphne. *Mitch.* 27.

Cal. Flores bini eidem germini inſidentes.
Perianthia duo diſtincta, quadridentata, erecta, perſiſtentia, ſupera.

Cor. monopetala, infundibuliformis: *Tubo* cylindrico: *Limbus* quadripartitus, patens, intus hirſutus.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, erecta, intra ſinus corollæ. *Antheræ* oblongæ, acutæ.

Pist. *Germen* didymum, orbiculatum, duobus commune, interum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* quatuor, oblonga.

Per. *Bacca* bipartita, globoſa, disjunctis umbilicis.

Sem quaterna, compreſſa, calloſa.

175. CALLICARPA. Sphondylococcos *Mitch.* 20. Burchardia *Heiſteri.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum: *ore* quadrifido, erecto.

Cor. monopetala, tubuloſa: *Limbus* quadrifidus, obtuſus, patens.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, corolla duplo longiora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſuperne craſſior. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.

Per. *Bacca* globoſa, glabra.

Sem. quatuor, oblonga, meniſciformia, compreſſa, calloſa.

Obs. C. americana *calyce cylindrico, vix quadridentato, gaudet.* R.

176. AQUARTIA. *Jacq. amer.* 15.

Cal. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens: *Tubo* campanulato: *Limbo* ſubquadrifido, patente: *laciniis* duabus oppoſitis obſoletis.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* linearibus, patentiſſimis.

Stam. *Filamenta* quatuor, brevia. *Antheræ* erectæ, maximæ, lineares.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, declinatus; longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca* globoſa, unilocularis.

Sem. plurima, compreſſa.

* 177. MYRMECIA. Tachia *Aubl. guian.* 75. *t.* 29.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, longum, quinquedentatum: *denticulis* erectis, acutis.

Cor. monopetala. *Tubus* longus *Faux* inflata. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, revolutis.

Nectarium Glandulæ quinque parvæ, germinis baſin cingentes.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, tubo inferne inſerta, eoque longiora. *Antheræ* lineares, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bilamellatum.

Per. *Capſula* longa, bilocularis, bivalvis, calyce perſiſtente tecta.

Sem. numeroſa, minima, viſcida, diſſepimento adhærentia.

178. POLYPREMUM. † — *Gærtn.* 62.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, carinatis, interne coloratis.

Cor. monopetala, rotata. *Limbus* quadrifidus: *lobis* obcordatis, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* obcordatum. *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* truncatum.

Per. *Capſula* ovata, apice compreſſa, emarginata, bilocularis: *diſſepimento* contrario; bivalvis.

Sem. numeroſa.

* 179. CHÆTOCARPUS. Pouteria *Aubl. guian.* 85. *t.* 33.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum: *laciniis* ovatis, concavis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala. *Tubus* ovatus. *Limbus* quadrifidus: *dentibus* ovatis, acutis, inter quos *ſeta* erecta.

Stam. *Filamenta* quatuor, brevia, tubo corollæ ad baſin inſerta. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* ovatum, villoſum, ſuperum. *Stylus* tetragonus, brevis. *Stigma* quadricuſpidatum.

Per. *Capſula* ovata, ſulcata, craſſa, ſetis rigidis denſis tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. ſolitaria, oblonga, angulata, externe convexa.

* 180. LASIOSTOMA. Rouhamon. *Aubl. guian.* 93. *t.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, quinquepartitum: *laciniis* acutis. Ad ejus baſin *ſquamulæ* duæ oppoſitæ.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* acutis, villoſis.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, baſi villoſa, tubo corollæ inſerta. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* corolla longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* orbiculata, unilocularis, cortice fragili.

Sem. duo, hemiſphærica.

181. MANETTIA. *Auth. D. Mutis.* — Nacibea *Aubl.* 37.

Cal. *Perianthium* octophyllum: foliolis linearibus, concavis, hirſutis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior: exaratus intus lineis quatuor. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* tubo brevioribus, ovatis, obtuſis, intus barbatis.

Nectarium margo receptaculum ambiens, integerrimum, concavum.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, minima, fauci inſerta. *Antheræ* lineares, incumbentes, biloculares.

Pist. *Germen* inferum, turbinatum, compreſſum. *Stylus* filiformis, declinatus, longitudine tubi. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum, obtuſum.

Per. *Capſula* turbinata, compreſſa, utrinque ſulcata, unilocularis, bivalvis, ſ. quaſi in capſulas duas ſeparabilis.

Sem. pauca, plana, alata, orbiculata ſeminulo centrali, imbricata ad columellam pulpoſam, oblongam.

182. PENÆA. †

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, lanceolatis, concavis, æqualibus, coloratis, corolla dimidio brevioribus, laxis, deciduis.

Cor. monopetala, campanulata. *Limbus* quadrifidus, patulus, tubo longe brevior: *laciniis* acutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, omnium breviſſima, tubo corollæ inter diviſuras inſidentia, erecta, nuda. *Antheræ* erectæ, planiuſculæ, utrinque emarginatæ.

Pist. *Germen* ovatum, tetragonum. *Stylus* alis quatuor membranaceis longitudinalibus tetragonus. *Stigma* cruciforme, obtuſum, perſiſtens.

Per. *Capſula* tetragona, ſtylo inſtructa, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. bina, oblongiuſcula, obtuſa.

183. BLÆRIA. †

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* linearibus, erectis, corolla paulo brevioribus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis, pervius. *Limbus* parvus, quadrifidus: *laciniis* ovatis, reflexis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine tubi, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, erectæ, obtuſæ, emarginatæ.

Pist. *Germen* tetragonum, breve. *Stylus* ſetaceus, corolla multo longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* obtuſa, quadrangularis, quadrilocularis, angulis dehiſcens.

Sem. nonnulla, ſubrotunda.

Obs. *Antheræ quidem emarginatæ ſunt, nullo tamen modo bicornes, ut in* Erica *affini.*

Blæria articulata *corollam cylindricam* & B. puſilla *corollam infundibuliformem habet.* R.

184. BUDDLEJA. † *Houſt.* 3. — *Gærtn.* 49.

Cal. *Perianthium* minimum, quadrifidum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, ſemiquadrifida, erecta, calyce triplo major: *laciniis* ovatis, rectis, acutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, ad diviſuras corollæ poſita. *Antheræ* breviſſimæ, ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, corolla dimidio brevior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ovata, oblonga, biſulca, bilocularis.
Sem. numeroſa, minutiſſima, *receptaculo* fungoſo adhærentia.

185. EXACUM. †.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, erecto-patulis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, perſiſtens. *Tubus* globoſus, longitudine calycis. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* ſubrotundis, patentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, tubo inſidentia, longitudine limbi. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, tubum implens. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine limbi. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, compreſſa, biſulca, bilocularis, longitudine calycis.
Sem. numeroſa, receptaculo capſulam replente.

186. PLANTAGO. * *Tournef.* 48. — *Gærtn.* 51. Coronopus *Tournef.* Pſyllium *Tournef.*

Cal. *Perianthium* quadrifidum, erectum, breviſſimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, perſiſtens, tabeſcens. *Tubus* cylindraceo-globoſus. *Limbus* quadrifidus, reflexus: *laciniis* ovatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, erecta, omnium longiſſima. *Antheræ* oblongiuſculæ, compreſſæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus dimidio brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ovata, bilocularis, circumſciſſa, *diſſepimento* libero.
Sem. plura, vel ſolitaria, oblonga.
Obs. Calyx *in quibusdam inæqualis eſt, in aliis æqualis.*

187. SCOPARIA. * — *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, concavum: *laciniis* tenuibus, ſcabris.
Cor. monopetala, rotata, patens, concava, quadripartita: *laciniis* lingulatis, obtuſis, æqualibus; *faux* barbata.

Stam. *Filamenta* quatuor, æqualia, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* ſubulatus, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* acutum.
Per. *Capſula* oblongo-conica, acuminata, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, oblonga.

188. RHACOMA. † Croſſopetalum. *Brown. t. 17. f. 1.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, quadripartitum, obtuſum, parvum, perſiſtens.
Cor. quadripartita, patens, rotundata, fimbriata.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, breviſſimus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. unicum, ſubrotundum.

189. CENTUNCULUS. * *Dill. gen. 5.* — *Gærtn. 50.* Anagallidaſtrum. *Mich. 10.*

Cal. *Perianthium* quadrifidum, patens, perſiſtens: *laciniis* acutis, lanceolatis, corolla longioribus.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* ſubgloboſus. *Limbus* quadrifidus, planus: *laciniis* ſubovatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine ferme corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum, intra tubum corollæ. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, circumſciſſa.
Sem. plurima, ſubrotunda, minima.

190. SANGUISORBA. *

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, breviſſimis, caducis.
Cor. monopetala, rotata, quadripartita: *laciniis* ovatis, obtuſis, unguibus cohærentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſuperne latiora, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.
Pist. *Germen* tetragonum, inter calycem & corollam poſitum. *Stylus* filiformis, breviſſimus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* parva, bilocularis.
Sem. parva.

* 191. BANKSIA. *Gærtn.* 47. *Linn. ſuppl.* 15.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, inferum. *Gærtn.*

Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* longiſſimus, quadripartitus: *laciniis* linearibus, apice lanceolatis, interne foveola excavatis, acutis. *G.*

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quatuor, lanceolatæ, in foveola laciniarum corollæ ſeſſiles.

Pist. *Germen* ſuperum, minutum. *Stylus* filiformis, rigidus, corolla longior. *Stigma* pyramidatum, acutum.

Per. *Capſula* ovata ſ. globoſa, lignoſa, unilocularis, bivalvis.

Sem. duo, obovata, hinc convexa, inde plana, ala membranacea maxima avenia terminata. *G.*

Obs. *In quibusdam ſpeciebus ſeminibus interjectum eſt* Diſſepimentum *liberum, figura & magnitudine cavitatis loculamenti, coriaceo-lignoſum, ſemibifidum: laciniis parallelis elaſticis, per maturitatem reflexis.* (*an Arillus?*) *Gærtn.*

192. CISSUS.

Cal. *Involucrum* polyphyllum, minimum.
Perianthium monophyllum, planum, breve, obſolete tetragonum.

Cor. *Petala* quatuor, concava.
Nectarium margo cingens germen.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ, nectario inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, obtuſo-tetragonum, retuſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.

Per. *Bacca* rotunda, nitens, umbilicata.

Sem. *Oſſiculum* ſubrotundnm.

Obs. Bacca *monoſperma, cincta calyce corollaque quadripartita. Syſt. Veg. p.* 133. R.

193. EPIMEDIUM * *Tournef.* 117.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, patentibus, parvis, petalis directe (non alternatim) ſubjectis, caducis.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, concava, patentia.
Nectaria quatuor, cyathiformia, fundo obtuſo, magnitudine petalorum, petalis incumbentia, margine oris affixa receptaculo.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſtylum prementia. *Antheræ* oblongæ, erectæ, biloculares, bivalves, a baſi apicem verſus dehiſcentes, diſſepimento libero.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* germine brevior, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Siliqua* oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, oblonga.

194. CORNUS. * *Tournef.* 410. Virga ſanguinea *Dill. Gærtn.* 26.

CAL. *Involucrum* ſæpius tetraphyllum, multiflorum: *foliolis* ovatis, oppoſitis minoribus, coloratis, deciduis.
Perianthium minimum, quadridentatum, ſuperum, deciduum.
COR. *Petala* quatuor, oblonga, acuta, plana, involucro minora.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum.
PER. *Drupa* ſubrotunda, umbilicata.
SEM. *Nux* cordata ſ. oblonga, bilocularis.

195. SAMARA. †

CAL. *Perianthium* minimum, quadripartitum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petala* quatuor, ovata, ſeſſilia, baſi lacuna longitudinali.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longa, petalis oppoſita, lacunæ immerſa. *Antheræ* ſubcordatæ.
PIST. *Germen* ovatum, corolla dimidio brevius, ſuperum, deſinens in *Stylum* cylindricum, longiorem. *Stigma* infundibuliforme.
PER. *Drupa* ſubrotunda.
SEM. ſolitarium.

196. FAGARA. † *Brown. t. 5. f. 1.* — *Gærtn.* 68.

CAL. *Perianthium* quadrifidum, minimum: *foliolis* concavis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quatuor, oblongiuſcula, concava, patentia.
STAM. *Filamenta* quatuor, corolla longiora. *Antheræ* ovatæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* bilobum, obtuſiuſculum.
PER. *Capſula* globoſa, unilocularis, bivalvis.
SEM. unicum, rotundum, nitidum.

* 197. HAR-

* 197. HARTOGIA. *Thunb. nov. gen.* 86. *Linn. fil. ſuppl.* 16.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, glabrum, perſiſtens: *laciniis* acutis, breviſſimis.
COR. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, patentia.
STAM. *Filamenta* quatuor, breviſſima, baſi germinis inſerta. *Antheræ* ovatæ, ſulcatæ.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum. *Stylus* ſimplex, ſubulatus. *Stigma* acutum.
PER. *Drupa* exſucca, ovata, glabra ſcabriuſcula (magnitudine vix nucis avellanæ.)
SEM. *Nux* diſperma, ſubcarnoſa.

* 198. MONETIA. *L'Hérit. ſtirp.* 1.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, quadridentatum: diviſuris duabus profundioribus; *laciniis* lanceolatis, acutis, reflexis; perſiſtens.
COR. *Petala* quatuor, linearia, acuta, recurva, calyce longiora.
STAM. *Filamenta* quatuor, erecta, receptaculo inſerta, fere longitudine corollæ. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſuperum, ſubtetragonum, deſinens in *Stylum* craſſiuſculum, conicum, ſtaminibus breviorem. *Stigma* acutum.
PER. *Bacca?* exſucca, globoſa, apiculata, calyce cincta, bilocularis?
SEM. ſolitaria, hinc plana, inde convexa.
OBS. *Flores aliquando trifidi ſ. bifidi.*

* 199. BLACKBURNIA. *Forſter. gen.* 6.

CAL. *Perianthium* breviſſimum, quadridentatum, inferum: *dentibus* brevibus, acutis, horizontalibus.
COR. *Petala* quatuor, elliptica.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, petalis paullo breviora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
PIST. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca?*
SEM. unicum.

* 200. SKIMMIA. *Thunb. fl. jap.* 4. *nov. gen.* 57.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, perſiſtens, ad baſin fere quadripartitum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, concava, minuta.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ*. . .
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* unicus. *Stigma*. .
Per. *Bacca* ovata, umbilicata, obſolete ſulcata, glabra, intus farinaceo-pulpoſa, ſubquadrivalvis.
Sem. quatuor, ſubtrigona, ſ. externe convexa, oblonga, alba.
Obs. *Perianthium raro quinquepartitum.*

* 201. OTHERA. *Thunb. nov. gen. 56. fl. jap. 4.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens, quadripartitum: *laciniis* ovatis.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa.
Stam. *Filamenta* quatuor, baſi infima petalorum inſerta, corolla duplo breviora. *Antheræ* didymæ, quadriſulcæ.
Pist. *Germen* ſuperum, glabrum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile.
Per. *Capſula?*
Sem.

* 202. ORIXA. *Thunb. fl. jap. 3. nov. gen. 56.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, breviſſimum.
Cor. *Petala* quatuor, lanceolata, patentia.
Stam. *Filamenta* quatuor, petalis breviora. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* erectus, petalis brevior. *Stigma* capitatum, obtuſum.
Per. *Capſula?*
Sem.

203. SIRIUM. †

Cal. *Perianthium* campanulatum, ſemiquadrifidum, coloratum: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Nectarium tetraphyllum, faucem calycis coronans, erectum, brevius: *ſquamis* ſubrotundis, craſſiuſculis, alternantibus cum calyce.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, fauci inſerta, calyci alterna, baſi deorſum pilis ramentacea. *Antheræ* oblongiuſculæ, longitudine nectarii.
Pist. *Germen* ſemi-interum, conicum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum.
Per. *Bacca* obovata, coronata, trilocularis.
Sem.

204. LUDWIGIA. * — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, ſuperum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, patentiſſimis, longitudine corollæ.

Cor. *Petala* quatuor, obcordata, plana, patentiſſima, æqualia.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, brevia. *Antheræ* ſimplices, oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* tetragonum, calycis baſi veſtitum, inferum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſolete tetragonum, capitatum.

Per. *Capſula* tetragona, obtuſa, calyce veſtita, eoque coronata, quadrilocularis, apice dehiſcens foraminulo integro.

Sem. numeroſa, parva.

205. OLDENLANDIA. * *Plum.* 36. — *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *laciniis* ſubulatis; ſuperum, perſiſtens.

Cor. monopetala: *Tubus* cylindricus, barba clauſus. *Limbus* quadripartitus, acutus, patens, calyce paulo longior.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, intra tubum. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, obtuſum.

Per. *Capſula* didyma, ſubrotunda, bilocularis, dehiſcens inter dentes calycis.

Sem. numeroſa, minima.

206. AMMANNIA. * *Houſt.* 5.

Cal. *Perianthium* campanulatum, oblongum, erectum, octo ſtriis & plicis, quadrangulare, octodentatum: *dentibus* alternis inflexis, perſiſtens.

Cor. nulla (vel) *Petala* quatuor, verticaliter ovata, patentia, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine calycis, cui inſerta. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* ſubovatum, magnum, ſuperum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, quadrilocularis, calyce obtecta.

Sem. numeroſa, parva.

Obs. Petala *ſæpe deficiunt, interdum vero occurrunt, idque in eadem ſpecie.*

A. bacciſera *calyce quadridentato gaudet.* R.

207. ISNARDIA. † Dantia *Petit. gen.* 49.

Cal. *Perianthium* campanulatum, ſemiquadrifidum : *laciniis* acutis, patentibus.
Cor. nulla : niſi calycem dicas.
Stam. *Filamenta* quatuor, e medio calycis enata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubinferum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* craſſiuſculum.
Per. Baſis calycis quadrata, quadrilocularis.
Sem. pauca, oblonga.

208. TRAPA. † — *Gærtn.* 26. — Tribuloides *Tournef.* 431.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, acutum, perſiſtens, baſi germinis adnatum : *foliolis* duobus lateralibus & duobus ad angulos germinis.
Cor. *Petala* quatuor, obovata, calyce majora.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, — biloculare. S. *Stylus* ſimplex, longitudine calycis. *Stigma* capitatum, emarginatum.
Per. nullum.
Sem. *Nux* ovato-oblonga, unilocularis, armata *Spinis* quatuor in medio latere oppoſitis, patentibus (quæ calycis folia fuere,) acutis, craſſis.

209. DORSTENIA. † *Plum.* 8. *Houſt. A. A.* 421. *t.* 1. 2.

Cal. *Receptaculum commune* monophyllum, planum, angulatum, maximum, tectum receptaculo, floſculis numeroſiſſimis, diſcum inhabitantibus, minimis.
Perianthium proprium quadrangulare, concavum, receptaculo immerſum, cumque eo coalitum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Receptaculum commune* carnoſum factum.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, acuminata.
Obs. *Qui plantam vivam vident florentemque, inquirant, num alii floſculi feminei ſint hermaphroditis mixti, ut in Parie-*

taria. Dorſtenia enim inter Ficum & Parietariam media videtur & quaſi Ficus expanſa.

210. POTHOS. †

Cal. *Spatha* globoſa, monophylla, altero latere hians.
Spadix, ſimpliciſſimus, incraſſatus, tectus undique fructificationibus ſeſſilibus.
Perianthium nullum (niſi corollam ſumas.)
Cor. *Petala* quatuor, cuneiformia, oblonga, erecta.
Stam. *Filamenta* quatuor, latiuſcula, erecta, petalis anguſtiora, ejusque longitudinis. *Antheræ* minimæ, geminæ.
Pist. *Germen* parallelepipedum, truncatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex.
Per. Baccæ aggregatæ, ſubrotundæ, biloculares.
Sem. unicum, ſubrotundum.

211. COMETES.

Cal. *Involucrum* triflorum (floribus ſeſſilibus,) tetraphyllum: *foliolis* oblongis, æqualibus, patulis, ciliato-hiſpidis.
Perianthium tetraphyllum: *foliolis* oblongis, æqualibus, longitudine involucri.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, longitudine perianthii. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine floris. *Stigma* trifidum.
Per. *Capſula* tricocca.
Sem. ſolitaria.
Obs. Affinitas *Dalechampiæ*.

* 212. NIGRINA. *Thunb. fl. jap. 5. nov. gen. pl. 58.*

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* unicus. *Stigma*.
Per. *Capſula?*
Sem.

213. ELÆAGNUS. * *Tournef.* 489.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, ſuperum, rectum, campanulatum, externe ſcabrum, interne coloratum, deciduum.
Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, infra diviſuras calyci inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, calyce paullo brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* ovata, obtuſa, glabra, apice punctato.
Sem. *Nux* oblonga, obtuſa.

* 214. GONATOCARPUS. *Thunb. nov. gen. 55. fl. jap. 5.*

Cal. nullus.
Cor. quadrifida, perſiſtens.
Stam. *Filamenta* quatuor, corollæ inſerta. *Antheræ*.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* unicus. *Stigma*.
Per. *Drupa* infera, ſubgloboſa, octogona, corolla perſiſtente coronata, unilocularis.
Sem. unicum.

215. SANTALUM. *

Cal. *Perianthium*: Margo ſuperus, quadridentatus.
Cor. *Petala* quatuor, calycis laciniis inſidentia, rectiora. *Glandulæ* quatuor, petalis minores, alternantes.
Stam. *Filamenta* quatuor, tubo calycis innata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca*.
Sem. unicum.

216. STRUTHIOLA.

Cal. nullus, niſi corollam velis.
Cor. monopetala, marceſcens. *Tubus* filiformis, elongatus. *Limbus* quadripartitus, planus, tubo brevior: *laciniis* ovatis. *Nectarium* Glandulæ octo, ovatæ, fauci circumpoſitæ, penicillo proprio cinctæ.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, intra tubum occultata. *Antheræ* lineares.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* capitatum.
Per. coriaceum, ovatum, uniloculare.
Sem. unicum, acutiuſculum.
Obs. Affinis *Paſſerinæ*.

217. KRAMERIA, *Lœfl. it.* 195.

Cal. nullus, *niſi corollam dicas*.

Cor. *Petala* quatuor, æqualia, patentia, oblonga, acuta: ſupremo patentiore; lateralibus ovatis.

Nectaria duo: *Superius* ſuperum, erectum, lineare, tripartitum: *laciniis* linearibus, craſſiuſculis, apice ovatis, membranaceis. *Inferius* inferum, diphyllum: *foliolis* linearibus, convexis, elevatis, rugoſis.

Stam. *Filamenta* quatuor, intra nectarium, adſcendentia. *Antheræ* parvæ, apice foraminibus duobus.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens, ſtaminum longitudine. *Stigma* acutum.

Per. *Bacca* ſicca, globoſa, unilocularis, echinata undique pilis rigidis retrorſum ſpectantibus.

Sem. unicum, ovatum, glabrum, durum.

218. ACÆNA. *D. Mutis.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. nulla: (*niſi Calycem dicas.*)

Stam. *Filamenta* quatuor, æqualia, mediocria, calyci oppoſita. *Antheræ* quadrangulares, didymæ, erectæ.

Pist. *Germen* inferum, obovatum, hiſpidum. *Stylus* minimus, hinc inflexus. *Stigma* membranula multifida, craſſiuſcula, colorata.

Per. *Bacca* ſicca, obovata, echinata ſpinis retrorſis, unilocularis.

Sem. unicum.

Obs. *Si* Bracteas 2. *ſub Germine pro Calyce aſſumas, erit Calyx hujus Corolla.*

219. RIVINA. * *Plum.* 39.—*Gærtn.* 77. Solanoides *Tournef. A.* G. 1706. Piercea *Mill.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* oblongo-ovatis, obtuſis.

Cor. nulla, niſi Calycem ſumas.

Stam. *Filamenta* quatuor ſ. octo, calyce breviora, per paria proxima, perſiſtens. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* magnum, ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Bacca* globoſa, calyci viridi reflexo inſidens, unilocularis, acumine incurvo.

Sem. unicum, ſubrotundum, lentiforme, ſcabrum.

Obs. R. octandra *ſtaminibus octo diſtinguitur.* R.

220. SALVADORA. † *Garcin. A.* Angl.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum: *lobis* revolutis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudiue calycis, reflexa. *Antheræ* rotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* unicus, brevis. *Stigma* ſimplex, obtuſum, umbilicatum.
Per. *Bacca* globoſa, unilocularis.
Sem. unicum, ſphæricum, *Arillo* calloſo veſtitum.

221. CAMPHOROSMA. † Camphorata *Tournef.* 1705. *Autore Cl. de Sauvages.*

Cal. *Perianthium* urceolatum, ſemiquadrifidum, compreſſum, perſiſtens; *ſegmentis* acutis: oppoſitis majuſculis, recurvatis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, æqualia. *Antheræ* ovales.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus, calyce longior. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* unilocularis, ſuperne dehiſcens, calyce tecta.
Sem. unicum, ovale, compreſſum, nitidum.
Obs. Cal. 4phyllus: *foliolis* 2. *majoribus carinatis:* 2. *minoribus planis.* Stam. 4, *calyce breviora.* Styli 2, *calyce longiores. Zinn.*
Stamina 5, *flore longiora.* Calyx 5-*dentatus. Pollich. fl. palat. T.* 1. *p.* 166.

222. ALCHEMILLA. * — *Gærtn.* 73. Alchimilla *Tournef.* 289.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens: *ore* plano, octo-partito: *laciniis* alternis minoribus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, ſubulata, minima, ori calycis impoſita. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ad baſin germinis inſertus. *Stigma* globoſum.
Per. nullum. *Calycis* collum clauditur, nec dehiſcit.
Sem. ſolitarium, ellipticum, compreſſum.

223. APHANES. * *Syſt. nat.* 3. *p.* 236. *Gærtn.* 73. Percepier *Dill. gen.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens: *ore* plano, quadrifido.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, ſubulata, minima, ori calycis impoſita. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, germini ad baſin inſertus. *Stigma* capitatum.
Per. nullum. *Calyx* in fundo ſemen continens, ore connivens.
Sem. ovatum, acuminatum, compreſſum, longitudine ſtyli.
Obs. *Ad* Alchemillam *proxime accedit.*

II. DIGYNIA.

224. CRUZITA. *Læſl.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolo* anteriore lineari, acuto, lateralibus ovatis, concavis; perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, calycis facie, ovata, concava, exterioribus duobus integerrimis; interioribus margine tenuiſſimo, lacero.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, calyce paulo breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ovatum, obtuſum, compreſſum. *Stylus* breviſſimus, bipartitus: laciniis patentibus. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Corolla* connivens, decidua cum ſemine.
Sem. unicum, nudum.
Obs. Corollam *calycem interiorem tetraphyllum*; & Perianthium *calycem exteriorem triphyllum dicit Autor*; & Corollam *nullam. Syſt. nat. p.* 129. R.

225. BUFFONIA. * *Sauvages.* Alſinoides *Raji.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum, perſiſtens: *foliolis* ſubulatis, carinatis marginibus membranaceis.
Cor. *Petala* quatuor, ovalia, emarginata, erecta, æqualia, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* quatuor, æqualia, longitudine germinis. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Styli* duo, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovalis, compreſſa, unilocularis, bivalvis.
Sem. duo, ovalia, compreſſa cum torula, hinc convexa.
Obs. *Staminâ* 4. *obſervavit, ſed dein ipſe retraxit, P. Læfling; ſemper vero ſtamina* 4. *attente vidit Alſtræmer; aliquando* 2, *raro* 3, *ſæpe* 4. *Gerard.*

226. HAMAMELIS. † Trilopus. *Mitch.* 22.

Cal. *Involucrum* triphyllum, triflorum: *foliolis duobus* interioribus ſubrotundis, minoribus, obtuſis; *tertio* extimo, majori, lanceolato.

Perianthium duplex: *exterius* diphyllum, minus, ſubrotundum; *interius* tetraphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, obtuſis, æqualibus.

Cor. *Petala* quatuor, linearia, æqualia, longiſſima, obtuſa, reflexa.

Nectarium foliolis 4, truncatis, corollæ adnatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, linearia, calyce breviora. *Antheræ* bicornes, inflexæ.

Pist. *Germen* ovatum, villoſum, deſinens in *Stylos* duos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.

Per. nullum.

Sem. *Nux* ovata, calyce ſemirecta, obtuſa, apice utrinque ſulcata, bicornis corniculis horizontalibus, bilocularis, bivalvis.

Obs. *Ad* Polygamiam *certo ſpectat hic frutex, namque* Virginica *dioica eſt &* Carolinenſis *monoica. An diſtinctæ ſpecies? hæſito ob herbam ſimillimam. Mant.* 333. R.

227. CUSCUTA. * *Tournef.* 422. — *Gærtn.* 62.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, quadrifidum, obtuſum, baſi carnoſum.

Cor. monopetala, ovata, calyce paulo longior; *ore* quadrifido, obtuſo.

Nectarium e ſquamis quatuor, linearibus, bifidis, acutis, ad baſin ſtaminum corollæ adnatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, erecti, breves. *Stigmata* ſimplicia.

Per. carnoſum, ſubrotundum, biloculare, circumſciſſum.

Sem. bina.

Obs. *In quibusdam 1/5. pars additur fructificationis partibus.*

228. HYPECOUM. * *Tournef.* 115.

Cal. *Perianthium* diphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, erectis, oppoſitis, deciduis.

Cor. tetrapetala. *Petala duo exteriora* oppoſita latiora, trifida, obtuſa: *P. duo interiora* cum exterioribus alterna, ſemitrifida: *lacinia media* concava, compreſſa, erecta,

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, lacinia media petalorum intimorum tecta. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum. *Styli* duo, breviſſimi. *Stigmata* acuta.
Per. *Siliqua* longa, incurva, articulata.
Sem. ſolitaria in ſingulo articulo pericarpii, globoſo-compreſſa.
Obs. H. erecti *ſtamina videntur tetradynama.* R.

* 229. NERTERA. *Banks. Gærtn.* 26.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, infundibuliformis, ſupera: *limbo* quadrifido.
Stam. *Filamenta* quatuor. *Antheræ*.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* duo. *Stigmata*.
Per. *Bacca* globoſa, apice cicatricula notata, bilocularis.
Sem. ſolitaria, hinc plana inde convexa.

* 230. GOMOZIA. *Mutis gen. Linn. fil. ſuppl. pl.* 17.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, campanulata, ſupera. *Tubus* breviſſimus, campanulatus, gracilis. *Limbus* ſemiquadrifidus, campanulatus: *laciniis* lanceolatis, recurvatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, æqualia, baſi corollæ inſerta, filiformia. *Antheræ* globoſæ, angulatæ.
Pist. *Germen* inferum, oblongum, teres, magnitudine corollæ. *Styli* duo, filiformes, baſi ſubconnati, glabri. *Stigmata* oblonga, ſimplicia, attenuata, divaricata, villoſa.
Per. *Bacca* bilocularis, figura germinis.
Sem. plurima.

* 231. GALOPINA. *Thunb. nov. gen.*

Cal. nullus.
Cor. monopetala, quadrifida, ſupera, revoluta.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, longa, receptaculo inſerta, decidua. *Antheræ*
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſtaminibus paullo breviores, excreſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum.
Sem. bina, nuda, ſubgloboſa, muricata.

III. TETRAGYNIA.

232. ILEX. * Aquifolium *Tournef.* 371.

Cal. *Perianthium* quadridentatum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, quadripartita, rotata: *laciniis* ſubrotun-

dis, concavis, patentibus, majuſculis, unguibus cohærentibus.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quatuor, obtuſa.

PER. *Bacca* ſubrotunda, quadrilocularis.

SEM. ſolitaria, oſſea, oblonga, obtuſa, hinc gibba, inde angulata.

233. COLDENIA. — *Gærtn.* 68.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, longitudine corollæ.

COR. monopetala, infundibuliformis: *Limbo* patulo, obtuſo.

STAM. *Filamenta* quatuor, tubo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germina* quatuor, ovata. *Styli* totidem, capillares, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

PER. nullum. *Fructus* ovatus, compreſſus, ſcaber, acuminatus, terminatus roſtris quatuor.

SEM. duo, muricata, bilocularia.

234. POTAMOGETON. * *Tournef.* 103.

CAL. nullus.

COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, erecta, unguiculata, decidua.

STAM. *Filamenta* quatuor, plana, obtuſa, breviſſima. *Antheræ* didymæ, breves.

PIST. *Germina* quatuor, ovato-acuminata. *Stylus* nullus. *Stigmata* obtuſa.

PER. nullum.

SEM. quatuor, ſubrotunda, acuminata, hinc gibba, inde compreſſa, angulataque.

235. RUPPIA. * Bucca ferrea. *Mich.* 35.

CAL. *Spatha* præter vaginas foliorum vix ulla.
Spadix ſubulatus, ſimpliciſſimus, rectus, matureſcente fructu incurvatus, fructificationibus diſtiche obvallatus.
Perianthium nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quatuor, ſeſſiles, æquales, ſubrotundæ, ſubdidymæ.

PIST. *Germina* quatuor ſ. quinque, ſuboyata, conniventia. *Stylus* nullus. *Stigmata* obtuſa.

PER. nullum. Semina inſident pedicellis propriis filiformibus, longitudine fructus.

Sem. quatuor ſ. quinque, ovata, obliqua, terminata Stigmate plano, orbiculato.

236. SAGINA. * Alſinella *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentiſſimis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, calyce breviora, patentia.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* quatuor, ſubulati, recurvi, pubeſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, recta, unilocularis, quadrivalvis.
Sem. numeroſa, minima, receptaculo affixa.
Obs. S. procumbens *variat floribus corollatis & apetalis.*
S. appetala *absque petalis eſt.*
S. erecta *calycis foliola lanceolata, acuminata habet.* R.
S. virginica *a congeneribus quibusdam notis differt.* R.

237. TILLÆA. * *Mich.* 20.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, planum: *laciniis* ovatis, magnis.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, acuta, plana, calyce fere minora.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, corolla breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germina* quatuor. *Styli* ſimplices. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* quatuor, oblongæ, acuminatæ, reflexæ, longitudine floris, longitudinaliter ſurſum dehiſcentes.
Sem. bina, ovata.
Obs. T. muſcoſæ *Fructificationis partes ternæ.*

238. MYGINDA. † *Jacq. amer.* 24.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, plana, patentiſſima.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quatuor, erecti, breves. *Stigmata* acuta.
Per. *Drupa* globoſa.
Sem. *Nux* ovata, acuta.

Classis V.

PENTANDRIA

I. MONOGYNIA.

239. *Heliotropium.*
240. *Myosotis.*
241. *Lithospermum.*
242. *Anchusa.*
243. *Cynoglossum.*
244. *Pulmonaria.*
245. *Symphytum.*
246. *Cerinthe.*
247. *Onosma.*
248. *Borago.*
249. *Asperugo.*
250. *Lycopsis.*
251. *Echium.*
252. *Messerschmidia.*
253. *Tournefortia.*
254. *Nolana.*
255. *Diapensia.*
256. *Aretia.*
257. *Androsace.*
258. *Primula.*
259. *Cortusa.*
260. *Soldanella.*
261. *Dodecatheon.*
262. *Cyclamen.*
263. *Menyanthes.*
264. *Doræna.*
265. *Hottonia.*
266. *Bacopa.*
267. *Hydrophyllum.*
268. *Ellisia.*
269. *Lysimachia.*
270. *Anagallis.*
271. *Theophrasta.*
272. *Spigelia.*
273. *Ophiorrhiza.*
274. *Lisianthus.*
275. *Randia.*
276. *Fagræa.*
277. *Azalea.*
278. *Sheffieldia.*
279. *Epacris.*
280. *Weigelia.*
281. *Plumbago.*
282. *Triguera.*
283. *Mirabilis.*
284. *Phlox.*
285. *Retzia.*
286. *Porana.*
287. *Convolvulus.*
288. *Ipomœa.*
289. *Polemonium.*
290. *Campanula.*
291. *Roëlla.*
292. *Phyteuma.*
293. *Trachelium.*
294. *Samolus.*
295. *Nauclea.*
296. *Rondeletia.*
297. *Macrocnemum.*
298. *Bellonia.*

299. *Portlandia.*
300. *Scævola.*
301. *Cinchona.*
302. *Cyrtanthus.*
303. *Lightfootia.*
304. *Bertiera.*
305. *Hamellia.*
306. *Schwenkfelda.*
307. *Oribasia.*
308. *Stephanium.*
309. *Chimarrhis.*
310. *Dentella.*
311. *Uncaria.*
312. *Virecta.*
313. *Psychotria.*
314. *Coffea.*
315. *Chiococca.*
316. *Callicocca.*
317. *Morinda.*
318. *Bæobotrys.*
319. *Lonicera.*
320. *Triosteum.*
321. *Conocarpus.*
322. *Kuhnia.*
323. *Schœpfia.*
324. *Erithalis.*
325. *Menais.*
326. *Mussænda.*
327. *Geniostoma.*
328. *Matthiola.*
329. *Coris.*
330. *Brossæa.*
331. *Verbascum.*
332. *Datura.*
333. *Hyoscyamus.*
334. *Nicotiana.*
335. *Atropa.*
336. *Physalis.*
337. *Solanum.*
338. *Capsicum.*
339. *Strychnos.*
340. *Ignatia.*
341. *Genipa.*
342. *Cestrum.*
343. *Lycium.*
344. *Cryptostomum.*
345. *Anguillaria.*
346. *Jacquina.*
347. *Xystris.*
348. *Bassovia.*
349. *Chironia.*
350. *Cordia.*
351. *Patagonula.*
352. *Ehretia.*
353. *Varronia.*
354. *Laugeria.*
355. *Chrysophyllum.*
356. *Tectona.*
357. *Sideroxylum.*
358. *Rhamnus.*
359. *Phylica.*
360. *Carpodetus.*
361. *Ceanothus.*
362. *Cranzia.*
363. *Ruyschia.*
364. *Arduina.*
365. *Camax.*
366. *Buttneria.*
367. *Ayenia.*
368. *Gluta.*
369. *Myrsine.*
370. *Bladhia.*

371. *Catha.*
372. *Celaſtrus.*
373. *Evonymus.*
374. *Diosma.*
375. *Hovenia.*
376. *Brunia.*
377. *Leviſanus.*
378. *Walkera.*
379. *Pittoſporum.*
380. *Cyrilla.*
381. *Itea.*
382. *Galax.*
383. *Cedrela.*
384. *Calodendrum.*
385. *Elæodendrum.*
386. *Eſcallonia.*
387. *Mangifera.*
388. *Hirtella.*
389. *Plectronia.*
390. *Ribes.*
391. *Gronovia.*
392. *Aquilicia.*
393. *Argophyllum.*
394. *Corynocarpus.*
395. *Hedera.*
396. *Vitis.*
397. *Euparea.*
398. *Ægiceras.*
399. *Lagœcia.*
400. *Roridula.*
401. *Sauvageſia.*
402. *Claytonia.*
403. *Heliconia.*
404. *Achyranthes.*
405. *Celoſia.*
406. *Chenolea.*
407. *Illecebrum.*
408. *Glaux.*
409. *Hedycrea.*
410. *Theſium.*
411. *Rauwolfia.*
412. *Pœderia.*
413. *Cariſſa.*
414. *Gynopogon.*
415. *Cerbera.*
416. *Gardenia.*
417. *Willughbeja.*
418. *Allamanda.*
419. *Vinca.*
420. *Nerium.*
421. *Echites.*
422. *Plumeria.*
423. *Cameraria.*
424. *Tabernæmontana.*

II. DIGYNIA.

425. *Melodinus.*
426. *Apocynum.*
427. *Periploca.*
428. *Pergularia.*
429. *Aſclepias.*
430. *Cynanchum.*
431. *Ceropegia.*
432. *Stapelia.*
433. *Linconia.*
434. *Herniaria.*
435. *Chenopodium.*
436. *Beta.*

437. *Sal*

437. *Salsola.*
438. *Anabasis.*
439. *Cressa.*
440. *Steris.*
441. *Gomphrena.*
442. *Bosea.*
443. *Ulmus.*
444. *Nama.*
445. *Hydrolea.*
446. *Schrebera.*
447. *Heuchera.*
448. *Velezia.*
449. *Svertia.*
450. *Gentiana.*
451. *Dichondra.*
452. *Vahlia.*
453. *Bumalda.*
454. *Phyllis.*
455. *Cussonia.*
456. *Eryngium.*
457. *Hydrocotyle.*
458. *Sanicula.*
459. *Astrantia.*
460. *Bupleurum.*
461. *Echinophora.*
462. *Hasselquistia.*
463. *Tordylium.*
464. *Caucalis.*
465. *Artedia.*
466. *Daucus.*
467. *Ammi.*
468. *Bunium.*
469. *Conium.*
470. *Selinum.*
471. *Athamantha.*
472. *Peucedanum.*
473. *Crithmum.*
474. *Cachrys.*
475. *Ferula.*
476. *Laserpitium.*
477. *Heracleum.*
478. *Ligusticum.*
479. *Angelica.*
480. *Sium.*
481. *Sison.*
482. *Bubon.*
483. *Cuminum.*
484. *Oenanthe.*
485. *Phellandrium.*
486. *Cicuta.*
487. *Æthusa.*
488. *Coriandrum.*
489. *Scandix.*
490. *Chærophyllum.*
491. *Imperatoria.*
492. *Seseli.*
493. *Thapsia.*
494. *Pastinaca.*
495. *Smyrnium.*
496. *Anethum.*
497. *Carum.*
498. *Pimpinella.*
499. *Apium.*
500. *Ægopodium.*

III. TRIGYNIA.

501. *Semecarpus.*
502. *Rhus.*
503. *Viburnum.*
504. *Cassine.*

505. *Sambucus.*
506. *Spathelia.*
507. *Staphylæa.*
508. *Curtisia.*
509. *Passiflora.*
510. *Tamarix.*
511. *Xylophylla.*
512. *Reichelia.*
513. *Salmasia.*
514. *Turnera.*
515. *Telephium.*
516. *Corrigiola.*
517. *Pharnaceum.*
518. *Alsine.*
519. *Drypis.*
520. *Basella.*
521. *Sarothra.*
522. *Portulacaria.*

VI. TETRAGYNIA.

523. *Parnassia.*
524. *Evolvulus.*

V. PENTAGYNIA

525. *Aralia.*
526. *Glossopetalum.*
527. *Statice.*
528. *Linum.*
529. *Aldrovanda.*
530. *Burcardia.*
531. *Drosera.*
532. *Gisekia.*
533. *Crassula.*
534. *Mahernia.*
535. *Commersonia.*
536. *Sibbaldia.*

VI. DECAGYNIA.

537. *Schefflera.*

VII. POLYGYNIA.

538. *Myosurus.*

PENTANDRIA

I. MONOGYNIA.

239. HELIOTROPIUM. * *Tournef.* 57. — *Gærtn.* 68.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* planus, ſemiquinquefidus, obtuſus: *laciniis* minoribus, alternis, acutioribus, majoribus interjacentibus. *Faux* nuda.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in fauce. *Antheræ* parvæ, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* erectus, immutatus, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata, acuminata.

240. MYOSOTIS. * *Dill. gen.* 3. — *Gærtn.* 68.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, oblongum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* ſemiquinquefidus, planus: *laciniis* emarginatis, obtuſis. *Faux* clauſa *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque in collo tubi, breviſſima. *Antheræ* minimæ, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtuſum.

Per. nullum. *Calyx* major, erectus, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata, acuminata, glabra.

Obs. *Species aliæ ſeminibus lævibus, aliæ aculeis uncinatis.*

241. LITHOSPERMUM. * *Tournef.* 55. — *Gærtn.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, rectum, acutum, perſiſtens: *laciniis* ſubulatis, carinatis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, erectus. *Faux* perforata, nuda.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, in fauce corollæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtuſum, bifidum.

Per. nullum. *Calyx* patulus, ſemina, quibus longior, in ſinu continens.

Sem. quatuor, ovato-acuminata, dura, glabra.

Obs. L. diſpermum *Semina tantum duo unilocularia & calycem quaſi inflatum habet.*

242. ANCHUSA. * Bugloſſum *Tournef.* 53.— *Gærtn.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, teres, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* ſemiquinquefidus, erecto-patens, obtuſus. *Faux* clauſa *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, oblongis, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* major, erectus, in ſinu continens ſemina.

Sem. quatuor, oblongiuſcula, obtuſa, gibba.

243. CYNOGLOSSUM. * *Tournef.* 57. *Gærtn.* 67. Omphalodes *Tournef.* 58.— Rindera *Pall. itin.* 1. *p.* 486.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque. breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, nudæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* emarginatum.

Per. nullum, ſed *Arilli* ſeminum quatuor, depreſſi, ſubrotundi, extrorſum obtuſiores, ſcabri, non dehiſcentes, latere exteriore planiuſculi, apice affixi.

Sem. totidem, ſubovata, gibba, acuminata, glabra.

Obs. Eſſentia *generis conſiſtit in quatuor Arillis monoſpermis ſtylo affixis.*

Omphalodes *T.* 5, 6, 7, *arillis nudis, nec echinato-hamoſis differt.* — Rindera *Pall. fauce pervia, & arillis lævibus.* S.

244. PULMONARIA. * *Tournef.* 55. Cerinthoides. *Boerh.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, prismatico-pentagonum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, erecto-patens. *Faux* pervia.

Stam. *Filamenta* quinque, in fauce, breviſſima. *Antheræ* erectæ, conniventes.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, calyce brevior. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo ſemina fovens.

Sem. quatuor, ſubrotunda, obtuſa.

Obs. Cerinthoides B. *calyce tubo corollæ breviore diſtinguebatur.*

245. SYMPHYTUM. * *Tournef.* 56. — *Gærtn.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, pentagonum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* tubulato-ventricoſus, tubo paulo craſſior: *ore* quinquedentato, obtuſo, reflexo. *Faux* munita *radiis* quinque, ſubulatis, limbo brevioribus, in conum conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, cum radiis faucis alterna. *Antheræ* acutæ, erectæ, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.

Per. nullum. *Calyx* major, ampliatus.

Sem. quatuor, gibba, acuminata, apicibus conniventia.

246. CERINTHE. * *Tournef.* 56. — *Gærtn.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* brevis, craſſus. *Limbus* tubulato-ventricoſus, tubo paulo craſſior: *ore* quinquefido. *Faux* nuda, pervia.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* acutæ, erectæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. duo, oſſea, nitida, ſubovata, extus gibba, bilocularia.

247. ONOSMA. — *Gærtn.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, erectis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* tubuloſo-ventricoſus, tubo paulo craſſior: *ore* ſubquinquefido. *Faux* nuda, pervia.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* ſagittatæ, erectæ, longitudine corollæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. quatuor, ovata.

248. BORAGO. * *Tournef.* 53. *Gærtn.* 67. Boraginoides *Boerh.* I. 88. Cynogloſſoides *Iſnard. A. G.* 1718. t. 10.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata, longitudine calycis. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* quinquepartitus, rotatus, planus: *Faux* coronata: *prominentiis* quinque, emarginatis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, conniventia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum lateri interiori in medio affixæ, conniventes.
Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.
Per. nullum. *Calyx* major inflatus.
Sem. quatuor, ſubrotunda, rugoſa, apice extrorſum carinata, baſi globoſa, receptaculo excavato longitudinaliter inſerta.
Obs. Calycis *laciniæ quoad figuram*, & Corollæ *Tubus quoad magnitudinem*, *differentes ſunt.*

249. ASPERUGO. * *Tournef.* 54.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, denticulis inæqualibus, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, parvus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque, in fauce, breviſſima. *Antheræ* oblongiuſculæ, rectæ.

Pist. *Germina* quatuor, compreſſa. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* obtuſum.

Per. nullum. *Calyx* maximus, erectus, compreſſus: lamellis plano-parallelis, ſinuatis.

Sem. quatuor, oblonga, compreſſa, per paria diſtantia.

Obs. A. ægyptiaca *calycem fructus ventricoſum, parum compreſſum habet.* R.

250. LYCOPSIS: — *Gærtn.* 67. Echioides: *Dill. gen.* 3.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, patulis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, curvato-flexus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque, minima, ad flexuram tubi corollæ. *Antheræ* parvæ, rectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, bifidum.

Per. nullum. *Calyx* maximus, inflatus.

Sem. quatuor, ſublonga.

Obs. Eſſentia *generis conſiſtit in curvatura tubi corollæ.*

251. ECHIUM. * *Tournef.* 54.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, perſiſtens: *laciniis* ſubulatis, erectis.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* erectus, ſenſim ampliatus, quinquefidus, obtuſus: *laciniis* ſæpius inæqualibus: ſuperioribus duabus longioribus, *infima* minore, acuta, reflexa. *Faux* pervia.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ, declinata, inæqualia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, bifidum.

Per. nullum. *Calyx* rigidior, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ſubrotunda, oblique acuminata.

Obs. E. lævigatum & italicum *eſt corollis fere æqualibus.*

252. MESSERSCHMIDIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ſublinearibus; erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, rudis, calyce longior, basi globosus. *Limbus* quinquefidus, plicatus, lateribus membranaceus. *Faux* nuda.

Stam. *Filamenta* quinque, minuta, in inferiore tubi parte. *Antheræ* subulatæ, erectæ, intra medium tubi.

Pist. *Germen* subovatum. *Stylus* cylindricus, brevissimus, persistens. *Stigma* capitatum, ovatum.

Per. *Bacca* sicca, suberosa, cylindrico-rotundata umbilico retuso, cincto dentibus quatuor obtusis; bipartibilis.

Sem. bina intra utramque partem pericarpii, oblonga, ossea, incurva, extrorsum rotundata, introrsum angulata.

253. TOURNEFORTIA. * *Gærtn.* 76. Pitonia *Plum.* 3.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum. *laciniis* subulatis, persistentibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, basi globosus. *Limbus* semiquinquefidus, patens: *laciniis* acuminatis, horizontalibus, medio gibbis.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, ad faucem corollæ. *Antheræ* simplices, in fauce corollæ, conniventes, acuminatæ.

Pist. *Germen* globosum, superum. *Stylus* simplex, longitudine staminum, clavatus. *Stigma* recutitum, integrum.

Per. *Bacca* globosa, bilocularis, apice duobus poris perforata.

Sem. quatuor, subovata, pulpa distincta.

254. NOLANA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, basi turbinatum, quinquepartitum, quinquangulare: *laciniis* cordatis, acutis, persistentibus.

Cor. monopetala, campanulata, plicata, patens, subquinqueloba, calyce duplo major.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, æqualia, corolla breviora. *Antheræ* sagittatæ.

Pist. *Germina* quinque, subrotunda. *Stylus* inter germina, cylindricus, rectus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.

Per. proprie nullum.

Sem. quinque, cortice succulento, subrotunda, basi interiore nuda receptaculo immersa, bi- & quadrilocularia.

255. DIAPENSIA. * *Fl. lapp.* 1.

Cal. *Perianthium* octophyllum: *foliolis* quinque *interioribus*

in orbem positis, *reliquis* imbricatim incumbentibus, *omnibus* æqualibus, ovatis, obtusis, erectis, persistentibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, apertus, longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, obtusus, planus.

Stam. *Filamenta* quinque, compresso-linearia, erecta, ad incisuras limbi tubum terminantia, brevia. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindraceus; longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

Per. *Capsula* subrotunda, trilocularis, trivalvis.

Sem. plurima, subrotunda.

256. ARETIA. † *Hall. helv. t. 8. f. 1.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, semiquinquefidum, obtusiusculum, persistens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* ovatus, longitudine calycis, collo coarctatus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* obovatis.

Stam. *Filamenta* quinque, conica, in medio tubi, brevissima. *Antheræ* erectæ, acutiusculæ, intra faucem corollæ.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* depresso-capitatum.

Per. *Capsula* unilocularis, quinquevalvis.

Sem. quinque: *Jacq.*

Obs. Fructum *attente describant Botanici* Vallesiæ, *ut certitudo generis eruatur. Habitu, planta caulescente, pedunculis simplicibus distincta videtur ab Androsace; rarissima planta.*

Obs. Semina *tria & quinque sunt in* A. helvetica. R.

257. ANDROSACE. * *Tournef.* 46. — *Gærtn.* 50.

Cal. *Involucrum* polyphyllum, multiflorum, minimum. *Perianthium* monophyllum, pentagonum, semiquinquefidum, acutum, erectum, persistens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* ovatus, calyce obvolutus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovato-oblongis, obtusis, integris. *Faux* glandulis obsessa.

Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, intra tubum corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ, inclusæ.

Pist. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, brevissimus. *Stigma* globosum, inclusum.

Per. *Capsula* globosa, calyci plano insidens, unilocularis, quinquefariam apice dehiscens.

Sem. plurima, ſubrotunda, hinc gibba, inde plana. *Receptaculum* erectum, liberum.

Obs. A. maxima *Perianthiis maximis patentibus differt.*

258. PRIMULA.* — *Gærtn.* 50. Primula veris *Tournef.* 47. Auricula urſi *Tournef.* 46.

Cal. *Involucrum* polyphyllum, multiflorum, minimum. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, pentagonum, quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis, terminatus collo parvo, hemiſphærico. *Limbus* patens, ſemiquinquefidus: *laciniis* obcordatis, emarginatis, obtuſis. *Faux* pervia.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, intra collum corollæ. *Antheræ* acuminatæ, erectæ, conniventes, incluſæ.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* globoſum.

Per. *Capſula* teres, longitudine ferme perianthii, tecta, unilocularis, dehiſcens apice decemdentato.

Sem. numeroſa, ſubrotunda. *Receptaculum* ovato-oblongum, liberum.

259. CORTUSA. * *Boerh.* — *Gærtn.* 50.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, patens, minimum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, tridentatis.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* vix ullus. *Limbus* planus, quinquepartitus, amplus: *laciniis* ovatis, acutis. *Faux* annulo elevato.

Stam. *Filamenta* quinque, obtuſa. *Antheræ* bilamellatæ, oblongæ, erectæ, exteriori parti affixæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* ſubcapitatum.

Per. *Capſula* ovalis, acuminata, ſemiquinquevalvis.

Sem. numeroſa, compreſſa, angulata. *Receptaculum* columnare, liberum. *G.*

260. SOLDANELLA. * *Tournef.* 16.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, rectum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis.

Cor. monopetala, campanulata, ſenſim ampliata, recta: *ore* lacero-multifido, acuto.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* ſimplices, ſagittatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* oblonga, teres, oblique ſtriata, unilocularis, dehiſcens apice multidentato.
Sem. numeroſa, acuminata, minima. *Receptaculum* columnare, liberum.

261. DODECATHEON. * — *Gærtn.* 50.

Cal. *Involucrum* polyphyllum, multiflorum, minimum. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* reflexis, demum longioribus, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, quinquepartita. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* reflexus: *laciniis* longiſſimis, lanceolatis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, obtuſa, tubo inſidentia. *Antheræ* ſagittatæ, conniventes in roſtrum.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, apice dehiſcens.
Sem. plurima, parva. *Receptaculum* liberum, parvum.

262. CYCLAMEN. * *Tournef.* 68.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, ſubrotundum, perſiſtens: *laciniis* ovatis.
Cor. monopetala. *Tubus* ſubgloboſus, calyce duplo major, parvus, nutans. *Limbus* ſurſum reflexus, quinquepartitus, maximus: *laciniis* lanceolatis. *Collum* prominens.
Stam. *Filamenta* quinque, minima, in tubo corollæ. *Antheræ* rectæ, acutæ, in collo corollæ, conniventes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, rectus, ſtaminibus longior. *Stigma* acutum.
Per. *Bacca* globoſa, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens, tecta putamine capſulari.
Sem. plurima, ſubovata, angulata. *Receptaculum* ovatum, liberum.

263. MENYANTHES. * *Tournef.* 15. Nymphoides *Tournef.* 67.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceo-infundibuliformis, brevis. *Limbus* ultra medium quinquefidus: *laciniis* reflexo-patentibus, obtuſis, hirſutie conſpicuis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, brevia. *Antheræ* acutæ, baſi bifidæ, erectæ.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ferme corollæ. *Stigma* bifidum, compreſſum.
Per. *Capſula* ovata, calyce cincta, unilocularis.
Sem. plurima, ovata, exigua.
Obs. Nymphoides T. *petalis ciliatis, nec pagina ſuperiore hirtis, diſtinguebatur.*

*264. DORÆNA. *Thunb. fl. jap. 6. nov. gen. 59.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, corolla brevius: *laciniis* ovatis, concavis.
Cor. monopetala, ſubcylindrico-rotata, *limbo* quinquefido: *laciniis* ovatis, obtuſis, erectis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, ut fere nulla, tubo corollæ inſerta. *Antheræ* oblongæ, ſubtetragonæ, incluſæ.
Pist. *Germen* conicum, glabrum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* truncatum, emarginatum.
Per. *Capſula* ovata, acuta, unilocularis.
Sem. plurima.

265. HOTTONIA. * *Boerh.* Stratiotes *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* linearibus, erecto-patulis.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, planus: *laciniis* ovato-oblongis, emarginatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, brevia, erecta, laciniis corollæ oppoſita, tubo corollæ ſuperimpoſita. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* globoſo-acuminatum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* globoſum.
Per. *Capſula* globoſa, acuminata, unilocularis, calyci impoſita.
Sem. plurima, globoſa. *Receptaculum* globoſum, magnum.

* 266. BACOPA. *Aubl.* 49.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* duabus oppoſitis oblongis, concavis, acutis; duabus inferioribus deflexis, ovatis, acutis; unica ſuperiore latiore, ſubrotunda, undulata.
Cor. monopetala. *Tubus* brevis, verſus orificium paullulum

ampliatus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovato-oblongis, obtusis, æqualibus, patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, tubo corollæ inserta. *Antheræ* sagittatæ.

Pist. *Germen* ovatum, compressum, inferne calyce adnato incrustatum. *Stylus* brevis. *Stigma* capitatum.

Per. *Capsula* unilocularis.

Sem. plurima, minutissima.

267. HYDROPHYLLUM. * *Tourn.* 16.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, corolla vix brevius, patens, persistens: *laciniis* subulatis.

Cor. monopetala, campanulata, quinquefida: *laciniis* erectis, obtusis, emarginatis.

Nectarium: Rima lamellis duabus longitudinalibus conniventibus clausa, intra singulæ laciniæ medium petalo adnata.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum, acuminatum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum, patens.

Per. *Capsula* globosa, unilocularis, bivalvis.

Sem. unicum, rotundum, magnum.

268. ELLISIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* acutis; dehiscens.

Cor. monopetala, infundibuliformis, calyce minor: *Limbo* quinquefido.

Stam. *Filamenta* quinque, tubo breviora. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* bifidum, oblongum.

Per. *Capsula* scrotiformis, coriacea, bivalvis, bilocularis, calyce tum maximo, plano, stellari.

Sem. bina, globosa, nigra, excavato-punctata: sed *semine* altero supra alterum, vix distinctis dissepimento transversali.

† 269. LYSIMACHIA. * *Tourn.* 59. — *Gærtn.* 50.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, persistens.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* ovato-oblongis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, laciniis corollæ oppoſita. *Antheræ* acuminatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* globoſa, mucronata, unilocularis, decemvalvis.
Sem. plurima, angulata. *Receptaculum* globoſum, maximum, punctatum.
Obs. *In quibusdam ſpeciebus Stamina baſi coalita ſunt.* S.
Obs. L. Linum ſtellatum *corolla quinquefida & fructu quinquevalvi differt.*

270. ANAGALLIS. * *Tournef.* 59. — *Gærtn.* 50.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, perſiſtens: *laciniis* carinatis.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus; planus: *laciniis* ovato-orbiculatis, unguibus connexis,
Stam. *Filamenta* quinque, erecta, corolla breviora, inferne hirſuta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, leviter inclinatus. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, circumſciſſa.
Sem. plurima, angulata. *Receptaculum* globoſum, maximum.

271. THEOPHRASTA. Ereſia. *Plum.* 25.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, parvum, perſiſtens, obtuſum *laciniis* & *ſinubus*.
Cor. monopetala, campanulata, ſemiquinquefida, erecto-patula: *laciniis* & *diviſuris* obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, corolla brevior. *Stigma* acutum.
Per. *Capſula* globoſa, maxima, unilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda, *Receptaculo* libero undique affixa.

272. SPIGELIA. * Arapabaca *Plum.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acuminatum, parvum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce multo longior, inferne anguſtatus. *Limbus* patens, quinquefidus: *laciniis* latis, acuminatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* globis duobus compositum, superum. *Stylus* unus, subulatus, longitudine tubi. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* didyma, bilocularis, quadrivalvis.
Sem. numerosa, minima.

† 273. OPHIORRHIZA. † *Fl. zeyl.* — *Gærtn.* 55. Mitreola *edit. prior.* Mitra *Houst.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, compressum, quinquedentatum, æquale, persistens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* basi inflatus. *Faux* pilis fere clausa. *Limbus* quinquefidus, obtusus, patens.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, brevissima, tubo inserta. *Antheræ* oblongæ, altitudine tubi.
Pist. *Germen* bifidum, superum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, superne crassior. *Stigmata* duo, obtusa.
Per. *Capsula* biloba, lata, obtusiuscula: lobis oblongis divaricatis, bilocularis: *Dissepimento* contrario; introrsum dehiscens.
Sem. numerosa, angulata. *Receptaculo* oblongo, pedicellato, in medio cujusque loculi libero, undique affixa.

† 274. LISIANTHUS. *Brown. jam. t. 9. Linn. fil. suppl.* 135.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* lanceolatis, carinatis, margine membranaceis, brevissimis, persistentibus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, subventricosus, basi intra calycem coarctata. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, tubo brevioribus, recurvatis.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, tubo longiora. *Antheræ* ovales, incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum, acuminatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, persistens. *Stigma* capitatum, bilamellatum.
Per. *Capsula* oblonga, acuminata, bilocularis: *valvularum* marginibus intortis.
Sem. numerosa.

† 275. RANDIA. † *Houst. 4. obs. Roy.* — *Gærtn.* 26.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum, persistens: ore quadri-s. quinquedentato.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Limbo* quadri-s. quinquefido: *laciniis* ovatis, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, intra faucem.

Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* ſimplex, cylindricus, longitudine tubi, ſuperne bifidus. *Stigmata* obtuſa, inæqualia.

Per. *Bacca* cortice capſulari, ovata, calyce coronata, bilocularis: *diſſepimento* tenui, membranaceo.

Sem. plurima, orbiculata, cartilaginea, compreſſa, pulpa cincta, in duas ſeries digeſta.

* 276. FAGRÆA. *Thunb. nov. gen.* 34. *nov. act. holm.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquepartitum: *laciniis* obtuſis, incumbentibus, apice membranaceis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* teres, apice ſenſim dilatatus, longus. *Limbus* contortus, quinquepartitus: *laciniis* oblongis, obliquis, obtuſis, integris, patulis.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, æqualia, tubo inſerta, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, didymæ, verticales, externe convexæ, quadriſulcatæ, intus planæ, facile bipartibiles.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* peltatum, orbiculatum, planum.

Per. *Bacca* ovata, carnoſa, epidermide tecta, bilocularis.

Sem. orbiculata, glabra.

277. AZALEA. * — *Gærtn.* 63.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, parvum, coloratum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, ſemiquinquefida: *laciniarum* lateribus inflexis.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, receptaculo inſerta, libera. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, ſubrotunda.

Obs. *Figura corollæ in aliis infundibuliformis; in aliis campaniformis eſt; ſtamina in quibusdam declinata longiſſima. Numero ſtaminum, a Rhododendro, primario differt.*

* 278. SHEFFIELDIA. *Forſter. gen. 9. Linn. ſuppl. 18.*

Cal. *Perianthium* quinquefidum, turbinatum, perſiſtens: *laciniis* acutis, erectis.

Cor. monopetala, campanulata, calyce longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* obovatis, reflexis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, tubo inſerta: horum quinque, laciniis corollæ oppoſita, fertilia; quinque, cum iisdem alternantia, caſtrata. *Antheræ* cordatæ, acuminatæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* conica, unilocularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, globoſa, affixa *Receptaculo* columnari in medio capſulæ.

* 279. EPACRIS. *Forſt. gen. 10. Linn. ſuppl. 19.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, æquale, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* ſenſim ampliatus in *limbum* quinquefidum: *laciniis* ovatis, acutis, ſupra villoſis.

Nectarium Squamulæ quinque, obovatæ, emarginatæ, germini adnatæ & appreſſæ.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, quinqueſtriatum. *Stylus* cylindricus, brevis. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* globoſo-depreſſa, quinquelocularis, quinquevalvis, dehiſcens.

Sem. numeroſa, minima.

* 280. WEIGELIA. *Thunberg. nov. gen. 5. fl. jap. 6.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *laciniis* ſubulatis, erectis, æqualibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* interne villoſus, longitudine calycis. *Limbus* campanulatus, ſemiquinquefidus: *laciniis* ovatis, obtuſis, erecto-patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, tubo inſerta, filiformia, erecta, longitudine fere corollæ. *Antheræ* erectæ, lineares, baſi bifidæ, apice obtuſæ.

Pist. *Germen* tetragonum, truncatum, glabrum, ſuperum.

Stylus e baſi germinis, filiformis, corolla paulo longior. *Stigma* peltatum, planum.

PER. . .

SEM. nudum?

† 281. PLUMBAGO. * *Tourneſ.* 58. — *Gærtn.* 50.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, tubulatum, pentagonum, ſcabrum, ore quinquedentato, perſiſtens.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, ſuperne anguſtior, calyce longior. *Limbus* quinquefidus, erecto-patens: *laciniis* ovatis.

Nectarium ex valvulis quinque, acuminatis, minimis, in fundo corollæ, germen includentibus.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, libera intra tubum corollæ, nectarii valvulis inſidentia. *Antheræ* parvæ, oblongæ, verſatiles.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* ſimplex, longitudine tubi. *Stigma* quinquefidum, tenue.

PER. *Capſula* oblonga, pentagona, ſtylo perſiſtente terminata, unilocularis, quinquevalvis, calyce veſtita.

SEM. unicum, oblongum, filo adfixum, pendulum.

* 282. TRIGUERA. *Cavanill. diſſ.* 2. *tab. A.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* inæqualibus, acutis.

COR. monopetala, campanulata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ventricoſus, plicatus, quinquefidus, calyce longior: *laciniis* duabus ſuperioribus reflexis.

Nectarium membranaceum, breve, quinquedentatum, germen cingens.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, nectarii denticulis exterius inſerta. *Antheræ* ſagittatæ, conniventes.

PIST. *Germen* ſubrotundum, biſulcum. *Stylus* filiformis, rectus, ſtaminibus paulo longior. *Stigma* obtuſum.

PER. *Bacca* ſicca? ſubgloboſa, ſulcata, quadrilocularis.

SEM. bina, ſubrotunda, compreſſa, ſcabra: alterum ſuperius, alterum inferius.

OBS. *Fructus interdum bilocularis eſt. Cavanill.*

† 283. MIRABILIS * Jalapa *Tourneſ.* 50.

CAL. *Perianthium exterius* monophyllum, erecto-ventricoſum, inferum, quinquepartitum: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis, inæqualibus, perſiſtentibus.

Interius globoſum, petalo ſuppoſitum, *ore* coarctato, integro, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* tenuis, longus, ſuperne craſſior, calyci interiori impoſitus. *Limbus* erecto-patens, integer, obtuſe quinquefidus, plicatus.

Nectarium ſphæricum, carnoſum, germen cingens, *ore* quinquedentato: *dentibus* minimis, triangularibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque orificio nectarii inſerta, cum hujus dentibus alternantia, intra calycem interiorem libera, tenuiora, tum corollæ tubo inferne adnata, filiformia, longitudine corollæ, inclinata, inæqualia. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ, aſſurgentes.

Pist. *Germen* turbinatum, intra nectarium. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* globoſum, punctatum, aſſurgens.

Per. nullum. *Calyx interior* ſemen incruſtat, cum eo deciduus.

Sem. unicum, ovato-pentagonum.

Obs. *Nectarii denticuli aliqui plerumque obſoleti.*

284. PHLOX. * — *Gærtn.* 62. Lychnidea *Dill. elth.* 166.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, decangulare, quinquedentatum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, inferne anguſtior, incurvus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* æqualibus, obtuſis, tubo brevioribus.

Stam. *Filamenta* quinque, intra tubum corollæ, quorum duo longiora, unicum brevius. *Antheræ* in fauce corollæ.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, acutum.

Per. *Capſula* ovata, trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. ſolitaria, ovata.

* 285. RETZIA. *Thunb. Act. lund.* 1. *p.* 55. *nov. gen.* 4. *Linn. ſuppl.* 18.

Cal. *Perianthium* monophyllum, unguiculare, quinquepartitum: *laciniis* inæqualibus, lanceolatis, acutis.

Cor. monopetala, tubuloſa, cylindrica, intus extusque villoſa, quinquedentata: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis, erectis, apice hirſutiſſimis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* compreſſæ, ſagittatæ.
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* bifidum.
Per. *Capſula* oblonga, bilocularis, bivalvis, acuta, biſulcata.
Sem. plura, minuta.
Obs. *Cum Convolvulo habitu & charactere convenit; differt corolla tubuloſa, extus hirſutiſſima.* L.

286. PORANA. † *Burman.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis, corolla fere brevioribus, patentibus, perſiſtentibus; in fructu majoribus.
Cor. monopetala, campanulata, ſemiquinquefida, erecta, acuta.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, patentia, corolla fere breviora. *Antheræ* incumbentes, ovales.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubgloboſum. *Stylus* ſemibifidus, corolla longior, ſetaceus, perſiſtens. *Stigmata* capitata.
Per. . . . bivalve.
Sem. . . . .

287. CONVOLVULUS. * *Tournef.* 57.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, connivens, ovatum, obtuſum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, campanulata, patens, magna, plicata, obſolete quinqueloba.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla dimidio breviora. *Antheræ* ovatæ, compreſſæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, latiuſcula.
Per. *Capſula* calyce obvoluta, ſubrotunda, bilocularis, uni-bi-trive-valvis.
Sem. bina, ſubrotunda.
Obs. *Corolla communiter decem crenis inciſa, ſed datur etiam limbo quinquefido. Quædam ſpecies infundibuliformi corolla gaudent.*

288. IPOMOEA. * Quamoclit *Tournef.* 39. Volubilis *Dill. elth.* 318.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, oblongum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* ſubcylindraceus,

longiſſimus. *Limbus* quinquefidus, patens: *laciniis* oblongis, planis.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine fere corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitato-globoſum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis.

SEM. nonnulla, ſubovata.

OBS. Convolvulis *nimis affinis*, *Corollæ tubo elongato & Stigmate capitato differens.*

† 289. POLEMONIUM. * *Tournef.* 61. — *Gærtn.* 62.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, inferum, cyathiforme, acutum, perſiſtens.

COR. monopetala, rotata. *Tubus* calyce brevior, clauſus valvis quinque ad apicem poſitis. *Limbus* quinquepartitus, amplus, planus: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* quinque, valvulis tubi inſerta, filiformia, corolla breviora, inclinata. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.

PIST. *Germen* ovatum, acutum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* trifidum, revolutum.

PER. *Capſula* trigono-ovata, trilocularis, trivalvis, apice trifariam dehiſcens tecta. *Diſſepimenta* valvulis contraria.

SEM. plurima, irregularia, acutiuſcula.

290. CAMPANULA. * *Tournef.* 37. — *Gærtn.* 31.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erecto-patens, ſuperum.

COR. monopetala, campanulata, baſi impervia, ſemiquinquefida, marceſcens: *laciniis* latis, acutis, patulis.

Nectarium in fundo corollæ, conſtructum *valvulis* quinque, acutis, conniventibus, receptaculum tegentibus.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima, inſerta valvularum Nectarii apicibus. *Antheræ* filamentis longiores, compreſſæ.

PIST. *Germen* angulatum, inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* tripartitum, oblongum, craſſiuſculum: *laciniis* revolutis.

PER. *Capſula* ſubrotunda, angulata, tri-quinqueve-locularis, totidem foraminibus lateralibus emittens ſemina.

Sem. numerosa, parva. *Receptaculum* columnare, adnatum.
Obs. Pericarpii *figura indeterminata est.*

Trachelii. *Raj. Pericarpium villosum, scabrum, triloculare.*

Rapunculi *Raj. Pericarp. glabrum, ovatum, triloculare.*

Medii. *Kn. Pericarp. valvis* 5. *tectum, quinqueloculare.*

Speculi veneris. *Raj. Pericarp. columnare, prismaticum, triloculare.*

Pentagonia *Corolla rotata.*

Erinus *Corolla inæquoli, Stigmate simplici, Capsula apice dehiscente distinctus.*

† 291. ROELLA. * — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquepartitum, persistens, superum: *laciniis* lanceolatis, acutis, dentatis, magnis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, decidua. *Tubus* calyce paulo brevior. *Limbus* erecto-patens, quinquepartitus, calyce longior.

Nectarium e squamis quinque, conniventibus, in fundo corollæ.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, nectario insidentia. *Antheræ* subulatæ, conniventes, longitudine filamentorum, altitudine calycis.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, depressa, patentia.

Per. *Capsula* cylindracea, calyce brevior, coronata calyce patenti majoreque facto, bilocularis. (subbilocularis, *Berg.* unilocularis, apice foramine rotundo amplo dehiscens. *Gærtn.*)

Sem. plurima, angulata.

Obs. Campanulæ *affinis.*

† 292. PHYTEUMA. * — *Gærtn.* 30. Rapunculus *Tournef.* 38.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, erecto-patens, superum.

Cor. monopetala, rotata, patens, quinquepartita: *laciniis* linearibus, acutis, recurvis.

Stam. *Filamenta* quinque, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, recurvus. *Stigma* bi-s. trifidum, oblongum, revolutum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, bi-ſ. trilocularis, utrinque foramine laterali dehiſcens.
Sem. plurima, parva, ſubrotunda.

† 293. TRACHELIUM. * *Tournef.* 50. — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, ſuperum.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longiſſimus, tenuiſſimus. *Limbus* patulus, parvus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, concavis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* triquetro-ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, corolla duplo longior. *Stigma* globoſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſe triloba, trilocularis, tribus foraminibus ad baſin dehiſcens.
Sem. numeroſa, minima.

294 SAMOLUS. * *Tournef.* 60. — *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, ſuperum, baſi obtuſum: *laciniis* erectis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* breviſſimus, longitudine calycis, patulus. *Limbus* planus, quinquepartitus, obtuſus: *ſquamulæ* breviſſimæ, ad baſin ſinus limbi, conniventes.
Stam. *Filamenta* quinque, brevia, ſquamulis corollæ munita. *Antheræ* conniventes, tectæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* ovata, calyce cincta, unilocularis, ſemiquinquevalvis.
Sem. plurima, ovata, exigua. *Receptaculum* globoſum, magnum.

† 295. NAUCLEA. † *Gærtn.* 30.

Cal. *communis* nullus. *Receptaculum commune* globoſum, ſubvilloſum, tectum undique floſculis.
Perianthium proprium monophyllum, oblongum, germen incruſtans: *ore* contracto, integro.
Cor. *propria* monopetala, infundibuliformis, ori Perianthii inſidens. *Tubus* filiformis, longior. *Limbus* brevis, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, obtuſis, recurvis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* ovatæ, longitudine tubi.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* capillaris, erectus, corolla longior. *Stigma* obovatum.
Per. *Capsula* calyce incrustata, turbinata, inferne attenuata, apice obtusa, dicocca, bilocularis: *coccilis* apice filo affixis.
Sem. plura, parva, ovata, compressiuscula, membranaceo-marginata, in caudam setaceam attenuata, suturæ affixa. *Gærtn.*

296 RONDELETIA. † *Plum.* 12.

Cal. *Perianthium* monophyllum, superum, quinquepartitum, acutum, persistens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, apice ventriculosus. *Limbus* quinquepartitus, reflexo-planus: *laciniis* subrotundis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine fere corollæ. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* bifidum.
Per. *Capsula* subrotunda, coronata, bilocularis.
Sem. plura s. rarius solitaria.

297 MACROCNEMUM. † *Brown.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, superum, turbinatum, quinquedentatum, persistens.
Cor. monopetala, campanulata, quinquefida: *laciniis* ovatis, erectis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, villosa, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, compressæ, in fauce floris.
Pist. *Germen* inferum, conicum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, bilobum.
Per. *Capsula* oblonga, turbinata, bilocularis.
Sem. plurima, imbricata.
Obs. *Affine videtur Contortis.*

298. BELLONIA. *Plum.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, superum, semiquinquefidum, persistens: *laciniis* lanceolatis, acutis.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* brevissimus. *Limbus* planus, semiquinquefidus, obtusus, magnus.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, brevissima. *Antheræ* erectæ, conniventes, breves.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* subulatus, rectus, staminibus longior. *Stigma* acutum.

Per. *Capſula* turbinato-ovata, calyce obvoluta, ejusque laciniis conniventibus roſtrata, unilocularis.
Sem. numeroſa, ſubrotunda, exigua.

299. PORTLANDIA. † *Brown. t.* 11. *Jacq.* — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, ſuperum: *foliolis* oblongo-lanceolatis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala. *Tubus* longus, infundibuliformi-ventricoſus. *Limbus* tubo brevior, quinquepartitus, acutus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, declinata, longitudine fere corollæ, ex tubi fundo orta. *Antheræ* lineares, erectæ, longitudine corollæ.
Pist. *Germen* pentagonum, ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum: *Stigma* oblongum, obtuſum.
Per. *Capſula* obovata, quinqueſtriata, quinquangularis, retuſa, bilocularis, bivalvis, ab apice dehiſcens, *diſſepimento* contrario.
Sem. plurima, ſubrotunda, compreſſa, imbricata.
Obs. P. tetrandra & hexandra *quatuor & ſex ſtamina habent.* R.

300. SCÆVOLA. † Lobelia *Plum. gen.* 31. *Jacq. amer.* 219. — *Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* ſuperum, breviſſimum, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* longus, fiſſura longitudinali. *Limbus* quinquefidus, adſcendens: *laciniis* ſecundis, lanceolatis, margine membranaceis.
Stam. *Filamenta* quinque, brevia, capillaria, receptaculo inſerta. *Antheræ* diſtinctæ, erectæ, oblongæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, ſuperne craſſior, ſtaminibus longior, e fiſſura egreſſus, verſus limbum incurvatus. *Stigma* applanatum, obtuſum, ore aperto.
Per. *Drupa* ſubrotunda, puncto umbilicata, unilocularis.
Sem. *Nux* ovata, rugoſa, acuta, bilocularis.
Obs. *Differt a* Lobeliis *fructu, lactis abſentia, reliquis, teſte Jacquino.*

301. CINCHONA. — *Gærtn.* 33. Quinquina *Condam. Act. Gall.* 1738.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, campanulatum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis, quinquepartita. *Tubo* longo: *laciniis* oblongis, tubo brevioribus, apice lanatis.
Stam. *Filamenta* quinque, minima. *Antheræ* oblongæ, intra faucem corollæ.
Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, oblongum, simplex.
Per. *Capsula* oblonga, calyce coronata, bipartibilis, dehiscens in duas partes interius dehiscentes, dissepimento parallelo.
Sem. plura, oblonga, compressa, marginata.
Obs. Flos *interdum demit quintam partem numeri in singulis partibus.*

* 302. CYRTANTHUS. Posoqueria *Aubl.* 51.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quadrifidum, superum, persistens: *laciniis* acutis, erectis.
Cor. monopetala. *Tubus* longissimus, cylindraceus, recurvus, sub limbo ampliatus, *ore* pilis cincto. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* oblongis, obtusis, reflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, incurva, ori tubi inserta: quorum unum paulo brevius. *Antheræ* oblongæ, utrinque acutæ, basi affixæ: quatuor incurvæ, quinta recta.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* setaceus, longitudine & situ tubi. *Stigma* trifidum, parvum.
Per. *Bacca* ovata, magna, (sulcata?) pulpa succulenta repleta, unilocularis, calyce coronata.
Sem. duodecim circiter, angulata, nidulantia.

* 303. LIGHTFOOTIA. *Schreb.*

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, superum, acutum, persistens.
Cor. monopetala, hypocrateriformis, coriacea. *Tubus* longus, rectus, cylindraceus, obsolete angulatus, superne ampliatus; *ore* annulo elevato, crenulato. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* subrotundis.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima. *Antheræ* parallelepipedæ, erectæ, e tubo prominentes.
Pist. *Germen* inferum, hemisphæricum, obsolete pentagonum, *Glandula* annulari carnosa coronatum. *Stylus* tubo corollæ dimidio brevior, inferne incrassatus. *Stigma* bifidum.
Per. *Bacca* subglobosa? bilocularis, calyce coronata.
Sem. plurima, parva, *receptaculo* globoso in medio dissepimenti adfixa.

* 304. BERTIERA. *Aubl.* 69.

Cal. *Perianthium* turbinatum, quinquedentatum.
Cor. monopetala. *Tubus* brevis: *ore* villoso. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo infra orificium inſerta. *Antheræ* lineares, erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum, *Glandula* coronatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bilamellatum.
Per. *Bacca* globoſa, dentibus calycinis coronata, bilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda, diſſepimento adfixa.

305. HAMELLIA. † *Jacq. amer.* 71.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, ſuperum, erectum, perſiſtens.
Cor. monopetala. *Tubus* quinquangularis, longiſſimus. *Limbus* quinquepartitus, æqualis, parvus, acutus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, ad medium corollæ inſerta. *Antheræ* oblongæ, lineares, longitudine corollæ.
Pist. *Germen* ovatum apice conico, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* lineare, obtuſum.
Per. *Bacca* ovalis, ſulcata, quinquelocularis, coronata.
Sem. plurima, ſubrotunda, compreſſa, minima.

* 306. SCHWENKFELDA. Sabicea *Aubl.* 75. 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, ſuperum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longus, tenuis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, tubo corollæ inſerta. *Antheræ* parallelepipedæ, incumbentes.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* quinque, oblonga.
Per. *Bacca* globoſa, calyce coronata, quinquelocularis.
Sem. plurima, minima.

* 307. ORIBASIA. Nonatelia *Aubl.* 70-74.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, acutum, ſuperum.
Cor. monopetala, tubuloſa, *limbo* quinquefido.
Stam. *Filamenta* quinque, tubo inſerta. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* capillaris, bifidus. *Stigmata* obtuſa.

PER. *Bacca* globoſa, decemſulcata, quinquelocularis.
SEM. ſolitaria.

* 308. STEPHANIUM. Palicourex *Aubl.* 66.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquedentatum.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, incurvus, ſuperne ventricoſus. *Limbus* quinquefidus, inæqualis: *laciniis* patentibus, acutis, (tribus ſuperioribus paulo majoribus, duabus inferioribus minoribus.)
STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, medio tubi inſerta, ejusque longitudine. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, fundo calycis innatum, glandula coronatum. *Stylus* filiformis, corolla brevior. *Stigmata* duo, linearia, carnoſa, longitudine fere ſtyli.
PER. . . . biloculare.
SEM. ſolitaria. . . .

* 309. CHIMARRHIS. *Jacq. amer.* 61.

CAL. *Perianthium* margo integer, coronans germen, perſiſtens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, concavis, obtuſis, inferne lineola longitudinali media hirſutis, patentibus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi hirſuta, infra diviſuras limbi, longitudine corollæ. *Antheræ* ovales, erectæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, obtuſum.
PER. *Capſula* ſubovata, obtuſa, coronata, bilocularis, bivalvis: *valvulis* apice bifidis.
SEM. ſolitaria.

* 310. DENTELLA. *Forſt. gen.* 13.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, ſuperum: *laciniis* ſubulatis.
COR. monopetala, infundibuliformis, calyce longior. *Tubus* ſenſim ampliatus in *Limbum* quinquefidum, patentem: *lacinis* acutis, tridentatis: denticulo medio productiore.
STAM. *Filamenta* quinque, brevia, ſubulata, ad baſin tubi inſerta. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum, villoſum. *Stylus* cylindricus, brevis, craſſiuſculus. *Stigmata* duo, ſtylo craſſiora, longiora, patentia.
PER. *Capſula* globoſa, calyce coronata, bilocularis.
SEM. plurima, ovata.

* 311. UNCARIA. Ourouparia *Aubl.* 68.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſuperne ampliatum, quinquedentatum: *denticulis* acutiuſculis, æqualibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* anguſtus, calyce longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ſubrotundis, externe villoſis.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo infra orificium inſerta. *Antheræ* oblongæ, in ore tubi.

Pist. *Germen* ſubrotundum, fundo calycis innatum, glandula coronatum. *Stylus* capillaris, corolla longior. *Stigma* oblongum, biſulcum.

Per. - . . . biloculare.

Sem. pluriſma, diſſepimento affixa.

* 312. VIRECTA. *Linn. ſuppl.* 17. Sipanea *Aubl.* 56.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens, ſuperum: *foliolis* ſubulato-ſetaceis, æqualibus, erectis. *Dentes* inter foliola calycina, minimi, glanduloſi, ſolitarii inter ſingulum foliolorum par.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce triplo longior, gracilis, æqualis, erectus. *Limbus* quinquepartitus, æqualis, planus: *laciniis* ovatis, integris.

Stam. *Filamenta* quinque, in medio tubi inſerta, breviſſima. *Antheræ* lineares, ſubulatæ, conniventes.

Pist. *Germen* inferum, globoſum, intra calycem terminatum circulo elevato perſiſtente. *Stylus* filiformis, glaber. *Stigma* bipartitum: *laciniis* ſetaceis.

Per. *Capſula* globoſa, angulata, hiſpida, calyce coronata unilocularis. *Receptaculum* carnoſum, opplens capſulam, obtectum una ſerie ſeminum.

Sem. plurima, parva, angulata, excavato-punctata.

313. PSYCHOTRIA. † Pſychotrophum *Brown. jam. t.* 17. *f.* 2. *Jacq. amer.* 65. — *Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longus. *Limbus* brevis, quinquefidus: *laciniis* ſubovatis, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* lineares, tubum non ſuperantes.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum: *laciniis* craſſiuſculis, obtuſis.

Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis, (bilocularis *Gærtn.*) calyce coronata.

Sem. duo, hemiſphærica, hinc convexa quinqueſulcata, inde plana.

314. COFFEA. * — *Gærtn.* 25. Coffe *Juſſ. A. G.* 1713. *Jacq. amer.* 67.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, minimum, ſuperum.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, tenuis, calyce multoties longior. *Limbus* planus, quinquepartitus, tubo longior: *laciniis* lanceolatis: lateribus revolutis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, tubo corollæ impoſita. *Antheræ* lineares, incumbentea, longitudine filamentorum.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ. *Stigmata* duo, reflexa, ſubulata, craſſiuſcula.

Per. *Bacca* ſubrotunda, puncto umbilicata, (bilocularis G.)

Sem. bina, elliptico-hemiſphærica, hinc gibba, inde plana, arillo involuta.

Obs. C. occidentalis *Jacq. differt flore quadrifido & ſemine unico inferne quadrilobo.*

315. CHIOCOCCA. † *Brown. Jacq. amer.* 68. — *Gærtn.* 26.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, patens. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* æqualibus, acutis, reflexis.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, compreſſa, coronata calyce, unilocularis, (bilocularis. *Brown. Gærtn.*)

Sem. duo, ſubrotunda, compreſſa, diſtantia.

* 316. CALLICOCCA. Tapogomea *Aubl.* 60. 63. Carapichea *Aubl.* 64. Evea *Aubl.* 39.

Cal. *Involucrum* ſubtetraphyllum, magnum. *Flores* plures, ſeſſiles, paleis diſtincti.

Perianthium quinquedentatum, ſuperum.
Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus, ſupra ampliatus. *Limbus* quinquefidus, patens.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* angulatum, inferum, *Glandula* coronatum. *Stylus* capillaris, bifidus. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Bacca* angulata, unilocularis.
Sem. duo, hinc plana, inde convexa, angulata.
Obs. *Involucrum modo penta-ſ. tetraphyllum, modo monophyllum, modo nullum eſt. Fructus in* Carapichea *Aubl. ſiccus. Flores in* Evea *quadrifidi.* S.

317. MORINDA. † *Vaill. A. G.* 1722. — *Gærtn.* 29. Rojoc *Plum.* 26. Phillyreaſtrum *Vaill. A. G.* 1722.

Cal. *Receptaculum commune* ſubrotundum, in globum colligit flores ſeſſiles.
Perianthium quinquedentatum, vix notabile, ſuperum.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* quinquefidus, acutus, patentiſſimus; *laciniis* lanceolatis, planis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, ſuperne tubo inſerta. *Antheræ* lineares, erectæ, longitudine fere tubi.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.
Per. *Bacca* ſubovata, angulata, compreſſa undique ab adjacentibus, truncata, unilocularis.
Sem. bina, hinc convexa, inde plana.

* 318. BÆOBOTRYS. *Forſter. gen.* 11.

Cal. *Perianthium* duplex: *exterius* diphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, minoribus.
Interius monophyllum, campanulatum, breve, inferum, germini adnatum, quinquefidum: *laciniis* ovatis, perſiſtentibus, poſt antheſin conniventibus & fructum coronantibus.
Cor. monopetala, tubuloſa. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquefidus, erectus: *laciniis* rotundatis, breviſſimis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in medio tubi. *Antheræ* cordatæ.
Pist. *Germen* globoſum, ſemi-ſuperum. *Stylus* cylindricus, breviſſimus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum, tuberculatum.

Per. *Bacca* globoſa, ſubſicca, unilocularis, calyci adnata.
Sem. plura, anguloſa, adfixa *receptaculo* columnari in fundo baccæ.

319. LONICERA. * Caprifolium *Tournef.* 378. *Gærtn.* 27. Periclymenum *Tournef.* 378. Chamæceraſus *Tournef.* 379. Xyloſteum *Tournef.* 379. Symphoricarpos *Dill. elth.* 273.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, ſuperum, parvum.
Cor. monopetala, tubuloſa. *Tubus* oblongus, gibbus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* revolutis, quarum una profundius ſeparata.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine fere corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſo-capitatum.
Per. *Bacca* umbilicata, bilocularis.
Sem. ſubrotunda, compreſſa.
Obs. Caprifolium. *Corollæ lacinia inferiori duplo profundius ſeparata. Baccæ diſtinctæ.*
Periclymenum. *Corollæ laciniis fere æqualiter profunde ſectis. Baccæ diſtinctæ.*
Chamæceraſus. *Corollæ lacinia inferiori duplo profundius ſecta. Baccæ duæ eidem baſi inſiſtentes.*
Xyloſteum. *Corollæ laciniis fere æqualiter profunde ſectis. Baccæ duæ eidem baſi inſiſtentes.*
Symphoricarpos. *Corolla fere campanulata; Fructus bilocularis, ſemiquadrilocularis, ſeminibus ſolitariis.*
L. alpigena & cærulea. *Germine unico pro duobus floſculis eſt ſingularis, uti Mitchella.*

320. TRIOSTEUM. † — *Gærtn.* 26. Trioſteoſpermum. *Dill. elth.* 223.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, ſuperum, patens, longitudine corollæ; *foliolis* lanceolatis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, tubuloſa. *Limbus* tubo brevior, quinquepartitus, erectus: *lobis* rotundatis, inferioribus minoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.

Per.

Fer. *Bacca* obovata, ſubtrigona, trilocularis.
Sem. ſolitaria, oſſea, obtuſe trigona, obtuſa, ſulcata.

321. CONOCARPUS. † *Jacq. amer.* 78. Rudbeckia *Houſt. A. A.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, minimum, quinquepartitum, acutum, erectum: *laciniis* ſubulatis.
Cor. *Petala* quinque, conniventia, vel nulla.
Stam. *Filamenta* quinque vel decem, ſubulata, erecta. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* magnum, compreſſum, obtuſum, inferum. *Stylus* unicus, brevis. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum a ſemine diſtinctum.
Sem. unicum, obovatum: *margine* membranaceo, craſſo, utrinque prominente.
Obs. Germina *plura imbricatim colliguntur in conum globoſum, tamquam ſquamæ reflexæ.*
C. erecta *pentandra, apetala. Jacq.*
C. racemoſa *decandra, pentapetala. Jacq.*

322. KUHNIA. *

Cal. *Perianthium commune* oblongum, imbricatum: ſquamis plurimis, lanceolatis, gibbis, perſiſtentibus.
Cor. *communis* æqualis: floſculis decem ad quindecim.
Corollula monopetala, infundibuliformis, calyce duplo longior: *Limbo* quinquefido, erecto.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* ſubcylindricæ, tubo corollulæ breviores, apice labio dehiſcentes.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, clavata.
Per. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* plumoſo, calyce longiore.
Rec. nudum.
Obs. *Flos* Compoſitus *affinis Eupatorio, ſed Antheræ diverſiſſimæ.*

* 323. SCHOEPFIA. *Schreb.*

Cal. *Perianthium* germen inferne incruſtans, turbinato-angulatum, obſolete quinquedentatum.
Cor. monopetala, campanulata, baſi decemſulcata, quinquefida: *laciniis* triangularibus, acutis, reflexis.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* didymæ, erectæ, in ore corollæ.
Pist. *Germen* turbinatum, ſemi inferum, intra corollam coronatum *Glandula* ſemigloboſa, poroſa. *Stylus* corolla brevior, cylindraceus, erectus. *Stigma* capitatum, trifidum.
Per. *Bacca* trilocularis.
Sem. aliquot.
Obs. *Corolla baſi quinquangularis: protuberantiis ovatis inter angulos, his majoribus, ad quorum quemque utrinque ſulcus. Inde corolla decem-ſulcata.*

324. ERITHALIS. † *Brown. t. 17. f. 3.* -- *Gærtn. 26.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, urceolatum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, quinquepartita: tubo breviſſimo: *laciniis* lanceolatis, longis, recurvis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, patula, longitudine vix corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſuperne compreſſus, longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum.
Per. *Bacca* globoſa, coronata, decemlocularis.
Sem. parva.

325. MENAIS. *Læſl. 306. D. Aymen.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* concavis, laxis, acuminatis, parvis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* rotundatis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo inſerta. *Antheræ* ſubulatæ, ad faucem corollæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, oblonga.
Per. *Bacca* globoſa, quadrilocularis.
Sem. ſolitaria, ſubovata, inde acuta.

326. MUSSÆNDA. † *Burm.*

Cal. *Perianthium* ſuperum, quinquepartitum, inæquale: *foliolis* lineari-acuminatis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, infundibuliformis: *Tubo* longo, filiformi, hirſuto. *Limbo* quinquefido, æquali: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ, tubo interne adnata. *Antheræ* lineari-ſetaceæ, longæ, intra tubum.

Pist. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, simplicia, crassiuscula.
Per. *Bacca* oblonga, coronata.
Sem. numerosa, in quatuor phalanges digesta.

* 327. GENIOSTOMA. *Forster. gen.* 12.

Cal. *Perianthium* inferum, turbinatum, quinquefidum, persistens: *laciniis* brevibus, acutis.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* dilatatus, calyce longior. *Faux* villoso-barbata. *Limbus* quinquepartitus patens: *laciniis* ovatis, acutiusculis, longitudine tubi.
Stam. *Filamenta* quinque, brevia, in fauce corollæ. *Antheræ* oblongæ, exsertæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, tubo longior. *Stigma* cylindricum, obtusum, sulcatum.
Per. *Capsula?* oblonga; bilocularis.
Sem. plurima, subangulata, receptaculo filiformi imposita.

328. MATTHIOLA. *Plum.* 6. *Pont.* 4. 39.

Cal. *Perianthium* cylindraceum, integerrimum, erectum, breve, persistens.
Cor. *Petalum* unicum, longissimum, e tubo tenui lente desinens in *Limbum* integrum, *ore* repando.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, corolla breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* globosum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, obtusum.
Per. *Drupa* globosa, calyce coronata, unilocularis.
Sem. *Nux* globosa. *Nucleus* globosus.
Obs. Matthiola Plum. *ipsissima* Guettarda speciosa *est.* Richard. *S.*

329. CORIS. *Tournef.* 423.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, connivens, quinquedentatum: extus coronatum *Spinis* quinque superioribus simplicibus; inferioribus dentatis.
Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* longitudine calycis, cylindraceus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* oblongis, emarginatis, obtusis; *inferioribus duabus* brevioribus, magis distantibus.
Stam. *Filamenta* quinque, setacea, longitudine corollæ, declinata. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum, superum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, declinatus. *Stigma* crassiusculum.

Per. *Capſula* globoſa, in fundo calycis poſita, uniloculáris, quinquevalvis.
Sem. plurima, ſubovata, parva.

330. BROSSÆA. † *Plum.* 17.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* in acumina erecta longitudine corollæ deſinentibus.
Cor. monopetala, conica, apice truncata, integra.
Stam. quinque.
Pist. *Germen* pentacoccum. *Stylus* ſubulatus, corolla brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quinque ſulcis diviſa, quinqueloculáris, tecta calyce magno, connivente, carnoſo, ſuculento, lateribus dehiſcente.
Sem. plurima, minutiſſima.

331. VERBASCUM. * *Tournef.* 61. — *Gærtn.* 55. Blattaria *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, parvum, perſiſtens: *laciniis* erectis, acutis.
Cor. monopetala, rotata, ſubinæqualis. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* patens, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ, erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis, bivalvis, ſuperne dehiſcens. *Receptacula* dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.
Sem. numeroſa, angulata.
Obs. *In plerisque ſtamina inclinata ſunt, & inæqualia villisque coloratis inferne veſtita.*

332. DATURA. Stramonium * *Tournef.* 43. 44. *Pont.* 3. 1

Cal. *Perianthium* monophyllum, oblongum, tubuloſum, ventricoſum, quinquangulare, quinquedentatum, deciduum horizontaliter prope baſin, parte remanente orbiculata perſiſtente.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, calyce fere longior. *Limbus* erecto-patulus, quinquangularis, quinqueplicatus, fere integer, quinquedentato-acuminatus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, rectus. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum, bilamellatum.

Per. *Capſula* ſubovata, bilocularis, quadrivalvis, baſi calycis impoſita. *Receptacula* convexa, magna, punctata, diſſepimento affixa.

Sem. numeroſa, reniformia.

Obs. *Capſulæ* glabrities & aculeata *aſperitas in hoc genere variat.*

333. HYOSCYAMUS. * *Tournef.* 42. — *Gærtn.* 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, inferne ventricoſum: *ore* quinquefido, acuto; perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* erecto-patens, ſemiquinquefidus: *laciniis* obtuſis, unica reliquis latiore.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, inclinata. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* ovata, obtuſa, linea utrinque inſculpta, bilocularis, duabus capſulis arcte approximatis, circumſciſſa operculo horizontaliter dehiſcente. *Receptacula* dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.

Sem. numeroſa, inæqualia.

Obs. H. phyſalodes & Scopolia *differunt fructu rarius dehiſcente, & corolla magis regulari.* S.

334. NICOTIANA. * *Tournef.* 41. — *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce longior. *Limbus* patulus, ſemiquinquefidus, quinqueplicatus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine tere corollæ, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum, emarginatum.

Per. *Capſula* ſubovata, utrinque linea inſculpta, bilocularis, bivalvis, apice dehiſcens. *Receptacula* dimidiato-ovata, punctata, diſſepimento affixa.

Sem. numeroſa, reniformia, rugoſa.
Obs. *Figura acuminata & obtuſa in hocce genere varia.*

335. ATROPA *Belladona *Tournef.* 13. Mandragora. *Tournef.* 12.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, gibbum: *laciniis* acutis; perſiſtens.
Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ventricoſus, ovatus, calyce longior: ore parvo quinquefido patulo: *laciniis* ſubæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e baſi corollæ enata, longitudine corollæ, baſi conniventia, ſuperne extrorſum divergentia, arcuata. *Antheræ* craſſiuſculæ, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſemi-ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus. *Stigma* capitatum, aſſurgens, transverſo-oblongum.
Per. *Bacca* globoſa, calyci magno inſidens, bilocularis: *Receptaculo* carnoſo, utrinque convexo, reniformi.
Sem. plurima, reniformia.

336. PHYSALIS * Alkekengi *Tournef.* 64.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, ſemiquinquefidum, parvum, pentagonum: *laciniis* acuminatis; perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ſemiquinquefidus, magnus, plicatus: *laciniis* latis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima, conniventia. *Antheræ* erectæ, conniventes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus fere longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſubgloboſa, bilocularis, parva, intra *calycem* maximum, inflatum, clauſum, pentagonum, coloratum. *Receptaculum* reniforme, duplicatum.
Sem. plurima, reniformia, compreſſa.

337. SOLANUM. *Tournef.* 62. Melongena *Tournef.* 65. Lycoperſicon *Tournef.* 63.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* magnus, ſemiquinquefidus, reflexo-planus, plicatus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima. *Antheræ* oblongæ, conniventes, ſubcoalitæ, apice poris duobus dehiſcentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, glabra, apice punctato notata, bilocularis: *Receptaculo* utrinque convexo, carnoſo.

Sem. plurima, ſubrotunda, nidulantia.

338. CAPSICUM. * *Tournef.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ſemiquinquefidus, patens, plicatus: *laciniis* latis, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima. *Antheræ* oblongæ, conniventes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* ſine pulpa, ad ovatam figuram accedens, bilocuris, cava, colorata. *Receptacula* diſſepimento adnata, exſucca.

Sem. plurima, reniformia, compreſſa.

Obs. *Pericarpii figura indeterminata eſt; a congeneribus Pericarpio baccato exſucco differt.*

339. STRYCHNOS.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, deciduum.

Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* patens, quinquefidus, acutus.

Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* craſſiuſculum.

Per. *Bacca* fragilis, globoſa, glabra, maxima, unilocularis, pulpa plena.

Sem. orbiculata, depreſſa, villoſa, villis verſus peripheriam radiantia.

* 340. IGNATIA. *Linn. ſuppl.* 20.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breve, campanulatum, quinquedentatum: *dentibus* erectis, ovatis, obtuſis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* filiformis, ſpithamæus, glaber, erectus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* oblongis, obtuſis, integerrimis.

Stam. *Filamenta* quinque, receptaculo inſerta, longitudine tubi, filiformia, glaberrima. *Antheræ* quinque, conniventes in *columnam* oblongam, pentagonam, acutam, hiſpidam.

Pist. *Germen* minimum, ovatum, glaberrimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* tenue, bipartitum: *laciniis* ſubulatis.

Per. *Bacca* pyriformis, magna, unilocularis, cortice ligneo, craſſo.

Sem. plura, cuticula tenui tecta, ſolida, cornea, duriſſima: *lateralia* irregulariter tetragona, lateribus interioribus planis, exteriore gibbo, inferiore obliquo; *centrale* hexagonum: lateribus planis.

341. GENIPA. *Tournef.* 436. 437.

Cal. *Perianthium* eſt margo germinis integer, ſuperus.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus, infundibuliformis. *Limbus* magnus, quinquepartitus, patens: *laciniis* ovatis, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, reflexa, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, conniventes.

Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* clavatum, magnum, longitudine ſtaminum.

Per. *Bacca* carnoſa, ovata, utrinque attenuata, truncata, bilocularis.

Sem. plura, nidulantia, cordata.

342. CESTRUM. * — *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, teres, obtuſum, breviſſimum: ore quinquefido, erecto, obſoleto.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longiſſimus, tenuis. *Faux* ſubrotunda. *Limbus* planus, plicatus, quinquefidus: *laciniis* ovatis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudinaliter tubo adnata, in medio denticulum introrſum emittentia. *Antheræ* ſubrotundæ, tetragonæ, intra faucem.

Pist. *Germen* cylindraceo-ovatum, longitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum, vix emarginatum.

Per. *Bacca* ovata, unilocularis, oblonga.

Sem. plurima, angulata, *receptaculo* carnoſo, libero affixa. *G.*

Obs. *Bacca unilocularis a* Lycio *diverſum.*

343. LYCIUM. * Jaſminoides *Niſſ. A. G.* 1711.

Cal. *Perianthium* ſubquinquefidum, obtuſum, erectum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, patens, incurvatus. *Limbus* quinquepartitus, obtuſus, patulus, parvus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e medio tubi, corolla breviora, tubum barba claudentia. *Antheræ* erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.
Sem. plura, reniformia. *Receptacula* convexa, diſſepimento affixa.

* 344. CRYPTOSTOMUM. Moutabea *Aubl.* 274.

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, baſi ventricoſum, coloratum, limbo quinquefido: *laciniis* lanceolatis, acutis, inæqualibus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* breviſſimus, calycis fauci inſertus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, acutis, inæqualibus, conniventibus.
Nectarium baſi corollæ adnatum, latum, fornicatum, orificium corollæ claudens quinquedentatum.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, ſingulæ ſub ſingulis denticulis nectarii inſertæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, in fundo calycis. *Stylus* cylindraceus, longitudine calycis. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* globoſa, trilocularis.
Sem. ſolitaria, ovata, acuta, *hilo* magno notata.

* 345. ANGUILLARIA. *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, inferum: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, ad baſin fere quinquefida; *laciniis* lanceolatis, calyce duplo longioribus.
Stam. *Filamenta* quinque. . . *Antheræ*. . .
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* globoſa, coriacea, unilocularis, ſtylo perſiſtente coronatum.
Sem. unicum, globoſum, ſubtus umbilicatum.

346. JACQUINIA † *Jacq. amer.* 53.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, perſiſtentibus
Cor. monopetala. *Tubus* campanulatus, ventricoſus, calyce longior. *Limbus* decemfidus: *laciniis* ſubrotundis: quarum quinque interiores breviores.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e receptaculo orta. *Antheræ* haſtatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, acuminata, unilocularis.
Sem. unicum, ſubrotundum, cartilagineum.

* 347. XYSTRIS. *Schreb.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, baſi anguſtatis, acutis, patentibus, hiſpidis.
Cor. monopetala. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovatis, obtuſis, venoſis, patentibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſetacea, erecta, apice divergentia, corolla breviora, medio tubi inſerta: *Antheræ* parallelepipedæ, erectæ.
Pist. *Germen* globoſum, acuminatum, ſuperum. *Styli* duo, capillares, erecti, inferne coaliti. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Drupa* globoſa, baſi villis brevibus, proſtratis, medio calycis inſertis, cincta.
Sem. *Nux* globoſa, ſulcata, decemlocularis. *Nuclei* oblongi.

* 348. BASSOVIA. *Aubl.* 85.

Cal. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis.
Cor. monopetala. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquefidus, patens: *laciniis* ovatis, acutis, calyce majoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, tubo corollæ inſerta, ejusque laciniis oppoſita. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ovatum, glandulæ inſidens. *Stylus* brevis. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.
Per. *Bacca* ovata, noduloſa.
Sem. plurima, minuta, reniformia, membranula cincta, in pulpa nidulantia.

349. CHIRONIA. † Centaurium minus *Tournef.* 48.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, acutum, perſiſtens. *foliolis* oblongis.
Cor. monopetala, æqualis. *Tubus* anguſtior. *Limbus* quinquepartitus, patens: *laciniis* ovatis, æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, lata, brevia, ex apice tubi enata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, magnæ, conniventes, defloratæ ſpiraliter contortæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus paulo longior, declinatus. *Stigma* capitatum, aſſurgens.

Per. ovatum, biloculare.
Sem. numeroſa, parva.
Obs. *In aliis ſpeciebus eſt Pericarpium* Capſula, *in aliis vero* Bacca.

350. CORDIA. *Plum.* 14. Sebeſtena *Dill. elth.* 225. — *Gærtn.* 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, apice dentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* patulus, longitudine calycis. *Limbus* erecto-patens, ſectus in quinque (quatuor vel ſex) *lacinias* obtuſas.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* oblongæ, longitudine tubi.
Pist. *Germen* ſubrotundum, acuminatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, ſuperne bifidus, *laciniis* bifidis. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Drupa* globoſa, acuminata, calyci accreta.
Sem. *Nux* ſulcata, quadrilocularis.
Obs. C. ſpineſcens *calyce & corolla campanulata eſt.* R.

351. PATAGONULA. Patagonica. *Dill. elth.* 226. *f.* 293.

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* vix ullus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, acutum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus, ramulis iterum ſemibifidis, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, acuminata, inſidens *Calyci* maximo, laciniis oblongis, longis, emarginatis.
Sem. . . .
Obs. Eſſentia *conſiſtit in calycis fructiferi ſtructura, qua ab omnibus diſtinguitur, licet ſeminum notitia deficiat hactenus. Ex* ſtylo dichotomo *videtur Cordiis affinis.*

352. EHRETIA. *Brown.* t. 16. *f.* 1. *Jacq. amer.* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, obtuſum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala. *Tubus* calyce longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ſubovatis, planis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, patula, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſuperne craſſior, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Bourreriæ Semina bilocularia ſunt.*
Obs. Bacca *bilocularis; Semina ſolitaria, bilocularia. Syſt. nat.* R.

353. VARRONIA. *Brown. t.* 13. *f.* 2. *Jacq. amer.* 40.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum: denticulis recurvis, perſiſtens.
Cor. monopetala, tubuloſa, cylindrica. *Limbus* quinquepartitus, patens.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* quatuor, ſetacea.
Per. *Drupa* ovata, unilocularis, calyce incluſa, libera.
Sem. *Nux* quadrilocularis, ſubrotunda.

354. LAUGERIA. † *Jacq. amer.* 64.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſuperum, ore inæquali, parvum, deciduum.
Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longiſſimus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* obovatis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* lineares, longæ, ſub fauce.
Pist. *Germen* ſubovatum, inferum. *Stylus* filiformis, tubo paulo longior. *Stigma* capitatum.
Per. *Drupa* ſubrotunda, puncto umbilicata.
Sem. *Nux* ſubrotunda, quinqueſulcata, quinquelocularis.

355. CHRYSOPHYLLUM. † Cainito *Plum.* 9. *Jacq. amer.* 51.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, campanulata. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ſubrotundis, patentiſſimis, tubo brevioribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, tubo impoſita, conniventia. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* obtuſum, ſubquinquefidum.

Per. *Bacca* globoſa, decemlocularis, magna.

Sem. ſolitaria, oſſea, compreſſa, cicatricula notata, nitida.

Obs. Corolla *decemfida: laciniis alternis patulis. Syſt. nat.* R.

*356. TECTONA. *Thunb. nov. gen.* 71. *Linn. ſuppl.* 20. *Gærtn.* 57.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, erecto-patulis, obtuſis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* brevis. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* patulis, ovatis, externe tomentoſis.

Stam. *Filamenta* quinque, orificio tubi corollæ inſerta, breviſſima. *Antheræ* globoſæ, ſulcatæ, exſertæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, villoſiſſimum, glandula urceolari brevi cinctum. *Stylus* filiformis, erectus, calyce paulo longior. *Stigma* obtuſum, bi-ſ. tridentatum. (Stigmata duo, revoluta, obtuſa. *Thunb.*)

Per. *Drupa* ſubgloboſa, depreſſa, quadriloba, rotundato-tetragona, hirſuta, ſuberoſo-ſpongioſa, exſucca, intra calycem nunc magnum, inflatum, membranaceum, venoſum, latens.

Sem. *Nux* ſubgloboſa, tuberculo rotundo terminata, quadricoſtata, quadrilocularis: axe oſſeo, intus cavo. *Nuclei* compreſſi.

Obs. *Flores ſæpe ſexfidi ſunt, hinc Tectona ad Hexandriam refertur a Thunbergio.*

357. SIDEROXYLON. *Dill. elth.* 265. *Jacq. amer.* 55.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, parvum, erectum, perſiſtens.

Cor. monopetala, rotata: *laciniis* quinque, ſubrotundis, concavis, erectis. *Denticulus* cuſpidatus, ſerratus, ad baſin ſingulæ diviſuræ petali, introrſum ſpectans.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ, cum denticulis alternantia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis, apice ſtellato umbilicata.

Sem. *Nux* ovata, unilocularis.

Obs. *Corolla decemfida: laciniis alternis incurvis.* Bacca *pentaſperma. Syſt. nat.* R.

S. decandrum *ſtaminibus decem differt.* R.

358. RHAMNUS. * *Tournef.* 366. Frangula *Tournef.* 383. Cervi ſpina *Dill. gen.* 8. Paliurus *Tournef.* 387. — *Gærtn.* 43. Alaternus *Tournef.* 366. Ziziphus *Tournef.* 403. — *Gærtn.* 43.

Cal. nullus: niſi corollam pro calyce ſumas.

Cor. *Petalum* imperforatum, externe rude, interne coloratum, infundibuliforme. *Tubus* turbinato-cylindraceus. *Limbus* patens, diviſus, acutus.

Squamulæ quinque, minimæ, ad baſin ſingulæ diviſuræ ſingulæ, introrſum conniventes.

Stam. *Filamenta* tot, quot laciniæ corollæ, ſubulata, petalo ſub ſquamula inſerta. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, diviſum in pauciores laciniis quam corolla.

Per. *Bacca* ſubrotunda, nuda, diviſa in pauciores, quam corolla, partes internas.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, hinc gibba, inde compreſſa.

Obs. α. Frangula. Stigmate *emarginato.* Bacca *tetraſperma.* Corolla *quinquefida.*

β. Catharticus. Stigmate *quadrifido.* Bacca *tetraſperma.* Corolla *quadrifida. Dioica Tetrandra.*

γ. Paliurus. Stylis *tribus.* Nucleo *triloculari.* Corolla *quinquefida: margine membranaceo cingente baccam.*

δ. Alaternus. Stigmate *trifido.* Bacca *triſperma.* Corolla *quinquefida. Polygamia dioica per mares & hermaphroditas. Squamulæ corollarum deficiunt.*

ε. Zizyphus. Stylis *duobus.* Nucleus *bilocularis.* Corolla *quinquefida.*

359. PHYLICA. * — *Gærtn.* 24.

Cal. *Receptaculum commune* fructificationum in diſcum colligens flores.

Perianthium proprium monophyllum, quinquefidum, turbinatum, ore villoſo, perſiſtens.

Cor. nulla. *Squamulæ* quinque, acuminatæ, ad basin singulæ divisuræ calycis singulæ, introrsum conniventes.
Stam. *Filamenta* quinque, minima, sub squamula inserta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* in fundo corollæ. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* subrotunda, tricocca, trilocularis, trivalvis.
Sem. solitaria, subrotunda, hinc gibba, inde angulata.

* 360. CARPODETUS. *Forst. gen.* 17.

Cal. *Perianthium* turbinatum, germini adnatum, quinquedentatum: *dentibus* subulatis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, ovata, parva, calycis margini inserta. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* capitato-depressum.
Per. *Bacca* sicca, globosa, margine calycis adnato quasi annulo cincta, quinquelocularis.
Sem. aliquot, subangulata.

361. CEANOTHUS. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum. *Limbo* quinquepartito, acuto, connivente-clauso, persistens.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, subrotunda, fornicato-saccata, compressa, obtusissima, patentia, calyce minora, insidentia *unguibus* longitudine petali, ex incisuris calycis enatis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, petalis opposita, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* trigonum. *Stylus* cylindricus, semitrifidus, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. *Bacca* sicca, tricocca, trilocularis, obtusa, retusa, tuberculis interstincta.
Sem. solitaria, ovata.

* 362. CRANZIA. *Schreb.* Paullinia *Sp. Ed. pr.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum, persistens: *laciniis* ovatis, acutis, concavis, patentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, sessilia, erecta, obtusiuscula, canaliculata, summitate fornicata, pone apicem carinata, marcescentia.
Stam. *Filamenta* quinque, basi latiora, triquetra, apice subulata, erecta, petalis opposita iisque longiora. *Antheræ* subrotundæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, quinquelobum: lobis ſingulis ſulco longitudinali exaratis. *Stylus* cylindraceus, medio craſſior, ſecundum longitudinem ſulcatus, germine vix longior. *Stigma* trilobum, obtuſum.

Per. *Bacca* angulato-globoſa, acuminata, extus punctata, unilocularis.

Sem. nonnulla, (3-9,) reniformia, oblonga, ſcrobiculata.

Obs. *Bacca plerumque obſolete triquetra, triſperma eſt. Rheede. Burmannus pentaſpermam vidit, ego ſubdecaſpermam.* S.

* 363. RUYSCHIA. *Jacq. amer.* 75. Souroubea *Aubl.* 97.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, conniventibus, imbricatis; baſi auctum involucro triphyllo: foliolo uno deflexo, difformi.

Cor. *Petala* quinque, ovata, planiuſcula, obtuſa, reflexa, calyce triplo longiora.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, plana, patula, petalis breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovato-ſubrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* quadrangulare, cruciforme, planum.

Per. *Bacca*. . . quadrilocularis?

Sem. . . .

Obs. *Stigma quinqueradiatum; Pericarpium quinqueloculare Aubl.*

364. ARDUINA. † *Aut. Millero.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, acutum, parvum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, ſuperne ſubincurvatus. *Limbus* quinquepartitus, acutus, patens.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, tubo inferiori inſerta, eoque breviora. *Antheræ* oblongæ, intra faucem corollæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.

Per. *Bacca* globoſo-ovalis, bilocularis.

Sem. ſolitaria, oblonga, dura.

* 365. CAMAX. Ropourea. *Aubl.* 78.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis.

Cor.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ſubrotundis, ſupra villoſis.
Stam. *Filamenta* quinque, corollæ inter lacinias inſerta, villoſa. *Antheræ*.
Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſum, ſuperum. *Stylus* capillaris. *Stigmata* tria vel quatuor, acuta.
Per. *Bacca* ovata, villoſa, quadrilocularis.
Sem. plurima, in pulpa viſcida nidulantia.

366. BUTTNERIA. *Læſl. it.* 313. *Jacq. amer.* 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, deciduum: *laciniis* ovatis, acutis, patentiſſimis.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, brevia, conniventia: ſuperne latiuſcula, concava: terminata in *Setam* ſubulatam, longam, baſi nectario incumbentem, dein erecto-patentem, calyce longiorem & in *Setulas* alias duas laterales, breves, reflexas.
Nectarium pentaphyllum, ventricoſo-campanulatum, calyce brevius: foliolis obovatis, obtuſis, planis, erectis, per filamenta ſemiconnatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, extra nectarium, ex ejusdem proximis duobus foliolis orta ſingula. *Antheræ* geminæ, diſtinctæ, bifidæ, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, quinquangulare. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* obtuſum, obſolete quinquefidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, depreſſa, pentacocca, quinquevalvis, muricata.
Sem. ſolitaria, ovata, compreſſa.

367. AYENIA. * — *Gærtn.* 79.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovato-oblongis, acutis, medio coloratis, reflexis, marceſcentibus.
Cor. *Petala* quinque, apice unita nectario in ſtellam planam. *Ungues* capillares, longiſſimi, extrorſum arcuati. *Laminæ* obcordatæ, reſupinatæ, apice mucrone clavato ſurſum ſpectante.
Nectarium inſidens *Columnæ* cylindricæ, erectæ, calyce breviori; campanulatum, coſtis quinque elevatis angulatum, *limbo* quinquelobo: *laciniis* elevatis, ſupra planiuſculis ſulco longitudinali exaratis, ſubtus excavatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, nectarii margini in

apice coſtarum, inter lacinias limbi, inſerta, ſingula per crenam iu apice cujusque petali, arcuatim deorſum flexa. *Antheræ* ſubrotundæ, ſub laminis petalorum.

Pist. *Germen* ſubrotundum, pentagonum, in fundo nectarii. *Stylus* cylindricus. *Stigma* obtuſum, quinquelobum.

Per. *Capſula* pentacocca, ſubrotunda, muricata, quinquelocularis, decemvalvis, elaſtica.

Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, hinc gibba, inde angulata.

Obs. *Acu caute ſeparatis petalis a nectario, flos paradoxus magis naturalis apparet.*

Characterem dedit A. *puſilla; reliquæ in Europa minus notæ.*

368. GLUTA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tenuiſſime membranaceum, campanulatum, obtuſum, germine brevius, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, calyce longiora, ſuperne patentia, inferne ad medium uſque adglutinata columnæ germinis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſetacea, mediocria, apici columnæ inſerta. *Antheræ* verſatiles, ſubrotundæ.

Pist. *Germen* obovatum, *Columnæ* oblongæ inſidens. *Stylus* filiformis, mediocris. *Stigma* ſimplex.

Per.

Sem.

Obs. *Separatis petalis a columna germinis, ſtaminum ſitus erit ut in Paſſiflora.*

† 369. MYRSINE. * — *Gærtn.* 59.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum: *foliolis* ſubovatis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ſemiquinquefida: *laciniis* ſemiovatis, conniventibus, obtuſis.

Stam. *Filamenta* quinque, vix notabilia, medio corollæ inſerta. *Antheræ* ſubulatæ, erectæ, corolla breviores.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, corollam fere replens. *Stylus* cylindraceus, corolla longior, perſiſtens. *Stigma* magnum, lanigerum, extra florem pendens.

Per. *Bacca* ſubrotunda, depreſſa, unilocularis.

Sem. unicum, ſubgloboſum, fundo baccæ oblique adfixum. *Gærtn.*

Obs. *Sæpe unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte.*

Bacca immatura pentaſperma, matura monoſperma. Gærtn.

* 370. BLADHIA. *Thunberg. nov. gen. 6. fl. jap. 7.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis, lacero-ſubſerratis, patentibus.

COR. monopetala, rotata, quinquepartita: *laciniis* ovatis, obtuſis, patentibus.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* cordatæ, acutæ, in conum conniventes, corolla breviores.

PIST. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* ſimplex, acutum.

PER. *Bacca* globoſa, ſtylo perſiſtente coronata, unilocularis.

SEM. unicum, globoſum, membrana involutum.

* 371. CATHA. *Forſkol. Flor. 63.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, inferum: *laciniis* ſubrotundis, margine ſcarioſis, ſubciliatis, patulis: duabus minoribus.

COR. *Petala* quinque, ovalia, erecto-patentia, obtuſa, calyce triplo longiora.

Nectarium cyathiforme, breve, margine undulatum, germen ambiens.

STAM. *Filamenta* quinque, erecta, calyce breviora. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* brevis. *Stigma* acutum.

PER. *Capſula?* oblongo-cylindrica, bi-ſ. trilocularis.

SEM. ſolitaria.

372. CELASTRUS. * Evonymoides *Iſnard. A. G. 1716.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, planum, minimum: *laciniis* obtuſis, inæqualibus.

COR. *Petala* quinque, ovata, patentia, ſeſſilia, æqualia, marginibus reflexa.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* minimæ.

PIST. *Germen* minimum, *Receptaculo* magno, plano, decem ſtriis notato, immerſum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus brevior. *Stigma* obtuſum, trifidum.

PER. *Capſula* colorata, ovata, obtuſe trigona, gibba, trilocularis, trivalvis.

SEM. pauca, ovata, colorata, glabra, ſemi-involuta *Arillo* ore quadrifido, inæquali, colorato.

Obs. *Species datur ſtylo nullo, ſtigmate triplici, proin Pentandriæ Trigyniæ affinis.*

373. EVONYMUS. * *Tournef.* 388.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, planum: *laciniis* ſubrotundis, concavis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, plana, patentia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, corolla breviora, germini tanquam receptaculo impoſita. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* acuminatum. *Stylus* brevis, ſimplex. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſucculenta, colorata, pentagona, quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. ſolitaria, ovata, obvoluta *Arillo* baccato.

Obs. *Fructificatio in quibusdam individuis vel ſpeciebus aufert quintam numeri partem.*

Quibusdam Filamenta, præter acumina receptaculi, nulla.

374. DIOSMA. * Hartogia. *Edit. VI.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, obtuſa, ſeſſilia, erecto-patula. *Nectaria* quinque, germini impoſita.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* ſubovatæ, erectæ.

Pist. *Germen* coronatum nectario. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſoletum.

Per. *Capſulæ* quinque, ovato-acuminatæ, compreſſæ, margine introrſum coalitæ, apicibus diſtantes, ſutura ſuperiori dehiſcentes.

Sem. ſolitaria, oblonga, ovato-depreſſa, apice acuminata. *Arillus* elaſticus, hinc dehiſcens, ſingulum involvens ſemen.

Obs. *Polymorphum genus ſexu, nectariorum figura, capſularum numero, ſuaſit diviſionem in* Dioſmata & Hartogias, *ſed utraque demum plures obſervationes retraxerunt in unum. Syſt Veg.* p. 199.

Aliæ ſpecies floribus monoicis; aliæ hermaphroditis; aliæ ſtaminibus 10, *quorum* 5 *ſterilia; aliæ aliter a congeneribus differunt.* R.

* 375. HOVENIA. *Thunb. nov. gen. 7. fl. jap. 7.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, baſi interne piloſum, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, reflexis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, obovata, obtuſiſſima, patula, convoluta, ſtamina obvolventia, calyci inter lacinias inſerta, earumque longitudine.

Stam. *Filamenta* quinque, baſi calycis inſerta, eoque paulo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, intra petala reconditæ.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* erectus, calyce multo brevior. *Stigmata* tria, patulo-reflexa, obtuſa.

Per. *Capſula* ovato-globoſa, triſulca, trilocularis, trivalvis.

Sem. ſolitaria, lenticularia, glaberrima.

Obs. *Raro calyx quadripartitus & ſtamina quatuor. Thunb.*

† 376. BRUNIA.

Cal. *Perianthium commune* ſubrotundum, imbricatum, multiflorum: *foliolis* ovato-oblongis.

Perianthium proprium pentaphyllum, inferum: *foliolis* oblongis, villoſis.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* tenues. *Laminæ* ſubrotundæ, patentes.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, unguibus petalorum inſerta. *Antheræ* ovato-oblongæ.

Pist. *Germen* minimum, ſuperum. *Stylus* ſimplex, cylindraceus. *Stigma* obtuſum.

Per. .

Sem. .

Receptaculum commune piloſum.

* 377. LEVISANUS. Brunia *Gærtn.* 30. Bruniæ *ſp. Edit. pr.*

Cal. *Perianthium commune* hemiſphæricum, imbricatum, multiflorum: *foliolis* linearibus.

Perianthium proprium monophyllum, ſuperum, quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* tenues. *Laminæ* oblongæ, breviores.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, fundo perianthii inſerta. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Styli* duo, in unum coaliti, ſ. diſtincti, approximati, capillares. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* corticata, ovata, calyce incruſtata: apice libero, bilocularis.

Sem. quinque vel ſex, oblonga, compreſſa. *Receptaculum ſeminum* fungoſum, magnum, in medio diſſepimenti.

Rec. *commune* globoſum, villoſum, paleaceumque.

Obs. *Non omnium ſpecierum fructus innotuit.*

* 378 WALKERA. Meesia *Gærtn.* 70.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, inferum: *laciniis* lanceolatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, acuta, patentia, calyce paulo longiora.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, adſcendentia, petalis dimidio breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* globoſum, quinquefidum. *Stylus* ſetaceus, erectus, altitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex

Per. *Drupæ* quinque, obovato-reniformes, uniloculares.

Sem. ſolitaria, reniformia, putamine ſuboſſeo incluſa.

* 379. PITTOSPORUM. *Banks. Gærtn.* 59.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, inferum, deciduum.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* concavi, in *tubum* urceolatum conniventes. *Laminæ* ovato-oblongæ, patentes.

Stam. *Filamenta* quinque. *Antheræ*.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* filiformis. *Stigma*.

Per. *Capſula* ſubgloboſo-angulata, mucronata, trilocularis, trivalvis: *loculamentis* reſina liquida ſcatentibus. *Diſſepimenta* valvulis contraria.

Sem. tria ſ. quatuor, angulata, diſſepimento adfixa.

380. CYRILLA. *auth. D. Garden.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, receptaculo inſerta, lanceolata, acuta, patentia, diſco longitudinali villoſa.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubcordatæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſuperne craſſior, compreſſus, ſuperne bifidus, perſiſtens. *Stigmata* diſtantia, glanduloſa.

Per. *Capſula* ſubrotunda-ovata, obtuſa, ſtylo mucronata, bilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, angulata, parva.

381. ITEA. † Diconangia. *Mitch.* 5.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, acuminatum, minimum, perſiſtens: *laciniis* acutis, coloratis.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, longa, calyci inſerta.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* cylindraceus, perſiſtens, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* ovata, calyce multoties longior, ſtylo mucronata, unilocularis, bivalvis, ex duabus coalita, apice dehiſcens.
SEM. numeroſa, minima, oblonga, nitida.

382. GALAX. Viticella *Mitch.* 24.

CAL. *Perianthium* decaphyllum. *Foliolis exterioribus* alternis, brevioribus, lanceolatis, reflexis; *interioribus* longioribus; lanceolatis, acutis, erectis.
COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, longitudine calycis. *Limbus* planus, quinquefidus: *laciniis* obtuſis.
STAM. *Filamenta* quinque, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ, conniventes intra faucem corollæ.
PIST. *Germen* ovatum, villoſum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſubrotunda.
PER. *Capſula* ovata, unilocularis, bivalvis, colorata, elaſtica.
SEM. duo, magna, convexa, ovata, calloſa, quaſi unicum, bilobum.

383. CEDRELA. † Cedro *Lœfl.* 183. Cedrela. *Brown. t.* 10. *f.* 1.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, minimum, quinquedentatum, marceſcens.
COR. infundibuliformis, pentapetala, tubo inferne ventricoſo. *Petala* lineari-oblonga, obtuſa, erecta, ad $\frac{1}{3}$ inferne receptaculo adnata.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, receptaculo inſidentia, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, apice extrorſum flexæ.
PIST. *Receptaculum* proprium quinquangulare. *Germen* globoſum. *Stylus* cylindricus, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum, depreſſum.
PER. *Capſula* ligneſa, ſubrotunda, quinquelocularis, quinquevalvis: valvulis deciduis.
SEM. numeroſa, carnoſa, deorſum imbricata, *ala* membranacea terminata. *Receptaculum* lignoſum, quinquangulare, liberum.
OBS. *Conferatur Swietenia.*

* 384. CALODENDRUM. *Thunb. nov. gen.* 41.

Cal. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ovatis; acutis, craſſiuſculis, externe villoſo-muricatis, marginibus ubrevolutis.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, obtuſa, patentia, canaliculata, carinata, undulata, villoſa, calyce triplo longiora. *Nectaria* quinque, petaliformia, intra petala receptaculo inſerta, lineari-lanceolata, apice ſubulata, glandula terminata, glabra, argenteo-glanduloſa, corolla angſtiora, ejusdem vero longitudine.

Stam. *Filamenta* quinque, æqualia, longitudine corollæ; quorum quatuor antherifera, unum (ſæpius) ſterile. *Antheræ* ovato-cordatæ, ſulcatæ, dorſo inſertæ.

Pist. *Germen* pedicellatum, capitatum, muricatum ſuperum. *Stylus* alteri germinis lateri inſertus, filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Capſula* pedunculata, ovata, obtuſe quinquangularis, quinqueſulcata, muricata, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. bina, ſubtriangularia, dorſo convexa, glabra.

Obs. *Variat numerus partium corollæ, nectarii & ſtaminum; raro 4 ſunt. ſæpiſſime 5, rarius 6. Unum ſtamen plerumque caſtratum obſervatur. Thunb.*

* 385. ELÆODENDRUM. *Jacq. fil. act. helv. 9 p. 36. Jacq. rar. t. 32.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, patentiſſimis, parvis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, obtuſa, concava, patentiſſima, calyce duplo longiora.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, recurva, e glandula germini ſubſtrata orta. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, conicum, glandulæ inſidens. *Stylus* conicus. *Stigma* obtuſum, bifidum.

Per. *Drupa* ovata, obtuſa.

Sem. *Nux* ovata, *putamine* craſſo, duriſſimo; bilocularis. *Nuclei* oblongi, compreſſi.

* 386 ESCALLONIA. *Mutis Linn. ſuppl.* 21.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planum, quinquedentatum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, lingulata, diſtantia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* quinque, linearia, longitudine calycis. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* inferum, hemiſphæricum. *Stylus* cylindricus, longitudine germinis. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce coronata, bilocularis.
Sem. numeroſa, parva.

387. MANGIFERA. †

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubcordatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* reniformis, oblonga, gibba, compreſſa.
Sem. *Nucleus* oblongus, compreſſus, lanuginoſus.

388. HIRTELLA. † *Jacq. amer.* 8.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ſubovatis, reflexis, inæqualibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava.
Stam. *Filamenta* tria ſ. quinque, ſetacea, planiuſcula, longiſſima, perſiſtentia, tandem ſpiraliter involuta: *Antheræ* orbiculatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſo-declinatum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ferme ſtaminum, e latere depreſſo germinis ortus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ovalis, ſuperne latior, parum compreſſa, obſolete trigona, ad cujus baſin anticam germen villoſum & ſtylus jacent.
Sem. unicum, magnum, figura pericarpii.
Obs. Stamina 3 *olim ego*, *nuper Jacquin numeravimus*, *at* 5 *perfecta in Herbario Piſonis obſervavi.*

389 PLECTRONIA.

Cal. *Perianthium* monophylium, turbinatum, obſolete quinquedentatum, clauſum ſinubus ſeu *ſquamis* quinque villoſis; perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, ſeſſilia, calycis fauci inſerta.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* geminatæ, ſubrotundæ, ſingulæ obtectæ ſquamis calycinis.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, calyce brevior. *Stigma* ovatum.
Per. *Bacca* oblonga, bilocularis. *Burm.*
Sem. ſolitaria, oblonga, compreſſa. *Burm.*

390. RIBES. *Ribesium *Dill. elth.* 246. Groſſularia *Tournef.* 409. — *Gærtn.* 28.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, ventricoſum: *laciniis* oblongis, concavis, coloratis, reflexis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, parva, obtuſa, erecta, calycis margini innata.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, calyci inſerta. *Antheræ* incumbentes, compreſſæ, margine dehiſcentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Bacca* globoſa, umbilicata, unilocularis: *receptaculis* duobus, lateralibus, oppoſitis, longitudinalibus.

Sem. plurima, ſubrotunda, ſubcompreſſa.

Obs. R. alpinum *dioicum eſt. Leers herborn.* 171. R.

391. GRONOVIA. † *Mart. IV. p.* 42. *Houſt. Rel.* 7.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ultra medium quinquefidum, campanulatum, coloratum, perſiſtens: *laciniis* ſemilanceolatis, erectis.

Cor. *Petala* quinque, omnium minutiſſima, ſubrotunda, ex inciſuris calycis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ, calyci inſerta, cum petalis alterna. *Antheræ* erectæ, didymæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* ſicca, ſubrotunda, colorata, unilocularis.

Sem. unicum, ſubrotundum, magnum.

392. AQUILICIA. † — *Gærtn.* 346. *t.* 57.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquefidum, breviſſimum.

Cor. *Petala* quinque, ovata, ſeſſilia.

Nectarium urceolatum, corolla brevius: ſquamis quinque geminatis, aliisque totidem, ſimplicibus, minoribus, interjectis.

Stam. *Filamenta* quinque longitudine calycis, inſerta baſi interiori nectarii. *Antheræ* cordatæ, acutæ.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* cylindricus, longitudine nectarii. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, quinquetoruloſa, quinquelocularis.

Sem. ſolitaria.

* 393. ARGOPHYLLUM. *Forſt. gen.* 15. *Linn ſuppl.* 22.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, breve: *laciniis* acutis.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia, calyce triplo majora.
Nectarium pyramidale quinquangulare, apice pervium, conſtans e capillis plurimis conniventibus, baſi connatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, receptaculo inſerta, nectario breviora. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* turbinatum, inferius calyci adnatum, ſupra planum. *Stylus* filiformis, longitudine nectarii. *Stigma* globoſum.
Per. *Capſula* hemiſphærica, ſupra plana, calyci accreta, trilocularis, trifariam dehiſcens.
Sem. plurima, globoſa, poroſa.

* 394. CORYNOCARPUS. *Forſt. gen.* 16. *Linn. ſuppl.* 21.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, ſubcoloratis.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, erecta, concava, baſi anguſtata.
Nectarium Foliola quinque, cum petalis alternantia, iisque anguſtiora & paulo breviora, adſcendentia, oblonga, acuta, ſingula baſi aucta *glandula* globoſa.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e baſi petalorum. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
Pist. *Germen* ſuperum, globoſum. *Stylus* brevis, filiformis. *Stigma* obtuſum.
Per. *Nux?* turbinato-clavata, monoſperma.
Sem. *Nucleus* oblongus.

395. HEDERA. * *Tournef.* 384. — *Gærtn.* 26.

Cal. *Involucrum* umbellæ ſimplicis, minimum, multidentatum. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, germen cingens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia, apicibus incurvis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* baſi bifidæ, incumbentes.
Pist. *Germen* turbinatum, receptaculo cinctum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* globoſa, unilocularis. (quinquelocularis. *Gærtn.*)
Sem. quinque, magna, hinc gibba, inde angulata

396. VITIS. * *Tournef.* 384.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, minimum.
Cor. *Petala* quinque, rudia, parva, caduca.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecto-patentia, caduca. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitato-obtuſum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, magna, unilocularis.
Sem. quinque, oſſea, turbinato-cordata, baſi contracta, ſemibilocularia.

* 397. EUPAREA. *Banks. Gærtn.* 50.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis.
Cor. *Petala* quinque vel duodecim, oblonga, anguſta, patentia, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* quinque. *Antheræ*.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* ſetaceus, longus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* exſucca globoſa, ſtylo perſiſtente coronata, unilocularis.
Sem. plurima ſubrotunda, parva, *receptaculo* globoſo, fungoſo, libero in medio baccæ, adhærentia.

* 398. ÆGICERAS. *Gærn.* 46. Rhizophora *ſpecies* L.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, coriaceum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque. . .
Stam. *Filamenta* quinque (*Rumph.*) . . .
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus*.
Per. *Capſula* arcuata, coriacea, unilocularis, univalvis, latere convexo dehiſcens.
Sem. unicum.

† 399. LAGOECIA. * — *Gærtn.* 23. Cuminoides *Tournef.* 155.

Cal. *Involucrum univerſale* octophyllum: *foliolis* pennatodentatis, ciliatis, reflexis; continens umbellulam.
Involucrum proprium tetraphyllum: *foliolis* capillaceo-pennatis, pedunculum unicum, ipſo foliolo breviorem, involvens.
Perianthium proprium pentaphyllum, capillaceo-multifidum, ſuperum.

Cor. *Petala* quinque, bicornia, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum perianthii. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo: altero truncato.
Per. nullum.
Sem. ſolitaria, ovato-oblonga, perianthio coronata.
Obs. *Semen alterum abortit. Gærtn.*

† 400. RORIDULA. † *N. L. Burmann.* — *Gærtn.* 62.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, æqualibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, æqualia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla dimidio breviora. *Antheræ* ſupra ſuam baſin inſertæ, ſubulatæ, ſemibifidæ, apice dehiſcentes. *Nectarium* e baſi antheræ ſcrotiformi deorſum protruſa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* truncatum, ſubtrilobum.
Per. *Capſula* oblonga, trigona, trilocularis, trivalvis. *Diſſepimenta* valvis contraria.
Sem. ſolitaria, ovalia, hinc angulata. *Gærtn.*

401. SAUVAGESIA. † *Jacq. amer.* 77.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* lanceolatis, acutis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, obtuſa, æqualia, rhombeo-ovata, longitudine calycis.
Nectarium foliolis quinque, minoribus, cum petalis alternantibus, oblongis, erectis: cinctis *Pilis* plurimis brevioribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, acutæ, breves.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Capſula* ovata, acuminata, unilocularis, apice trivalvis.
Sem. plurima, minima, ſerie longitudinali affixa.

402. CLAYTONIA. * *Gronov.*

Cal. *Perianthium* bivalve, ovatum, baſi transverſum.
Cor. *Petala* quinque, obcordata, unguiculata, emarginata.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, recurva, corolla paulo

breviora, ſingula unguibus petalorum inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis, trivalvis, elaſtica.

SEM. tria, rotunda.

403. HELICONIA. Palilia. *Auth. D. Allamand.* Bihai *Plum.* 3.

CAL. *Spathæ communes partialesque* alternæ, diſtinctæ, floribus hermaphroditis.

Perianthium nullum.

COR. *Petala* tria, oblonga, canaliculata, erecta, acuta, æqualia.

Nectarium diphyllum: *foliolo* altero petalis ſubæquali; altero breviſſimo, canaliculato, uncinato, oppoſito.

STAM. *Filamenta* quinque, (vel ſex, *Adanſon.*) filiformia. *Antheræ* longæ, erectæ.

PIST. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* ſtaminibus brevior. *Stigma* longum, gracile, curvatum, capitulo terminali.

PER. *Capſula* oblonga, truncata, triquetra, trilocularis.

SEM. ſolitaria, oblonga.

OBS. *Diſtinguenda a Muſa* Capſula *tricocca.* (*Anne in Hexandriam transferenda? S.*)

404. ACHYRANTHES. * Achyracantha *Dill. elth.* 7 *f.* 7.

CAL. *Perianthium exterius* triphyllum, lanceolatum, acutum, perſiſtens.

Perianthium interius pentaphyllum, perſiſtens.

COR. nulla.

Nectarium valvulis quinque, germen cingentibus, apice barbatis, concavis, caducis.

STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

PIST. *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, villoſum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis, non dehiſcens.

SEM. unicum, oblongum.

405. CELOSIA. * Stachyarpagophora *Vaill. A.* G. 1722.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lanceolatis, aridis, acutis, perſiſtentibus, corollæ ſimilibus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, acuminata, erecta, perſiſtentia, rigidiuſcula, calyciformia.

Nectarium margo cingens germen, minimum, quinquefidum.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi nectario plicato conjuncta, longitudine corollæ. *Antheræ* verſatiles.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* ſubulatus, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* globoſa, corolla cincta, unilocularis, circumſciſſa.

Sem. nonnulla, ſubrotunda, emarginata.

Obs. C. trigyna *ſtigmatibus tribus differt.* R.

* 406. CHENOLEA. *Thunberg. nov. gen.* 9.

Cal. *Perianthium* monophyllum, globoſum, ſubcarnoſum, quinquepartitum: *laciniis* inflexis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, erecto-inflexa, baſi calycis inſerta, ejusque longitudine. *Antheræ* minutæ.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, breviſſimus. *Stigmata* duo, ſimplicia, ſubulata, acuta, patenti-reflexa, ſtylo paulo longiora.

Per. *Capſula* rotunda, ſubdepreſſa, umbilicata, unilocularis.

Stam. unicum, ſubrotundum, apice bifidum, glabrum.

407. ILLECEBRUM. * *Rupp.* Corrigiola *Dill. gen. p.* 169. *Moehr. p.* 106. Paronychia *Tournef.* 281.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, cartilagineum, quinquangulare: *foliolis* coloratis, acuminatis, apicibus diſtantibus, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, intra calycem. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum, acutum, in *Stylum* brevem bifidum deſinens. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, utrinque acuminata, quinquevalvis, unilocularis, calyce tecta.

Sem. unicum, ſubrotundum, utrinque acutum, maximum.

408. GLAUX. * *Tournef.* 60.

Cal. nullus: niſi corollam dicas calycem.

Cor. *Petalum* unicum, quinquepartitum, campanulatum, erectum, perſiſtens: *laciniis* obtuſis, revolutis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* globoſa, acuminata, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. quinque, rotundiuſcula. *Receptaculum* maximum, globoſum, ſeminibus excavatum.

* 409. HEDYCREA. Licania *Aubl* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, hemiſphæricum, quinquedentatum: *dentibus* acutis, patulis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, annulo calycem interne infra dentes cingenti, inſerta, dentibus oppoſita, iisque breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſum, ſuperum. *Stylus* calyce longior, ſetaceus, villoſus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Drupa* ovalis, mollis, intus fibroſa, unilocularis.
Sem. *Nux* ovata, fibris tecta, unilocularis: *putamine* duro.

410. THESIUM. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, perſiſtens, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſemilanceolatis, erectis, obtuſis.
Cor. nulla: niſi calycem interne coloratum dicas.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi laciniarum calycis inſerta, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum, calycis baſi innatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* in fundo continet ſemen, nec dehiſcit.
Sem. unicum, ſubrotundum, tectum.
Obs. T. alpinum *demit* $\frac{1}{3}$ *e fructificatione.*

†411. RAUWOLFIA * *Plum.* 40. *Jacq amer.* 47. — *Gærtn.* 52.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, baſi globoſus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* ſubrotundis, emarginatis.
Stam. *Filamenta* quinque, tubo breviora. *Antheræ* erectæ, ſimplices, acutæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum.

Per.

Per. *Drupa* ſubgloboſa, unilocularis, hinc ſulco exarata.
Sem. *Nuces* duæ, baſi convexæ, apice attenuatæ, compreſſæ, biloculares. *Gærtn.*

412. PÆDERIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis, intus hirſuta. *Limbus* quinquefidus, parvus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima, e medio tubi. *Antheræ* oblongæ, corolla breviores.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* capillsris, bifidus, longitudine corollæ. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* fragilis, ovata, inflata. *Rumph.*
Sem. duo, ovata.

413. CARISSA.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, fauce ventricoſior, limbo longior. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* oblongis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, in ſummo tubi. *Antheræ* oblongæ, intra faucem.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimpliciuſculum.
Per. *Baccæ* binæ, oblongæ, biloculares. *Rumph.*
Sem. 7. ſ. 8, ovalia, compreſſa.

*414. GYNOPOGON. *Forſt. gen.* 18.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis, erectis.
Cor. monopetala, contorta. *Tubus* cylindraceus, ſub apice ventricoſus, ad faucem coarctatus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo ſupra medium inſerta. *Antheræ* erectæ, lineares, intra tubum.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, tubo dimidio brevior. *Stigma* globoſum, bilobum, apice villoſum.
Per. *Bacca* pedicellata, ſubgloboſa, coriacea, ſemine repleta.
Sem. unicum, cartilagineum, ſubbiloculare: nucleis ſubſolitariis.
Obs. *Fructus plerumque abortit, ſemine nucleis deſtituto: germina ſecta biloculuria, loculis diſpermis. F.*

415. CERBERA. † Ahouaj. *Tournef.* 434. *Jacq. amer.* 48.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, acuminatum, patens: *foliolis* ovato-lanceolatis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* clavatus. *Limbus* magnus, quinquepartitus: *laciniis* obliquis, obtusis, latere altero magis gibbis; *os tubi* quinquangulare, quinquedentatum, stellato-connivens,

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, in medio tubi. *Antheræ* erectæ, conniventes.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* capitatum, bilobum.

Per. *Drupa* maxima, subrotunda, carnosa, a latere sulco longitudinali excavata, punctisque duobus.

Sem. *Nux* bilocularis, quadrivalvis, retusa.

† 416. GARDENIA. *Thunb. diss.* 6. *Linn. suppl.* 23. *Gærtn.* 28.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, superum: *laciniis* erectis, persistentibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* planus, quinquepartitus.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, ori tubi insertæ, lineares, striatæ, longitudine dimidia limbi.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis s. clavatus. *Stigma* exsertum, ovatum, obtusum, bilobum, sæpe sulcatum.

Per. *Bacca* sicca, uni-bi-s. quadrilocularis.

Sem. plurima, depressa, per series imbricatim sibi imposita.

Obs. *Numerus partium naturalissimus est quinarius; in quibusdam vero speciebus variat usque ad novem, scilicet antherarum, laciniarum calycis & limbi corollæ. Thunberg.*

* 417. WILLUGHBEJA. *Scop.* Ambelania *Aubl.* 104. Pacouria *Aubl.* 105.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, carnosum, minimum.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* basi amplior, cylindraceus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* obliquis, acutis, latere altero magis gibbis, undatis, basi imbricatis.

Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, tubo supra basin inserta. *Antheræ* sagittatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* tetragonus. *Stigma* craſſum, ovato-capitatum, ſtriatum, bicuſpidatum, orbiculo plano inſidens.

Per. *Bacca* ovata, uni-ſ. bilocularis.

Sem. plurima, angulata, in pulpa nidulantia, ſ. diſſepimento adhxa.

† 418. ALLAMANDA. — *Gærtn.* 61. Galarips. *Auth. D. Allamand.* Orelia *Aubl.* 106.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* ſemiquinquefidus, ventricoſus: *laciniis* patentibus, obtuſis.

Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* quinque, ſagittatæ, conniventes, in fauce tubi.

Pist. *Germen* ovale, cinctum baſi margine annulari. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* capitatum, medio coarctatum.

Per. *Capſula* orbiculata, compreſſo-lenticularis, echinata, unilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, imbricata, orbiculata, plana, margine ala membranacea.

† 419. VINCA. * Pervinca *Tournef.* 45.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* calyce longior, inferne cylindraceus, ſuperne latior, lineis quinque inſculptus: ore pentagono. *Limbus* horizontalis, quinquepartitus: *laciniis* apici tubi adnatis, extrorſum latioribus, oblique truncatis.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, inflexa, retroflexa. *Antheræ* membranaceæ, obtuſæ, erectæ, incurvæ, margine utrinque fariniferæ.

Pist. *Germina* duo, ſubrotunda, quibus ad latera *corpuſcula* duo ſubrotunda adjacent. *Stylus* utrique unus communis, cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, concavum, orbiculo plano inſidens.

Per. *Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiſcentes.

Sem. numeroſa, oblonga, cylindracea, ſulcata, nuda.

420. NERIUM. * *Tournef.* 374.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* maximus, quinquepartitus: *laciniis* latis, obtuſis, obliquis.

Nectarium Corona tubum terminans, brevis, in ſegmenta capillaria lacerata.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima, in tubo corollæ. *Antheræ* ſagittatæ, conniventes, filo longo terminatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, bifidum. *Stylus* cylindricus, longitudine tubi. *Stigma* truncatum, orbiculo inſidens, antheris adnexum.

Per. *Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiſcentes.

Sem. numeroſa, oblonga, coronata pappo, imbricatim poſita.

421. ECHITES. † *Jacq. amer.* 29.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, parvum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Limbus* quinquefidus, planus, patentiſſimus.

Nectarium Glandulis quinque germen circumſtantibus.

Stam. *Filamenta* quinque, tenuia, erecta. *Antheræ* rigidæ, oblongæ, acuminatæ, convergentes.

Pist. *Germina* duo. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* oblongo capitatum, bilobum, glutine antheris adnexum.

Per. *Folliculi* duo, longiſſimi, uniloculares, univalves.

Sem. plurima, imbricata, coronata *Pappo* longo.

422. PLUMERIA. * *Tournef.* 439.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, obtuſum, minimum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, ſenſim ampliatus. *Limbus* quinquepartitus, erecto-patens: *laciniis* ovato-oblongis, obliquis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.

Pist. *Germen* oblongum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigma* duplex, acuminatum.

Per. *Folliculi* duo, longi, acuminati, ventricoſi, deorſum flexi, nutantes, uniloculares, univalves.

Sem. numeroſa, oblonga, membranæ majori ovatæ ad baſin inſerta, imbricata.

423. CAMERARIA. † *Plum.* 29.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, connivens, minimum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus, basi apiceque ventricosus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* lanceolatis, obliquis.

Stam. *Filamena* quinque, minima, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.

Pist. *Germina* duo, cum appendicibus ad latera. *Styli* vix ulli. *Stigmata* obsoleta.

Per. *Folliculi* duo, horizontaliter reflexi, oblongi, utrinque obtusi, juxta latera baseos utrinque lobum emittentes, uniloculares, univalves.

Sem. numerosa, ovata, membranæ majori ovatæ ad basin inserta, imbricata.

424. TABERNÆMONTANA. † *Plum.* 30.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, connivens, minimum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* obtusis, obliquis.

Nectarii glandulæ quinque, bifidæ, germen circumstantes.

Stam. *Filamenta* quinque, minima, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.

Pist. *Germina* duo, simplicia. *Stylus* subulatus. *Stigma* oblongum, capitatum.

Per. *Folliculi* duo, horizontaliter reflexi, ventricosi, acuminati, uniloculares, univalves.

Sem. numerosa, ovato-oblonga, obtusa, rugosa, pulpæ immersa, imbricata.

II. DIGYNIA.

* 425. MELODINUS. *Forst. gen.* 19. *Linn. suppl.* 23.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, persistens: *foliolis* ovatis, margine sibi invicem incumbentibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce triplo longior. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* falcatis, crenulatis, dextrorsum tortis, tubo brevioribus.

Nectarium in ore tubi, stellatum: *laciniis* quinque fissis, laceratis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima, in medio tubi. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* teres, longitudine calycis, bipartibilis. *Stigma* conicum, acutum.

Per. *Bacca* carnoſa, globoſa, polyſperma: *diſſepimento* carnoſo.

Sem. numeroſa, ovato-ſubrotunda, compreſſiuſcula, nidulantia.

† 426. APOCYNUM. * *Tournef.* 20.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, breve, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, ſemiquinquefida: *laciniis* revolutis.

Nectarium corpuſculis quinque, glanduloſis, ovalibus, germen ambientibus.

Stam. *Filamenta* quinque, brevia. *Antheræ* quinque, oblongæ, erectæ - acutæ, baſi bifidæ, conniventes.

Pist. *Germina* duo, ovata. *Styli* breves. *Stigma* ſubrotundum, apice bifidum, muricatum, antheris agglutinatum.

Per. *Folliculi* duo, longi, acuminati, univalves, uniloculares.

Sem. numeroſa, minima, *Pappo* longo coronata. *Receptaculum* ſubulatum, longiſſimum, aſperum, liberum.

† 427. PERIPLOCA. * *Tournef.* 22.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, minimum: *laciniis* ovatis; perſiſtens.

Cor. monopetala, rotata, plana, quinquepartita: *laciniis* oblongis, linearibus, truncatis, emarginatis.

Nectarium minimum, quinquefidum, genitalia ambiens, *Fila* quinque, incurva, corolla breviora, cumque ea alterna, emittens.

Stam. *Filamenta* brevia, incurva, conniventia, villoſa. *Antheræ* didymæ, acuminatæ, ſupra ſtigma conniventes: *loculis* lateralibus. *Sacculi polliniferi* quinque, pedicellati, ad crenas ſtigmatis: ſinguli duabus antheris communes.

Pist. *Germina* duo, ovata, approximata. *Styli* ſuperne coaliti. *Stigma* capitatum, convexum, pentagonum: angulis crenatis.

Per. *Folliculi* duo, magni, oblongi, ventricoſi, uniloculares, univalves, apice conglutinati.

Sem. plurima, imbricata, coronata *Pappo*. *Receptaculum* longitudinale, filiforme.

Obs. *Hic character e* Periploca græca *deſumtus eſt.*

† 428. PERGULARIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* oblongis.

Nectaria quinque, ſemiſagittata, erecta, compreſſa, attenuata in mucronem, incurva, baſi exteriore dente nutante.

Stam. *Filamenta*. . . . *Antheræ*. . . . *Tubercula* quinque, *ſtigmati* immerſa.

Pist. *Germina* duo, ovata, acuminata. *Styli* nulli. *Stigma* corpuſculum truncatum.

Per. *Folliculi* bini.

Sem. . . . .

Obs. Affinis *Periplocæ græcæ*. (*Character emendandus.* S.)

† 429. ASCLEPIAS. * *Tournef.* 22. Apocynum *Tournef.* 21.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, parvum, perſiſtens.

Cor. monopetala, plana vel reflexa, quinquepartita: *laciniis* ovato-acuminatis, leviter cum ſole flexis.

Nectaria quinque, tubo filamentorum infra antheras adnata, carnoſa, ſ. cucullata: e fundo corniculum acutum introrſum flexum exſerentia.

Stam. *Filamenta* quinque, in tubum, baſi ventricoſum, connata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, biloculares, membrana infixa ſtigmati incumbente terminatæ, utrinque ala reverſa deorſum lateſcente, margine vicinæ contigua, auctæ. *Pollen* connatus in corpuſcula decem, obverſe lanceolata, plana, in loculos antheræ dependentia e *filis* brevibus, ſæpe flexuoſis; quæ per paria annexa ſunt *tuberculis* quinque, cartilagineis, didymis, ſingulis apici alarum antherarum impoſitis, angulis ſtigmatis, inter antheras, adharentibus.

Pist. *Germina* duo, oblonga, acuminata. *Styli* duo, ſubulati. *Stigma* utrisque commune magnum, craſſum, pentagonum, ſupra apicibus antherarum tectum, medio umbilicatum.

Per. *Folliculi* duo, magni, oblongi, acuminati, ventricoſi, uniloculares, univalves.

Sem. numeroſa, imbricata, *Pappo* coronata. *Receptaculum* membranaceum, liberum.

Obs. Aſclepias T. *Nectariis ſolidis, ecornibus.*
Apocyni T. ſp. *Nectariis cucullatis, cornutis.*

† 430. CYNANCHUM. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, patens, perſiſtens.

Cor. monopetala. *Tubus* vix ullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* lanceolatis.

Nectarium tubo filamentorum adnatum, erectum, monophyllum, plicato-angulatum, decemdentatum: *dentibus* quinque longioribus, acutis, quinque alternis brevioribus, emarginatis. E fundo nectarii adſcendunt *Foliola* quinque, triangularia, erecta, craſſiuſcula, medio ſulcata, obtuſa, denticulis longioribus oppoſita.

Stam. *Filamenta* quinque, craſſiuſcula, in tubum brevem connata. *Antheræ* oblongæ, appreſſæ, biloculares, membrana inflexa ſtigmati incumbente terminatæ, utrinque ala auctæ. *Pollen* connatus in corpuſcula decem, ovalia, plana, in loculis antheræ recondita, adfixa *filis* brevibus, horizontalibus; quæ per paria adnexa ſunt *tuberculis* quinque, cartilagineis, didymis, ſingulis apici alarum antheracearum ad crenas angulorum ſtigmatis, inſidentibus.

Pist. *Germina* duo, ovato-oblonga. *Styli* duo, ſubulati. *Stigma* utrisque commune, magnum, pentagonum, angulis emarginatis; medio tuberculis duobus conicis, obtuſis, parvis.

Per. *Folliculi* duo, longi, acuminati, uniloculares, per longitudinem dehiſcentes.

Sem. numeroſa, oblonga, coronata *Pappo*, imbricatim poſita.

Obs. *Hic character e* Cynancho acuto *deſumtus eſt; reliquæ ſpecies recedunt.*

† 431. CEROPEGIA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lineari-ſetaceis, acuminatis, recurvis, brevibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, baſi ſubgloboſa, quam *tubus* cylindraceus, oblongus, terminat. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* extrorſum flexis, apice conniventibus, terminatis *ligula* erecta, lineari, inferne anguſtiore, acutiuſcula.

Nectarium tubo filamentorum infra antheras adnatum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis, externe piloſis, in formam globoſam conniventibus, apice

proferentibus, ligulas longas, erectas, lanceolato-lineares, obtusiusculas, parallelas, approximatas.

Stam. *Filamenta* quinque, in tubum ventricosum, superne coarctatum, connata. *Antheræ* laciniis nectarii oppositæ, oblongæ, incurvæ, supra dorso canaliculatæ, biloculares, *loculis* lateralibus, apice emarginato supra stigma conniventes, inferne utrinque auctæ auriculis contiguis, acutis. *Pollen* connatus in corpuscula decem elliptico-globosa, in loculis antheraceis recondita, adnata *tuberculis* quinque, apici commissuræ auricularum antheracearum impositis, minimis.

Pist. *Germina* duo, oblonga. *Styli* breves, subulati. *Stigma* utrisque commune, magnum, pentagonum, in cujus medio apiculi duo, erecti.

Per. *Folliculi* duo, longi, cylindracei, apice attenuati, acuminati, divergentes, uniloculares, per longitudinem dehiscentes. *Receptaculum* membranaceum, liberum.

Sem. numerosa, imbricata, oblonga, marginata, *Pappo* coronata.

† 432. STAPELIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, persistens.

Cor. monopetala, magna, plana, crassa, ultra medium quinquefida: *laciniis* latis, planis, acuminatis.

Nectarium Foliola quinque, patula, linearia, sulcata, emarginata cum mucrone, laciniis corollæ opposita.

Foliola quinque alia, cum illis alternatim paulo superius tubo filamentorum adnata, perque illum decurrentia, verticalia, bifida: *lacinia interiore* erecta, summitate extrorsum flexa; *exteriore* recta, compressa.

Stam. *Filamenta* quinque, in tubum brevem coalita. *Antheræ* singulæ basi singuli folioli nectarii verticalis interne adnata, eoque latior, stigmati incumbens, brevis, biloba, bilocularis, inferne utrinque producta in *auriculam*, margine vicinæ alterius antheræ ad apicem usque contiguam, apice adscendentem. *Pollen* connatus in corpuscula decem, lunata, planiuscula, in loculos antheræ oblique adscendentia, singula *pedicello* brevissimo (basi transverso, auriculæ margini superiori incumbente) adfixa, per paria adnata *tuberculis* quinque, parvis, didymis, coloratis, apici auricularum impositis, angulis stigmatis adhærentibus.

Pist. *Germina* duo, ovata, introrsum plana. *Styli* nulli.

Stigma utrique germini commune, magnum, tubo ſtaminum impoſitum, acute pentagonum, ſupra planum, lateribus oblique truncato-excavatum pro recipiendis antheris.

PER. *Folliculi* duo, longi, ſubulati, uniloculares, univalves.

SEM. numeroſa, imbricata, compreſſa, *Pappo* coronata. *Receptaculum* liberum.

OBS. *In* St. pelia variegata *Orbiculus genitalibus ſubjectus reperitur.*

433. LINCONIA. †

CAL. *Perianthium* inferum, tetraphyllum: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus: oppoſito pari inferiore breviore.

COR. *Petala* quinque, lanceolata, ſeſſilia, erecta.

Nectarium foveola inſculpta baſi petali, inferne cincta margine.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, marginata, erecta, mediocria. *Antheræ* obtuſæ, ſagittatæ auriculis nutantibus, dehiſcentibus.

PIST. *Germen* ſemi-inferum corollæ (reſpectu calycis ſuperum.) *Styli* duo, filiformes, ſtriati. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* bilocularis.

SEM. duo?

OBS. *Perianthium forte pro Bracteis ſumi poſſet; tum flos omnino ſuperus.*

434. HERNIARIA. * *Tournef.* 288.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, patens, interne coloratum, perſiſtens.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, minuta, intra calycis lacinias. *Antheræ* ſimplices.

Filamenta alia quinque, calyci alterna, ſterilia.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* duo, acuminata, longitudine ſtyli.

PER. *Capſula* parva, in fundo calycis, tecta, vix dehiſcens.

SEM. ſolitarium, ovato-acuminatum, nitidum.

OBS. H. fruticoſa *deponit quintam partem numeri in calyce & ſtaminibus.*

H. lenticulata *a congeneribus charactere paulum diverſa.* R.

† 435. CHENOPODIUM. * *Tournef.* 288. — *Gærtn.* 75.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Calyx* clauſus, pentagonus, quinquangularis, angulis compreſſis, deciduus.
Sem. unicum, lenticulare, ſuperum.
Obs. *In quibusdam ſpeciebus* Stylus trifidus *obſervatur.*

† 436. BETA. * *Tournef.* 286. — *Gærtn.* 75.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, perſiſtens: *laciniis* ovato-oblongis, obtuſis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* quodammodo infra receptaculum. *Styli* duo, breviſſimi, erecti. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* intra fundum calycis, unilocularis, decidua.
Sem. unicum, reniforme, compreſſum, calyce involutum.

† 437. SALSOLA. * — *Gærtn.* 75. Kali *Tournef.* 128.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. nulla: niſi *calycem* dicas corollam.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima: *laciniis* calycis inſertæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* tri-ſ. bipartitus, brevis. *Stigmata* recurva.
Per. *Capſula* ovata, calyce obvoluta, unilocularis.
Sem. unicum, maximum, cochleæ inſtar ſpirale.
Obs. Species *quædam tribus ſtylis gaudent.* R.

438. ANABASIS. † — *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, patentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, æqualia, calyce minora, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, acuminatum, deſinens in *Stylos* duos. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce dilatato cincta.
Sem. unicum, cochleatum.

439. CRESSA. † Anthyllis. *Magn. char.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtusis, incumbentibus, persistentibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longitudine calycis, inferne ventricosus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longa, tubo corollæ insidentia. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, filiformes, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.

Per. *Capsula* ovata, unilocularis, bivalvis, calyce paulo longior.

Sem. unicum, ovato-oblongum.

440. STERIS.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, persistentibus.

Cor. monopetala, rotata, quinquepartita, patens, calyce paulo longior.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* sagittatæ.

Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, filiformes, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

Per. *Bacca* globosa, unilocularis.

Sem. plurima, oblonga.

441. GOMPHRENA.* Amaranthoides *Tournef.* 423. Caraxeron *Vaill. A. G.* 1722.

Cal. *Perianthium* coloratum: exterius triphyllum: *foliolis* duobus, conniventibus, carinatis.

Cor. pentapetala, erecta: *Petalis* subulatis, persisteutibus, rudibus, villosis.

Nectarium tubus cylindraceus, longitudine corollæ: ore quinquedentato, patulo.

Stam. *Filamenta* quinque, vix notabilia, intra os nectarii. *Antheræ* os nectarii claudentes, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum cum acumine. *Stylus* semibifidus, filiformis. *Stigmata* simplicia, longitudine staminum.

Per. *Capsula* subrotunda, circumscissa.

Sem. unicum, magnum, subrotundum, apice obliquo.

442. BOSEA. — *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, æquale: *foliolis* subrotundis, concavis, erectis, margine tenuioribus.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovato-oblongum, cuſpidatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo.
Per. *Bacca* globoſa, unilocularis.
Sem. unicum, rotundum, acuminatum.
Obs. *Summa itaque generis affinitas cum* Celtide & Ulmo.

†443. ULMUS. * *Tournef.* 372. — *Gærtn.* 49.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, rugoſum. *Limbus* quinquefidus, erectus, interne coloratus, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce duplo longiora. *Antheræ* quadriſulcæ, erectæ, breves.
Pist. *Germen* orbiculatum, erectum. *Styli* duo, ſtaminibus breviores, reflexi. *Stigmata* pubeſcentia.
Per. *Bacca* ovalis, magna, exſucca, compreſſa, membranaceo-alata, unilocularis.
Sem. unicum, ſubrotundum, leviter compreſſum.

†444. NAMA. † *Gærtn.* 44.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis, rectis, patulis.
Cor. monopetala, rotato-hypocrateriformis. *Tubus* brevis. *Limbus* quinque-partitus: *laciniis* ovatis, obtuſis, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, baſi ovata, corollæ tubi medio inſerta, cum laciniis alterna, iisque breviora. *Antheræ* oblongæ, baſi bifidæ, revolutæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Styli* duo, capillares, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, obtuſa, compreſſa, utrinque ſulcata, bilocularis, bivalvis, calyce brevior.
Sem. numeroſa, minima, *Receptaculo* plano, in medio diſſepimenti, affixa.

†445. HYDROLEA. *Læſl.* 310. *Aubl.* 110. *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, inæqualibus, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, rotato-campanulata. *Tubus* calyce bre-

vior. *Limbus* quinquepartitus, patens: *laciniis* ovatis, incumbentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi cordata. *Antheræ* oblongæ, curvæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, filiformes, patentes. *Stigmata* truncata.

Per. *Capſula* ovata, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* contrario.

Sem. plurima, minuta, imbricata; *Receptaculo* ovato, magno.

Obs. *In quibusdam floribus Cal. & Cor. ſexfida. Stam. ſex.* Aubl.

446. SCHREBERA. † *Nov. Act. Upſal.* 1. *t.* 5. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ovatis, æqualibus, corolla dimidio brevioribus.

Cor. monopetala, infundibuliformis, quinquefida: *laciniis* oblongis, obtuſis.

Nectarium Squamis quinque, ſubrotundis, ſubciliatis, minutis, baſi interiori filamentorum, adjacentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, fauci corollæ inſerta, laciniis corollæ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, bilobum. *Styli* duo, filiformes, ſtaminibus breviores. *Stigmata* clavata, longitudine ſtylorum.

Per. *Drupa?* dicocca? bilocularis, depreſſa.

Sem. ſolitaria.

447. HEUCHERA. * — *Gærtn.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, rotundatum, anguſtum: *laciniis* obtuſis.

Cor. *Petala* quinque, calycis margini inſerta, ovali-linearia, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſemibifidum, deſinens in *Stylo* duos, rectos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* ovata, acuminata, ſemibifida, biroſtris, bilocularis, roſtris reflexis.

Sem. multa, parva.

448. VELEZIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, filiforme, pentagonum perſiſtens: ore quinque dentato, acuminato, erecto, minimo

Cor. *Petala* quinque, breviſſima, emarginato-bidentata: *unguibus* filiformibus, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſæpe ſex, capillaria, vix calycis longitudine. *Antheræ* cordatæ.
Pist. *Germen* cylindricum, breve, receptaculo ſtylorum terminatum. *Styli* duo, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* cylindrica, tecta, unilocularis.
Sem. plurima, ſimplici ſerie impoſita.
Obs. Stamina *ſæpe ſex, ſed naturali ſtatu quinque, uti poſteriores obſervationes demonſtrarunt. Syſt. V. p.* 220. R.

449. SWERTIA. *

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, planum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis.
Cor. monopetala, rotata; *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, calyce majoribus, unguibus connexis.
Nectaria decem, quaſi puncta duo in baſi ſingulæ laciniæ corollæ a parte interna, excavata, ſetis parvis erectis cincta.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecto-patentia, corolla breviora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, ſimplicia.
Per. *Capſula* teres, utrinque acuminata, unilocularis, bivalvis.
Sem. numeroſa, parva.
Obs. *Species exiſtunt floribus quadrifidis.* 4, 5.
Nectaria *in una ſpecie ſubtus prominent corniculis.* 4.

450. GENTIANA. * *Tournef.* 40. Centaurium minus *Tournef.* 48.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum: *laciniis* oblongis, perſiſtentibus.
Cor. *Petalum* unicum, inferne tubulatum, imperforatum, ſuperne quinquefidum, planum, marceſcens, figura varia.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Styli* nulli. *Stigmata* duo, ovata.
Per. *Capſula* oblonga, teres, acuminata, apice leviter bifida, unilocularis, bivalvis.
Sem. numeroſa, parva. *Receptacula* duo, ſingula valvulæ longitudinaliter adnata.

Obs. Fructus figura *conſtans eſt.* Floris *autem* numerus, & figura *valde variat in diverſis ſpeciebus.*

Species *ſunt, quæ quintam partem numeri in flore excladunt.*

Species *eſt, quæ tres partes numeri in flore addit.*

Species *alia corollæ collo patente;* alia *collo villis clauſo;* alia *laciniis corollæ ciliatis;* alia *limbo campanulato, erecto, plicato;* alia *limbo ſtellato: lacinulis laciniis interjectis;* alia *campanulata;* alia *infundibuliformi gaudet corolla, &c.*

* 451. DICHONDRA. *Forſt. gen.* 20.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* lanceolatis, apice patentibus.

Cor. monopetala, ſubcampanulata, profunde quinquepartita: *laciniis* lanceolatis, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germina* duo, piloſa. *Styli* duo, filiformes, longitudine ſtaminum, interius e baſi germinum orti. *Stigmata* capitato-depreſſa.

Per. *Capſulæ* duæ, ſubgloboſæ, uniloculares.

Sem. ſolitaria, ſubgloboſa.

* 452. VAHLIA. *Thunb. nov. gen.* 36. Ruſſelia *Linn. ſuppl.* 24.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyce duplo breviora.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, erecta, inter petala inſerta, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, quadriſulcatæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, filiformes, erecto-patuli, ſtaminibus longiores. *Stigmata* ſimplicia, obtuſa.

Per. *Capſula* ovata, truncata, lineis quinque elevatis exarata, calyce perſiſtente coronata, unilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, minuta.

* 453. BUMALDA. *Thunb. fl. jap.* 8. *nov. gen.* 62.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ad baſin fere quinquepartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis, corolla paulo brevioribus.

Cor.

Cor. *Petala* quinque, lineari-obovata, germini inserta.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, erecta, hirta, unguibus petalorum inserta, longitudine fere corollæ. *Antheræ* dorso insertæ, ovatæ, didymæ.
Pist. *Germen* conicum, villosum, superum. *Styli* duo, erecti, villosi, longitudine filamentorum. *Stigmata* simplicia, capitata, truncata.
Per. *Capsula* bilocularis?
Sem.

454. PHYLLIS. * — *Gærtn.* 25. Bupleuroides *Bærh.*

Cal. *Umbella* nulla, (sed panicula.)
Perianthium minimum, superum, diphyllum, obsoletum.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, obtusa, revoluta, vix basi connexa.
Stam. *Filamenta* quinque, corolla breviora, capillaria, flaccida. *Antheræ* simplices, oblongæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, subulata, pubescentia, reflexa.
Per. nullum. *Fructus* turbinato-oblongus, obtusus, angulatus.
Sem. duo, parallela, hinc convexa angulata, inde plana, superne latiora.
Obs. Stigmata *ut in Graminibus, Ulmo, Tetragonia.*

* 455. CUSSONIA. *Thunberg. Nov. Act. Upſ. 3. p. 211. Nov. gen.* 10. *Linn. ſuppl.* 24.

Cal. *Umbella* nulla (sed pedunculi tres s. plures, umbellati, flores in racemum s. spicam colligentes.)
Involucrum nullum. (sed bracteæ sparsæ ad basin pedunculorum.)
Perianthium monophyllum, truncatum, obsolete quinquedentatum, corolla brevius, persistens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, acuta.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* inferum, turbinatum. *Styli* duo, filiformes, patuli. *Stigmata* simplicia, obtusa.
Per. *Fructus* didymus, compressus, angulatus, calyce stylisque coronatus, bilocularis, bivalvis.
Sem. solitaria.

456. ERYNGIUM. *Tournef.* 173. — *Gærtn.* 20.

Cal. *Receptaculum commune* conicum, *paleis* flosculos sessiles distinguentibus.

Involucrum receptaculi polyphyllum, planum, floſculos ſuperans.

Perianthium proprium pentaphyllum, erectum, acutum, corollam ſuperans, germini inſidens.

Cor. *univerſalis* uniformis, ſubrotunda: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria pentapetala: *Petala* quinque, oblonga, apicibus ad baſin inflexis, linea longitudine conſtricta.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, recta, floſculos ſuperantia. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* hiſpidum, inferum. *Styli* duo, ſubliformes, recti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Fructus* ovatus, bifariam diviſibilis.

Sem. oblonga, teretia.

Obs. *In* aliis *ſpeciebus Semina e cruſta pericarpii deponuntur*, *in* aliis *incluſa perſiſtunt.*

457. HYDROCOTYLE. * *Tournef.* 173. — *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella* ſimplex.

Involucrum ſæpius tetraphyllum, parvum.

Perianthium vix ullum.

Cor. *univerſalis* uniformis figura, non ſitu: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria pentapetala: *Petalis* ovatis, acutis, patentibus, integris.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* minimæ.

Pist. *Germen* erectum, compreſſum, orbiculatum, inferum proprium, peltatum. *Styli* duo, ſubulati, breviſſimi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Fructus* orbiculatus, compreſſus, transverſe bipartibilis.

Sem. duo, ſemiorbiculata, compreſſa.

458. SANICULA. * *Tournef.* 173. — *Gærtn.* 20.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis pauciſſimis (quatuor ſæpe:) *partialis* plurimis, confertis, ſubcapitatis.

Involucrum univerſale dimidiatum, extrorſum ſitum: *partiale* undique ambiens, floſculis brevius.

Perianthium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* diſci abortivi.

Propria Petalis quinque, compreſſis, inflexis, florem claudentibus.

STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corollulis duplo longiora, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* hiſpidum, inferum. *Styli* duo, ſubulati, reflexi. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Fructus* ovato-acutus, ſcaber, bipartibilis.
SEM. duo, hinc convexa, muricata, inde plana.

459. ASTRANTIA. *Tournef.* 166. — *Gærtn.* 20.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis pauciſſimis (tribus ſæpe:) *partialis* numeroſiſſimis.
Involucrum univerſale foliolis ad radios duplicatis. *Partiale* foliolis circiter viginti, lanceolatis, patentibus, æqualibus, coloratis, umbellula longioribus.
Perianthium proprium quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.
COR. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* radii abortivi.
Propria Petalis quinque, erectis, inflexo-bifidis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, erecti, filiformes. *Stigmata* ſimplicia, patentia.
PER. *Fructus* ovatus, obtuſus, coronatus, ſtriatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovato-oblonga, pericarpii cruſta tecta, rugoſa.

460. BUPLEURUM. * *Tournef.* 163. — *Gærtn.* 22.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis quam decem paucioribus. *Partialis* radiis vix decem, erecto-patens.
Involucrum univerſale polyphyllum. *Partiale* pentaphyllum, majus: *foliolis* patentibus, ovatis, acutis.
Perianthium proprium obſoletum.
COR. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, involutis, integris, breviſſimis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi parvi. *Stigmata* minima.
PER. nullum. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.
OBS. *Speciebus plerisque Involucella ſpecioſa, corollulam ſæpe ſuperantia.*

461. ECHINOPHORA. * *Mant.* 217. *Tournef.* 423.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis plurimis: intermediis brevioribus. *Partialis* floſculis ſeſſilibus, pluribus: *centrali* ſeſſili; germina intra pedicellos recipiens.

Involucrum univerſale radiis nonnullis acutis. *Partiale* turbinatum, monophyllum, ſexfidum, acutum, inæquale.

Perianthium proprium quinquedentatum, perſiſtens, minimum.

COR. *Univerſalis* difformis, radiata. *Floſculi* maſculi abortivi. *Femineo* centrali umbellæ.

Propria pentapetala: *Petalis* inæqualibus, patulis.

STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* oblongum, inferum, involucello veſtitum. *Styli* duo, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum, cujus loco *Involucrum* induratum, mucronatum.

SEM. unicum, ovato-oblongum.

462. HASSELQUISTIA. * — *Gærtn.* 21.

CAL. *Umbella* patens. *Umbellulæ* decem, quarum quinque in ambitu.

Umbellulæ centralis rudimentum eſt Corpuſculum emortuum vitiatum, pedicellatum, ſubtrigonum, carnoſum, depreſſum, atrum, ſupra caneſcens villis albis.

Involucrum minimum, pentaphyllum, ſubulatum, reflexum. *Involucella* dimidiata: exteriorum triphylla, ſubulata, nutantia, umbellula breviora.

Umbella fructifera connivens.

COR. *Flores* radiati, etiam umbellularum interiorum. *Floſculi radii* hermaphroditi: petalis inæqualibus, incurvato-bifidis, petalo extimo laciniis duabus & proximo unica magnis (adeoque corollulæ ſingulæ laciniis 4. magnis & 6. parvis.) *Floſculi diſci interioris* maſculi: petalis ſubæqualibus, incurvato-bifidis (omnibus laciniis parvis.)

STAM. *Filamenta* omnibus floſculis quinque, minoribus petalis longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* filiformes, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.

PER. nullum.

SEM. *extima* geminata, ovalia, glabra, margine craſſiore crenulato. *Interiora* ſolitaria, hemiſphærica, cernua, urceolata latere cavo, ſtylis inſtructa etiam duobus.

Diſci interioris nulla.

463. TORDYLIUM. * *Tournef.* 170. — *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella universalis* inæqualis, multiplex. *Partialis* inæqualis, multiplex, breviſſima, plana.

Involucrum universale foliolis tenuibus, indiviſis, longitudine ſæpius umbellæ. *Partiale* dimidiatum, extrorſum umbellula longius.

Perianthium proprium quinquedentatum.

Cor. *universalis* difformis, radiata. *Floſculi* omnes fertiles.

Propria diſci petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.

Propria radii conſimilis, ſed extimo petalo maximo, bipartito.

Stam. omnibus *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſimplices.

Pist. omnibus *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Fructus* ſuborbiculatus, compreſſus, margine crenulatus, bipartibilis.

Sem. duo, ſubrotunda, fere plana: *margine* elevato crenulato.

Obs. T. Anthriſco *umbella ſubradiata*, *floſculique diſci maſculi*. *Lin.* R.

464. CAUCALIS. * *Tournef.* 171. — *Gærtn.* 20.

Cal. *Umbella universalis* inæqualis, radiorum pauciſſimorum.

Partialis inæqualis, radiis copioſior, quorum quinque exteriores majores.

Involucrum universale foliolis numero radiorum, indiviſis, lanceolatis, margine membranaceis, ovatis, brevibus: *Partiale* foliolis conſimilibus, radiis longioribus, ſæpius quinis.

Perianthium proprium quinquedentatum, exſertum.

Cor. *universalis* difformis, radiata. *Floſculi diſci* abortivi.

Propria diſci mas: parva: Petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus. *Propria radii* hermaphrodita: Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus: extimo maximo, bifido.

Stam. omnibus *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* parvæ.

Pist. *radii Germen* oblongum, ſcabrum, inferum. *Styli* duo, ſubulati. *Stigmata* duo, patentia, obtuſa.

Per. *Fructus* ovato oblongus, ſtriis longitudinalibus, ſetulis rigidis hiſpidus.

Sem. duo, oblonga, hinc convexa, acuminibus ſubulatis ſecundum ſtrias armata, inde plana.

Obs. Involucrum univerſale *in quibusdam deeſt.* R.

465. ARTEDIA. *

Cal. *Umbella univerſalis* patens, plana, multiplex. *Partialis* parva, conſimilis.

Involucrum univerſale decaphyllum circiter: *foliolis* ovato-oblongis, apice triſetis, longitudine fere umbellæ: *Partiale* bi-trive-phyllum, extrorſum vergens: *foliolis* linearibus, pinnatis, umbellula longioribus.

Cor. *univerſalis* difformis, radiata. *Floſculi diſci* abortivi.

Propria diſci mas: Petalis quinque, inflexo-cordatis, erectis.

Prop. radii hermaphrodita, petalis conſimilibus, ſed extimo majore.

Stam. omnibus *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſimplices, ſubrotundæ.

Pist. *radii Germen* parvum, inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, per marginem foliaceo-ſquamoſus, bipartibilis.

Sem. duo, oblonga, per marginem ſquamis ſubrotundis patentibus adſperſa.

466. DAUCUS. * *Tournef.* 161.—*Gærtn.* 20.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, florens plana, fructifera concavo-connivens. *Partialis* multiplex, conſimilis.

Involucrum univerſale polyphyllum, longitudine umbellæ: *foliolis* linearibus, pinnatifidis. *Partiale* ſimplicius, longitudine umbellulæ.

Perianthium proprium vix manifeſtum.

Cor. *univerſalis* difformis, ſubradiata. *Floſculi diſci* abortivi.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, exterioribus majoribus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* inferum, parvum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſæpe undique pilis rigidis hiſpidus, bipartibilis.

Sem. duo, ſubovata, hinc convexa, hiſpida, inde plana.

467. AMMI. * *Tournef.* 159. — *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, ſæpe quinquaginta radiorum. *Partialis* brevis, conferta.

Involucrum universale foliolis pluribus, linearibus, pinnatifidis, acutis, longitudine vix umbellæ: *Partiale* polyphyllum: *foliolis* linearibus, acutis, simplicibus, umbellula brevioribus.

Perianthium proprium vix manifestum.

Cor. *universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualis magnitudinis in radio, æqualis fere in disco.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* subrotundus, lævis, striatus, parvus, bipartibilis.

Sem. duo, hinc convexa, striata; inde plana.

Obs. A. coptici *fructus muricatus*. *Lin.* R.

468. BUNIUM. † Bulbocastanum. *Tournef.* 161.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, radiis viginti pauciioribus. *Partialis* brevissima, conferta.

Involucrum universale polyphyllum, lineare, breve. *Partiale* setaceum, longitudine umbellulæ.

Perianthium proprium vix manifestum.

Cor. *universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, corolla breviora, simplicia. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc convexa, inde plana.

469. CONIUM. * Cicuta. *Tournef.* 160. *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella universalis* radiis pluribus patentibus. *Partialis* consimilis.

Involucrum universale polyphyllum, brevissimum, inæquale. *Partiale* dimidiatum, triphyllum.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *universalis* uniformis.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* subglobosus, quinquestriatus: striis crenatis, bipartibilis.

Sem. duo, hinc convexa, fere hemiſphærica, ſtriata, inde plana.
Obs. C. rigentis *ſemina muricata*. R.

470. SELINUM. * — *Gærtn.* 21. Thyſſelinum *T.*

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, plano-patens: *Partialis* conſimilis.
Involucrum univerſale polyphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, reflexis: *Partiale* conſimile, patens, longitudine corollulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, cordatis, æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Fructus* compreſſo-planus, ovali-oblongus, utrinque in medio ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovali-oblonga, utrinque plana, medio ſtriata, lateribus membranaceis.
Obs. Semina *figura*, involucra *numero foliolorum variant*. R.

471. ATHAMANTA. * Oreoſelinum *Tourneſ.* 169.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, patens: *Partialis* parcior.
Involucrum univerſale polyphyllum, lineare, radiis paulo brevius: *Partiale* lineare, radiis æqualibus.
Perianthium proprium obſoletum.
Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, inflexo-emarginatis, parum inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, diſtantes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

472. PEUCEDANUM. * *Tourneſ.* 169. — *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, longiſſima, tenuis: *Partialis* patens.

Involucrum universale polyphyllum, lineare, parvum, reflexum: *Partiale* minus.

Perianthium proprium quinquedentatum, minimum.

Cor. *universalis* uniformis: *Flosculi* disci abortivi.

Propria Petalis quinque, æqualibus, oblongis, incurvis, integris.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, ala cinctus, utrinque striatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovato-oblonga, compressa, hinc convexiora, striis tribus elevatis notata, margine membrana lata integra cincta, apice emarginata.

473. CRITHMUM. * *Tournef.* 169.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, hemisphærica: *Partialis* consimilis.

Involucrum universale polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtusis, reflexis: *Partiale* lanceolato-lineare, longitudine umbellulæ.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *universalis* uniformis: *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, ovatis, inflexis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, corolla longiora. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* ovalis, compressus, bipartibilis.

Sem. duo. elliptica, compresso-plana, hinc striata.

474. CACHRYS. * *Tournef.* 172.

Cal. *Umbella universalis* multiplex: *Partialis* consimilis.

Involucrum universale polyphyllum, lineari-lanceolatum: *Partiale* consimile.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *universalis* uniformis: *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, lanceolatis, erectiusculis, æqualibus, planiusculis.

Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Styli* duo, simplices, longitudine corollæ. *Stigmata* capitata.

Per. *Fructus* subovatus, angulatus, obtusus, maximus, suberoso-corticatus, bipartibilis.

Sem. duo, maxima, hinc convexiſſima, inde plana; fungoſa, fœta *Nucleis* ſolitariis, ovato-oblongis.

475. FERULA. * *Tournef.* 170.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, globoſa: *Partialis* conſimilis.

Involucrum univerſale caducum: *Partiale* polyphyllum, lineare, parvum.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, oblongis, rectiuſculis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Fructus* ovalis, plano-compreſſus, utrinque tribus lineis elevatis notatus, bipartibilis.

Sem. duo, maxima, elliptica, utrinque plana, tribus ſtriis diſtinctis notata.

Obs. *Pedunculus umbellæ primariæ pedunculos laterales oppoſitos admittit.*

476. LASERPITIUM. * *Tournef.* 172.

Cal. *Umbella univerſalis* maxima, radiorum viginti ad quadraginta: *Partialis* radiis plurimis, plana.

Involucrum univerſale polyphyllum, parvum: *Partiale* polyphyllum, parvum.

Perianthium proprium quinquedentatum, obſoletum.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, inflexo-emarginatis, ſubæqualibus, patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſetoſa, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* duo, craſſiuſculi, acuminati, diſtantes. *Stigmata* obtuſa, patentia.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, membranis octo longitudinalibus angulatus, bipartibilis.

Sem. duo, maxima, oblonga, ſemi-cylindracea, hinc plana, inde margine & dorſo membranis (ſimul quatuor) inſtructa.

Obs. L. Sileris *ſemina ſulcata absque membranulis.* R.

477. HERACLEUM. * Sphondylium. *Tournef.* 170. *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, maxima: *Partialis* plana.

Involucrum universale polyphyllum, caducum: *Partiale* extrorsum dimidiatum: *foliolis* tribus ad septem, lineari-lanceolatis; *exterioribus* longioribus.

Perianthium obsoletum.

Cor. *universalis* difformis, radiata: *Flosculi* fertiles plerumque omnes.

Propria disci æqualis, pentapetala: *Petalis* inflexo-uncinatis, emarginatis.

Propr. radii inæqualis, pentapetala: *Petalis* exterioribus majoribus, magisque bifidis, oblongis, uncinatis.

Stam. *Filamenta* quinque, corollulis longiora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* subovatum, inferum. *Styli* duo, approximati, breves. *Stigmata* simplicia.

Per. nullum. *Fructus* ellipticus, compressus, emarginatus, in medio utrinque striatus, marginatus.

Sem. duo, ovata, compresso foliacea.

Obs. Heraclei *speciebus aliis flosculi radiantes feminei fertiles sunt; disci masculi abortientes, stigmatibus destituti.*

Sphondylium T. 1, 2, *hermaphroditum est ubique, & involucrum interdum deficit omne.*

H. angustifolio *flores uniformes.* R.

478. LIGUSTICUM. * *Tourn.* 171. Cicutaria *Tourn.* 171.

Cal. *Umbella universalis* multiplex: *Partialis* multiplex.

Involucrum universale membranaceum, heptaphyllum, inæquale: *Partiale* vix tetraphyllum, membranaceum.

Perianthium proprium quinquedentatum, obsoletum.

Cor. *universalis* uniformis: *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, æqualibus, involutis, planis, integris, introrsum carinatis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, approximati. *Stigmata* simplicia.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, angulatus, quinquesulcatus, utrinque bipartibilis.

Sem. duo, oblonga, glabra, hinc striis quinque elevatis notata, inde plana.

Obs. Flosculi *& masculi observantur.* R.

479. ANGELICA. *

Cal. *Umbella universalis* multiplex, subrotunda; *Partialis* florens exacte globosa.

Involucrum univerſale tri-vel-pentaphyllum, parvum: *Partiale* parvum, octophyllum.

Perianthium proprium quinquedentatum, vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.

Partialis Petalis quinque, æqualibus, lanceolatis, planiuſculis, incurvis, caducis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corolla longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* inferum. *Stili* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, angulatus, ſolidus, bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc plana, margine cincta; inde convexa, tribus lineis exarata.

480. SIUM. * *Tournef.* 162. *Gærtn.* 23. Siſarum *Tournef.* 163.

Cal. *Umbella univerſalis* varia in diverſis: *Partialis* patens, plana.

Involucrum univerſale polyphyllum, reflexum, umbella brevius: *foliolis* lanceolatis: *Partiale* polyphyllum, lineare, parvum.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* minimum, inferum. *Stili* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ſubovatus, ſtriatus, parvus, bipartibilis.

Sem. duo, ſubovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.

481. SISON. *

Cal. *Umbella univerſalis* radiis ſex paucioribus, inæqualibus. *Partialis* radiis decem paucioribus, inæqualibus.

Involucrum univerſale ſubtetraphyllum, inæquale: *Partiale* conſimile.

Perianthium vix manifeſtum.

Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.

Propria æqualis: Petalis quinque, lanceolatis, inflexis, planiuſculis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubovatum, inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc covexa ſtriata, inde plana.

482. BUBON. * — *Gærtn* 23.

Cal. *Umbella univerſalis* radiorum circiter decem: *mediis* brevioribus. *Partialis* radiis quindecim, usque ad viginti.
Involucrum univerſale pentaphyllum: *foliolis* lanceolato-acuminatis, patulis, æqualibus, umbella longe brevioribus, perſiſtentibus. *Partiale* foliolis paulo pluribus, conformibus, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium quinquedentatum, minimum, perſiſtens.
Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, lanceolatis, inflexis.
Stam. *Filamenta* quinque. ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Styli* duo, ſetacei, perſiſtentes, longitudine vix corollulæ, reflexo-patentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſtriatus, villoſus, bipartibilis, coronatus.
Sem. duo, ovata, inde plana, hinc convexa, ſtriata, villoſa.
Obs. Bubon Galbanum *involucris polyphyllis inſtruitur*. R.

483. CUMINUM. * *Tournef.* — *Gærtn.* 23.

Cal. *Umbella univerſalis* partialesque ſæpius quadripartitæ.
Involucrum univerſale foliolis totidem, longiſſimis, integerrimis: quibusdam trifidis. *Partiale* conſimile.
Perianthium proprium vix manifeſtum. *Floſculi* omnes fertiles.
Cor. *univerſalis* uniformis.
Propria Petalis quinque, inflexo-emarginatis, ſubinæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, flore majus, inferum. *Styli* duo, minimi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſtriatus.
Sem. duo, ovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.

484. OENANTHE. * *Tournef.* 166. — *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis paucioribus: *Partialis* congeſta radiis pluribus, breviſſimis, ut ſæpe nullis.

Involucrum univerſale polyphyllum, ſimplex, umbella brevius: *Partiale* polyphyllum, parvum.
Perianthium proprium quinquedentatum, ſubulatum, perſiſtens.
Cor. *univerſalis* difformis, radiata. *Floſculi* radii abortivi.
Propria diſci hermaphrodita, Petalis quinque, inflexo-cordatis, ſubæqualibus.
Propr. radii maſcula, Petalis quinque, maximis, inæqualibus, inflexo-bifidis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſubulati, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ſubovatus, perianthio & piſtillo coronatus, bipartibilis.
Sem. duo, ſubovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana, apice dentato.
Obs. Perianthium *in hoc genere, magis quam in reliquis, manifeſtum.*

485. PHELLANDRIUM. * *Tourneſ.* 161.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex. *Partialis* conſimilis.
Involucrum univerſale nullum. *Partiale* heptaphyllum: *foliolis* acutis, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *univerſalis* fere uniformis. *Floſculi* omnes fertiles, diſci minores.
Propria inæqualis, *Petalis* quinque acuminatis, cordato-inflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſubulati, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, lævis, coronatus perianthio & piſtillis, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, glabra.

486. CICUTA. *

Cal. *Umbella univerſalis* ſubrotunda: radiis plurimis, æqualibus. *Partialis* ſubrotunda, radiis plurimis, æqualibus, ſetaceis.
Involucrum univerſale nullum. *Partiale* polyphyllum: *foliolis* ſetoſis, brevibus.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, ovatis, inflexis, ſubæqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, filiformes, corolla longiores, perſiſtentes. *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Fructus* ſubovatus, ſulcatus, bipartibilis.
SEM. duo, ſubovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.

487. ÆTHUSA. * *Gærtn.* 22. Meum *Tournef.* 165. *Gærtn.* 23.

CAL. *Umbella univerſalis* patens, *radiis* interioribus per gradus brevioribus, intimis breviſſimis. *Partialis* parva, patens.
Involucrum univerſale nullum. *Partiale* dimidiatum, extus poſitum: *foliolis* tribus ſ. quinque longiſſimis, linearibus, pendulis.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *univerſalis* ſubuniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Partialis Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum. *Fructus* ovato-ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis:
SEM. duo, ſubrotunda, ſtriata, inde ad tertiam partem plana.

488. CORIANDRUM. * *Tournef.* 168. *Gærtn.* 22.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis paucis: *Partialis* radiis pluribus.
Involucrum univerſale vix monophyllum. *Partiale* triphyllum, dimidiatum, lineare.
Perianthium proprium quinquedentatum, exſertum.
COR. *univerſalis* difformis, radiata. *Floſculi diſci* abortivi.
Propria diſci hermaphrodita. *Petalis* quinque, inflexo-emarginatis æqualibus.
Propria radii hermaphrodita: *Petalis* quinque inflexo-cordatis, inæqualibus, quorum *extimum* maximum, bipartitum; lateralia vero proxima lacinia maxima gaudent.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, diſtantes. *Stigmata* radii capitata.
PER. nullum. *Fructus* ſphæricus, bipartibilis.

Sem. duo, hemiſphærica, concava.

Obs. C. teſticulatum *forte diverſi generis planta, cum Involucrum univerſale monophyllum, partiale nullum. Corolla univerſalis uniformis. Fructus didymus.*

489. SCANDIX. * *Tournef.* 173. Chærophyllum *Gærtn.* 23.

Cal. *Umbella univerſalis* longa, *radiis* paucis: *Partialis* copioſior.

Involucrum univerſale nullum: *Partiale* pentaphyllum, longitudine umbellulæ.

Perianthium proprium obſoletum.

Cor. *univerſalis* difformis, radiata: *Floſculi diſci* abortivi.

Propria Petalis quinque, inflexo-emarginatis: *intimis* minoribus; *extimo* majori.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, ſubulati, longitudine minimi petali, diſtantes, perſiſtentes. *Stigmata* floſculis radiantibus obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* longiſſimus, ſubulatus, bipartibilis.

Sem. duo, ſubulata, hinc convexa ſulcata, inde plana.

Obs. *Floſculi diſci abortiunt* in quibusdam.

Pectini veneris ſemina *filiformia*, *baſi nucleum condentia.*

Cerefolio *Riv.* ſemina *ovato-ſubulata*, *ſtriata.* Involucrum *viride*, *perſiſtens.* Floſculi *omnes Hermaphroditi.*

Odoratæ Semina *angulata.* Involucrum *caducum.*

Obs. Involucella *numero foliorum variant.* R.

490. CHÆROPHYLLUM. * Chærophylli ſpecies *Tournef.* 166. Myrrhis *Gærtn.* 23.

Cal. *Umbella univerſalis* patens: *Partialis* radiorum numero fere par.

Involucrum univerſale nullum. *Partiale* ſubpentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, concavis, reflexis, longitudine fere umbellulæ.

Perianthium proprium obſoletum.

Cor. *univerſalis* ſubuniformis. *Floſculi diſci* abortivi.

Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis: mucrone inflexo, planiuſculis; *exterioribus* paulo majoribus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine umbellulæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, acuminatus, lævis, bipartibilis.

Sem.

Sem. duo, oblonga, ſuperne attenuata, hinc convexa, inde plana.

Obs. *Semina diſci ſæpe abortiunt.* Fructus *figura variat.*

491. IMPERATORIA. * — *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella univerſalis* expanſo-plana : *Partialis* inæqualis.
Involucrum univerſale nullum : *Partiale* foliolo uno alterove, tenuiſſimum, longitudine fere umbellulæ.
Perianthium proprium obſoletum.

Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, inflexo-emarginatis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, medio gibbus, marginatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc ſulcis duobus exarata, *margine* lato cincta.

492. SESELI. * *Boerh.* 1. *p.* 50.

Cal. *Umbella univerſalis* rigida: *Partialis* breviſſima, multiplex, globoſa.
Involucrum univerſale nullum : *Partiale* foliolo uno alterove, lineare, acuminatum, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, planiuſcula.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, diſtantes. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, parvus, ſtriatus. bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.

493. THAPSIA. * *Tourneſ.* 171. — *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella univerſalis* magna, circiter viginti radiorum, longitudinis fere æqualis : *Partialis* radiis totidem, fere æqualibus.
Involucrum univerſale nullum. *Partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, lanceolatis, incurvis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, breves. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, membrana longitudinaliter cinctus, bipartibilis.

Sem. duo, maxima, oblonga, convexa, utrinque acuminata, *margine* utrinque plano integro magnoque cincta, qui apice & basi emarginatus est.

Obs. T. trifoliatæ *fructus Selini carvifoliæ f. Monnieri*, *sed Involucra nulla.* R.

494. PASTINACA. * *Tourn.* 170. — *Gærtn.* 21.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, plana: *Partialis* multiplex.

Involucrum universale nullum: *Partiale* nullum.

Perianthium proprium obsoletum.

Cor. *universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles.

Propria petalis quinque, lanceolatis, involutis, integris.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.

Per. nullum. *Fructus* compresso-planus, ellipticus, bipartibilis.

Sem. duo, elliptica, margine cincta, utrinque fere plana.

495. SMYRNIUM. * *Tourn.* 168. — *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella universalis* inæqualis, in dies major evadens: *Partialis* erecta.

Involucrum universale nullum: *Partiale* nullum.

Perianthium proprium vix manifestum.

Cor. *universalis* uniformis. *Flosculi disci* abortivi.

Propria Petalis quinque, lanceolatis, leviter inflexis, carinatis.

Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, simplices. *Stigmata* duo, simplicia.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, striatus, bipartibilis.

Sem. duo, lunulata, hinc convexa, tribus angulis notata, inde plana.

496. ANETHUM. * *Tournef.* 169. — *Gærtn.* 21. Fœniculum *Tourn.* 164. *Gærtn.* 23.

Cal. *Umbella universalis* multiplex: *Partialis* multiplex.

Involucrum universale nullum: *Partiale* nullum.

Perianthium proprium obsoletum.

Cor. *universalis* uniformis. *Flosculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, involutis, integris, brevissimis.

Stam. *Filamenta* quinque capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, approximati, obſoleti. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ſubovatus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ſubovata, marginata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.
Obs. Anethi *T. Semina margine membranaceo cincta ſunt.*
Fæniculi *T. Semina margine membranaceo deſtituta ſunt.*

497. CARUM. * *Gærtn.* 23 Carui *Tourn.* 160.

Cal. *Umbella univerſalis* longa, *radiis* decem, ſæpius inæqualibus: *Partialis* conferta.
Involucrum univerſale ſæpe monophyllum: *Partiale* nullum.
Perianthium vix manifeſtum.
Cor. *univerſalis* uniformis. *Floſculi diſci* abortivi.
Propria inæqualis: *Petalis* quinque, inæqualibus, obtuſis, carinatis, inflexo-emarginatis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ, caduca. *Antheræ* ſubrotundæ, minimæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, minimi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, hinc convexa, ovato-oblonga, ſtriata, inde plana.
Obs. *Floſculi in diſco nonnulli neutri ſunt.*

498. PIMPINELLA. * Tragoſelinum *Tournef.* 163.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis pluribus: *Partialis* radiis adhuc pluribus.
Involucrum univerſale nullum: *Partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* ſubuniformis. *Floſculi* omnes fertiles.
Propria Petalis quinque, inflexo-cordatis, ſubæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corollula longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, breviſſimi. *Stigmata* ſubgloboſa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, bipartibilis.
Sem. duo, oblonga, verſus apicem anguſtiora, hinc convexa ſtriata, inde plana.
Obs. P. dichotomæ *fructus ſubgloboſus.*
P. dioicæ (*olim Seſeli pumilum*) *petala non emarginata;*

Flores *maſculi & hermaphroditi, in diſtinctis individuis. R.*

499. APIUM. * *Tournef.* 160. — *Gærtn.* 22.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis paucioribus: *Partialis* radiis pluribus.

Involucrum univerſale parvum, unico vel pluribus foliolis: *Partiale* conſimile.

Perianthium proprium obſoletum.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* fere omnes fertiles.

Propria Petalis ſubrotundis, inflexis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſtriatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc ſtriata, inde plana.

Obs. A. Petroſelinum *involucellis minutis inſtruitur.*

500. ÆGOPODIUM. *

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, convexa: *Partialis* conſimilis, plana.

Involucrum univerſale nullum. *Partiale* nullum.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *Floſculi* omnes fertiles.

Propria Petalis quinque, obovatis, concavis, inflexis apice, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corolla duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſimplices, erecti, longitudine corollulæ. *Stigmata* capitata.

Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

III. TRIGYNIA.

* 501. SEMECARPUS. *Linn. ſuppl.* 25. Anacardium *Gærtn.* 40.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, inferum, ſemiquinquefidum: *laciniis* cordatis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, marginata, obtuſa, calyce majora.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſuperum, depreſſo-globoſum. *Styli* tres, re-

curvati, germini incumbentes eoque breviores. *Stigmata* clavata, retuſa.

Per. *Drupa* cordato-oblonga, compreſſiuſcula, inæqualis; *pulpa* celluloſa, ſuccoſa.

Sem. *Nux* unica.

502. RHUS. * *Tournef.* 381. *Gærtn.* 44. Toxicodendron *Tournef.* 381. Cotinus *Tournef.* 320.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, inferum, erectum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ovata, erecto-patentia.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* parvæ, corolla breviores.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, magnitudine corollæ. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, cordata, parva.

Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.

Sem. unicum, ſubrotundum, oſſeum.

Obs. Rhus T. *Bacca villoſa, nucleo globoſo.*

Toxicodendron. *Bacca glabra, ſtriata: nucleo compreſſo ſulcato.*

R. Vernix, radicans & Toxicodendron *ſunt plantæ dioicæ.*

503. VIBURNUM. * *Tournef.* 377. *Vaill. A. G.* 1722. Tinus. *Tournef.* 377. *Vaill. A. G.* 1722. Opulus. *Tournef.* 376. *Vaill. A. G.* 1722. *Gærtn.* 27.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, ſuperum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, quinquefida: *laciniis* obtuſis, reflexis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollæ longitudine. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula turbinata. *Stigmata* tria.

Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.

Sem. unicum, oſſeum, ſubrotundum.

504. CASSINE. * Maurocenia *edit.* 1.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, inferum, minimum, obtuſum, perſiſtens.

Cor. quinquepartita, patens: *laciniis* ſubovatis, obtuſis, calyce majoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, patentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſuperum, conicum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, reflexa, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis, ſtigmatibus umbilicata.
Sem. ſolitaria, ſubovata.
Obs. Corolla *pentapetala dicitur in Syſt. nat. p.* 219. R.

505. SAMBUCUS *Tournef. 376. Vaill. A. G. 1722. — Gærtn. 27.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, quinquepartitum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotato-concava, quinquefida, obtuſa: *laciniis* reflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum, ovatum, obtuſum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula ventricoſa. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. tria, hinc convexa, inde angulata.

† 506. SPATHELIA. — *Gærtn.* 58. Spathe *Brown.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, coloratis.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, æqualia.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, adſcendentia, baſi dente notata. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ovatum, ſtaminibus brevius. *Styli* tres *G. Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* oblonga, trigona, trialata, trilocularis. Loculamenta canali laterali reſinifero ſtipata. *Gærtn.*
Sem. ſolitaria, oblonga, triquetra.

507. STAPHYLÆA. * — *Gærtn.* 69. Staphylodendron. *Tournef.* 386.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, ſubrotundum, coloratum, magnitudine ferme corollæ.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, erecta, calyci ſimilia.
Nectarium e receptaculo fructificationis, in fundo floris, concavum, urceolatum.

Stam. *Filamenta* quinque, oblonga, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* craſſiuſculum, tripartitum. *Styli* tres, ſimplices, ſtaminibus paulo longiores. *Stigmata* obtuſa, contigua.

Per. *Capſulæ* tres, inflatæ, flaccidæ, longitudinaliter ſutura coalitæ, apicibus acuminatis introrſum dehiſcentibus.

Sem. bina, oſſea, globoſa, acumine obliquo & fovea orbiculata ad latus apicis.

Obs. S. pinnatæ *numerus ternarius Piſtilli & Pericarpii evadit binarius.*

* 508. CURTISIA. *Schreb.*

Cal. *Perianthium* quinquefidum, minimum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, acutis, patulis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, reflexa, obtuſiuſcula, infra apicem excavata, craſſiuſcula margine tenuiore cincta.

Nectarium Glandula annularis, ſubtriloba, carnoſa.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, inferne planiuſcula, erecta, corolla paulo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.

Pist. *Germina* tria, nectario inſidentia, extrorſum gibba. *Styli* breves. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſulæ ?* tres, approximatæ, ſubgloboſæ, introrſum compreſſæ, nectarii nunc majoris, trilobi lobis inſidentes, uniloculares, interne dehiſcentes?

Sem. bina, hinc convexa, inde compreſſo-angulata.

509. PASSIFLORA. * Granadilla *Tournef.* 124. *Dill. elth.* 137. 138. — *Gærtn.* 60. Murucuja *Tournef.* 125.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, planum, coloratum, petalis conforme.

Cor. *Petala* quinque, ſemilanceolata, plana, obtuſa, magnitudine & figura calycis.

Nectarium Corona triplex: *exterior* longior, intra petala ſtylum cingens, ſuperne magis coarctata.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, ad baſin germinis columnæ annexa, patentia. *Antheræ* incumbentes, oblongæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, apici *Columnæ* cylindraceæ, rectæ, inſidens. *Styli* tres, ſuperne craſſiores, patuli. *Stigmata* capitata.

Per. *Bacca* carnoſa, ſubovata, unilocularis, pedicellata.
Sem. plurima, ovata, arillata. *Receptaculum* ſeminum triplex, cortici pericarpii longitudinaliter adnatum.
Obs. Granadillæ *T. Nectarium fibris in orbem poſitis.*
Murucujæ *T. Nectarium membrana conica truncata, conſtat.*
Paſſiflora ſuberoſa *apetala eſt.*

510. TAMARIX. * — *Gærtn.* 61. Tamariſcus. *Tournef.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, obtuſum, erectum, perſiſtens, corolla dimidio brevius.
Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, obtuſa, patentia.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, oblonga, revoluta, plumoſa.
Per. *Capſula* oblonga, acuminata, triquetra, calyce longior, unilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, minima, pappoſa.
Obs. T. germanica *ſtaminibus decem, quorum alterna exteriora breviora; omnia baſi connata.*

511. XYLOPHYLLA. † Phyllanthus *Brown. jam.* 188.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, coloratum: *laciniis* ovatis.
Cor. nulla (*niſi calyx dicatur.*)
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* [flore] breviores.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, breves. *Stigmata* lacera.
Per. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis.
Sem. bina.
Obs. *An ſexus in his ſeparatio? ipſe flores non vidi.*

* 512. REICHELIA. Sagona *Aubl.* 111.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, acutis.
Cor. monopetala, campanulata, calyce brevior, quinquefida: *laciniis* latis, acutis, patulis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſetacea, corollæ baſi inſerta, eaque paulo longiora. *Antheræ* lineares, utrinque bifidæ & recurvæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Styli* tres, ſetacei. *Stigmata* capitata.

Per. *Capſula* ſubtrigona, trilocularis, circumſciſſa.
Sem. plurima, minuta. *Receptaculum* globoſum, maximum.

* 513. SALMASIA. Tachibota *Aubl.* 112.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, unguiculata, receptaculo inſerta, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* trigonum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria.
Per. *Capſula* trigona, trilocularis, trivalvis. *Diſſepimenta* valvulis contraria.
Sem. plurima, minuta.

514. TURNERA. * *Plum.* 12. — *Gærtn.* 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, deciduum. *Tubus* oblongus, erectus, cylindraceo-angulatus. *Limbus* erectus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, longitudine tubi.
Cor. *Petala* quinque, obcordata, acuminata, plana, erecto-patentia: *unguibus* anguſtis, tubo calycis inſertis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora, tubo calycis inſerta. *Antheræ* acuminatæ, erectæ.
Pist. *Germen* conicum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capillaceo-multifida.
Per. *Capſula* ovata, unilocularis, trivalvis. *Receptacula* longitudinaliter valvis annexa, linearia.
Sem. plurima, oblonga, obtuſa.

515. TELEPHIUM. * *Tournef.* 128.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtuſis, concavis, carinatis, longitudine corollæ, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, inferne anguſtiora, erecta, receptaculo inſerta.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum, acutum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, acuta, patentia.
Per. *Capſula* brevis, triquetra, trivalvis, unilocularis. *Receptaculum* liberum, capſula dimidio brevius.
Sem. plurima, ſubrotunda.

516. CORRIGIOLA. * — *Gærtn.* 75. Polygonifolia *Dill. gen.* 3.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum : *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, magnitudine corollæ, margine membranaceis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, patentia, vix calyce majora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, parva. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, trigonum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. unicum, ovatum, triquetrum.

517. PHARNACEUM. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum : *foliolis* ſubovatis, concavis, patentibus, æqualibus, perſiſtentibus, intus coloratis, margine tenui.
Cor. nulla; hinc *calycis* margo tenuis & calyx interne coloratus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* baſi bifidæ.
Pist. *Germen* ovatum, trigonum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, obſolete trigona, tecta, trilocularis, trivalvis.
Sem. numeroſa, nitida, orbiculata, depreſſa, margine acuto cincta.
Obs. P. molluginis *fructificationis partes differunt.* R.

518. ALSINE. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum : *foliolis* concavis, oblongis, acuminatis.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Styli* tres, filiformes. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, unilocularis, trivalvis, calyce tecta.
Sem. plurima, ſubrotunda.

519. DRYPIS. † *Mich.* 23. *Mygind. Jacq. vind.* 304.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* longitudine calycis, anguſti. *Limbus* planus: *Laminis* bipartitis: *laciniis* linearibus, obtuſis. *Faux* coronata denticulis duobus cujusvis petali.

Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices, oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* obovatum, compreſſum. *Styli* tres, ſimplices, patuli. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubrotunda, tecta calyce, unilocularis, parva, circumſciſſa.

Sem. unicum, reniforme, nitidum.

520. BASELLA. *

Cal. nullus.

Cor. ſeptemfida, urceolata: *laciniis* duabus exterioribus latioribus, una intra reliquas, ſuperne connivens, baſi carnoſa.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, æqualia, corollæ adnata, eaque paulo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* oblonga, a latere altero apicum ſtylorum.

Per. *Corolla* perſiſtens, clauſa, carnoſa, baccam mentiens.

Sem. unicum, ſubrotundum.

521. SAROTHRA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis.

Cor. *Petala* quinque (ſæpius,) lanceolato-linearia, obtuſa, patula, calyce paulo longiora, decidua.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, filiformes, longitudine germinis. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* oblonga, acuta, unilocularis, trivalvis, colorata.

Sem. plurima, reniformia, minima.

* 522. PORTULACARIA. *Jacq. coll.* 1. *p.* 160.

Cal. *Perianthium* diphyllum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, patentiſſimis, oppoſitis.

Cor. *Petala* quinque, obovata, obtuſa, integerrima, ſuperne concava, baſi lateribus mutuo incumbentibus plana, patentiſſima, calyce fere triplo longiora, perſiſtentia.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, breviſſima, erecta, ad

duo germinis latera gemina, tertio ſolitario. *Antheræ* erectæ, ovatæ.

Pist. *Germen* trigonum, ſuperum, longitudine petalorum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, patentiſſima, apice adſcendentia, ſupra muricata.

Per. nullum. Calyx & Corolla, nunc erecta, baſin ſeminis arcte amplexantur.

Sem. unicum, ovato-oblongum, obtuſum, alato-triquetrum.

IV. TETRAGYNIA.

523. PARNASSIA. * *Tournef.* — *Gærtn.* 60.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, ſtriata, concava, patentia. *Nectaria* quinque: *ſingulum* ſquama cordata, concava, radiis 13. per marginem gradatim altioribus inſtructa, quibus ſingulis globus inſidet. (f. tripartitum: radiis æqualibus, globuliferis.)

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* depreſſæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus, cujus loco foramen. *Stigmata* quatuor, obtuſa, perſiſtentia, in fructu majora.

Per. *Capſula* tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis. *Receptaculum* quadruplex, valvulis adnatum.

Sem. plurima, oblonga.

Obs. Eſſentialis character e *Nectario facillime colligitur.*

524. EVOLVULUS. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, rotata, quinquefida.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, patentia, longitudine fere corollæ. *Antheræ* oblongiuſculæ.

Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* quatuor, capillares, divergentes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubgloboſa, quadrilocularis, quadrivalvis.

Obs. *Convolvuli Affinis.*

E. linifolius *characterem præbuit.*

V. PENTAGYNIA

525. ARALIA. * *Tournef.* 154.

Cal. *Involucrum* minimum umbellulæ globoſæ.

Perianthium quinquedentatum, minimum, ſuperum.
Cor. *Petala* quinque, ovata, acuta, ſeſſilia, reflexa.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* quinque, breviſſimi, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* ſubrotunda, ſtriata, coronata, quinquelocularis.
Sem. ſolitaria, dura, oblonga.

* 526. GLOSSOPETALUM. Goupia *Aubl.* 116.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia, acuta; ſingulo petalo apice adnexa eſt *ligula* lineari-lanceolata, truncata, fere longitudine petali, eidemque incumbens.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, cinctum *Glandula*, petala & ſtamina proferente. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque, acuta.
Per. *Bacca* ſubrotunda, quinqueſulcata, unilocularis.
Sem. quinque, angulata.

527. STATICE. * *Tournef.* 177. – *Gærtn.* 44. Limonium *Tournef.* 177.

Cal. *Perianthium commune* diverſæ in diverſis ſtructuræ.
Perianthium proprium monophyllum, infundibuliforme: *Tubo* anguſtato: *Limbo* integro, plicato, ſcarioſo.
Cor. infundibuliformis. *Petala* quinque, baſi coalita, inferne anguſtata, ſuperne latiora, obtuſa, patentia.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora, unguibus corollæ inſerta. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* minutiſſimum. *Styli* quinque, filiformes, diſtantes. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* oblonga, teretiuſcula, membranacea, quinquecuſpidata, unilocularis, evalvis. *Gærtn. Calyx proprius* collo coarctatus, limbo expanſus, ſemen fovens.
Sem. unicum, oblongum, e longo funiculo pendulum. *Gærtn.*
Obs. Statice *auctorum* calyce communi *triplici; florem ſubrotundum componit.*
Limonium *auctorum* calyce communi *imbricato floſculos ſerie oblonga exhibet.*
S. monopetala *genere diſtingui non debet, cum in penta-*

petalis filamenta ſtaminum ipſis unguibus petalorum inſerta ſunt.

528. LINUM. * *Tournef.* 176. Radiola *Dill. gen.* 7. Chamælinum. *Vaill. B. P.* 4. *f.* 6. Linocarpon *Mich.* 21.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, lanceolatum, erectum, parvum, perſiſtens.

Cor. infundibuliformis. *Petala* quinque, oblonga, ſuperne ſenſim latiora, obtuſa, patentiora, magna.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine calycis. (Rudimenta inſuper 5. alternantia.) *Antheræ* ſimplices, ſagittatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

Per. *Capſula* globoſa, rude pentagona, decemlocularis, quinquevaluis.

Sem. ſolitaria, ovato-planiuſcula, acuminata, glabra.

Obs. Radiolæ *quinta pars numeri eximitur.*

529. ALDROVANDA. † *Mont. A. Bonon.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, æquale, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, acuminata, longitudine calycis, perſiſtentia.

Stam. *Filamenta* quinque, longitudine floris. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* globoſum. *Styli* quinque, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* globoſa, obſolete pentagona, quinquevalvis-unilocularis.

Sem. decem, oblongiuſcula, interno pericarpii parieti affixa.

*530. BURCARDIA. *Scop.* Piriqueta *Aubl.* 117.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, externe villoſis, acutis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, obtuſa, patentia, longitudine fere calycis.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* trigonum. *Styli* quinque ſ. ſex, longi. *Stigmata* plana, latiuſcula, carnoſa, ſtriis quinque prominulis notata.

Per. *Capſula* triquetra, unilocularis, trivalvis. *Receptaculum*

lineare, ſingulæ valvæ medio ſecundum longitudinem annexum.

Sem. ſeptem vel octo, ſubovata, ſingulo receptaculo adhærentia.

Obs. *Capſula interdum tetragona eſt. Aubl.*

531. DROSERA. * — *Gærtn.* 61. Ros Solis *Tournef.* 127.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. infundibuliformis. *Petala* quinque, ſubovata, obtuſa, calyce paulo majora.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubovata, unilocularis, apice tri-ſ. quinquevalvis.

Sem. plurima, minima, ſubovata, ſcabra.

Obs. D. luſitanicæ *decem ſtamina ſunt.* R.

532. GISECKIA. *Koelreutera. *Murray. Comment. nov. Goett. tom. 3. t. 2. f. 1.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, margine ſcarioſis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi ovata, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, retuſum, quinquepartitum. *Styli* quinque, breves, recurvati. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſulæ* quinque, ſubrotundæ, compreſſiuſculæ, ſcabræ, obtuſæ, approximatæ.

Sem. ſolitaria, ovata, glabra.

533. CRASSULA. * *Dill. elth.* 96.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum: *laciniis* lanceolatis, canaliculato-concavis, erectis, acutis, conniventibus in tubum, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, *unguibus* longis, linearibus, rectis, conniventibus, baſi connexis bracteis limbi ovatis, reflexo-patentibus.

Nectaria quinque: *ſingulum* ſquamula minima, emarginata, baſi germinis extrorſum annexa.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine tubi, unguibus corollæ inſerta. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germina* quinque, oblonga, acuminata, desinentia in *Stylos* subulatos, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsulæ* quinque, oblongæ, acuminatæ, rectæ, compressæ, longitudinaliter introrsum dehiscentes.
Sem. plura, parva.
Obs. Sedo *affinis*, *sed diversa numero staminum.*

534. MAHERNIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, campanulatum: dentibus subulatis, longioribus; persistens.
Cor. *Petala* quinque, cordata, oblonga, patentia, calyce duplo longiora.
Nectaria quinque, obcordata, pedicellata, germen cingentia, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, nectario insidentia, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, erectæ.
Pist. *Germen* subpedicellatum, obovatum, quinquangulum. *Styli* quinque, setacei, erecti, longitudine petalorum. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* ovata, quinquelocularis, quinquevalvis.
Sem. nonnulla, reniformia.
Obs. Affinitas *summa Hermanniæ*, *sed Nectaria nequeunt eodem charactere combinari.*

* 535. COMMERSONIA. *Forst. gen. 22. Linn. suppl. 26.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis.
Cor. *Petala* quinque, linearia, basi utrinque lobo inflexo dilatata, patentia, calyce, cui inserta, breviora.
Nectarium quinquepartitum, intra stamina positum: *laciniis* lanceolatis, erectis, quam petala brevioribus; *corpuscula* quinque, filiformia, villosa, e divisuris emittens.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, ad bases petalorum. *Antheræ* subrotundæ, didymæ, parvæ.
Pist. *Germen* globosum, villosum: *torulis* quinque. *Styli* quinque, filiformes, approximati, breves. *Stigmata* globosa.
Per. *Capsula* globosa, dura, echinata *setis* longis, pilosis, quinquelocularis: *loculamentis* dispermis.
Sem. ovata.

536. SIBBALDIA. * *Fl. Lapp.* — *Gærtn. 73.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, semi-decemfidum, basi erecta: *laciniis* semilanceolatis, æqualibus, patentibus, alternis angustioribus, persistentibus.

Cor.

Cor. *Petala* quinque, ovata, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corolla breviora, calyci inserta. *Antheræ* parvæ, obtusæ.
Pist. *Germina* quinque, ovata, brevissima. *Styli* e medio latere germinum, longitudine staminum. *Stigmata* capitata.
Per. nullum. *Calyx* connivens, in sinu semina condens.
Sem. quinque, oblongiuscula.
Obs. *Pistillis valde raro duplicatis luxuriat in una eademque cum quinis planta.*

VI. DECAGYNIA.

*537 SCHEFFLERA. *Forst. gen.* 23.

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, superum, persistens: *laciniis* subulatis.
Cor. *Petala* quinque, oblonga.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, petalis vix longiora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* globoso-depressum, inferum. *Styli* octo s. decem, teretes, breves, persistentes. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* globoso-depressa, octo-s. decemlocularis.
Sem. solitaria, semicircularia, compressa.

VII. POLYGYNIA.

538. MYOSURUS. * — *Gærtn.* 74. Myosuros *Dill. gen.* 4.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* semilanceolatis, obtusis, reflexis, supra basin annexis, coloratis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, calyce breviora, minutissima, basi tubulata, oblique introrsum aperta.
Stam. *Filamenta* quinque, (vel plura,) longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germina* numerosa, receptaculo in formam conico-oblongam insidentia. *Styli* nulli. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Receptaculum* longissimum, styliforme, seminibus imbricatim dispositis tectum.
Sem. numerosa, oblonga, acuminata.
Obs. Numerus staminum *in hoc genere valde variat.*
Myosuri *summa est affinitas cum* Ranunculo.
Obs. Petala *in Syst. nat.* Nectaria *lingulata, petaliformia appellantur.* R.

Classis VI.

HEXANDRIA

I. MONOGYNIA.

539. *Urania.*
540. *Bromelia.*
541. *Tillandsia.*
542. *Burmannia.*
543. *Tradescantia.*
544. *Mnasium.*
545. *Pontederia.*
546. *Hæmanthus.*
547. *Galanthus.*
548. *Leucojum.*
549. *Tulbagia.*
550. *Narcissus.*
551. *Pancratium.*
552. *Massonia.*
553. *Crinum.*
554. *Amaryllis.*
555. *Bulbocodium.*
556. *Aphyllanthes.*
557. *Allium.*
558. *Lilium.*
559. *Fritillaria.*
560. *Uvularia.*
561. *Gloriosa.*
562. *Erythronium.*
563. *Tulipa.*
564. *Albuca.*
565. *Hypoxis.*
566. *Ornithogalum.*
567. *Scilla.*
568. *Cyanella.*
569. *Asphodelus.*
570. *Anthericum.*
571. *Leontice.*
572. *Pollia.*
573. *Asparagus.*
574. *Dracæna.*
575. *Convallaria.*
576. *Polianthes.*
577. *Hyacinthus.*
578. *Phormium.*
579. *Aletris.*
580. *Yucca.*
581. *Aloë.*
582. *Agave.*
583. *Alströmeria.*
584. *Gethyllis.*
585. *Hemerocallis.*
586. *Acorus.*
587. *Orontium.*
588. *Tacca.*
589. *Calamus.*
590. *Juncus.*
591. *Richardia.*
592. *Duroia.*
593. *Achras.*
594. *Prinos.*
595. *Berberis.*
596. *Nandina.*
597. *Lindera.*
598. *Enargea.*

599. *Capura.*
600. *Loranthus.*
601. *Hillia.*
602. *Iſertia.*
603. *Canarina.*
604. *Frankenia.*
605. *Peplis.*
606. *Gahnia.*
607. *Bambuſa.*
608. *Ehrharta.*

II. DIGYNIA.

609. *Oryza.*
610. *Nectris.*
611. *Falkia.*
612. *Atraphaxis.*

III. TRIGYNIA.

613. *Rumex.*
614. *Flagellaria.*
615. *Scheuchzeria.*
616. *Triglochin.*
617. *Wurmbea.*
618. *Melanthium.*
619. *Medeola.*
620. *Trillium.*
621. *Colchicum.*
622. *Helonias.*

IV. TETRAGYNIA.

623. *Petiveria.*

V. HEXAGYNIA.

624. *Damaſonium.*

VI. POLYGYNIA.

625. *Aliſma.*

HEXANDRIA

I. MONOGYNIA.

* 539. URANIA. Ravenala. *Adanſ.* 67. *Sonnerat ind.* 2. *t.* 124. 126.

Cal. *Spathæ communes* alternæ, ovato-lanceolatæ, concavæ, multifloræ. *Partiales* bivalves, lanceolato-lineares, longæ, canaliculatæ, coloratæ, acuminatæ, erectæ, perſiſtentes. *Perianthium* nullum.

Cor. *Petala* tria, oblonga, canaliculata, erecta, acuta, æqualia. *Nectarium* diphyllum: foliolo altero bifido. *Adanſ.*

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia. *Antheræ* lineares, longæ, erectæ, apice inclinatæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* ſtaminibus paulo longior. *Stigma* ſexfidum, connivens.

Per. *Capſula* oblonga, truncata, triquetra, trilocularis, apice trivalvis.

Sem. plurima, oblonga, in duas ſeries digeſta, *arillis* ſuccu-lentis, laciniatis, tecta.

540. BROMELIA. * *Plum.* 8. Pinguin. *Dill. elt.* 240. *Gærtn.* 11. Ananas *Tournef.* 426. 427. 428. Karatas *Plum.* 33.

Cal. *Perianthium* trigonum, parvum, ſuperum, perſiſtens: *laciniis* tribus, ovatis.

Cor. *Petala* tria, anguſto-lanceolata, erecta, calyce longiora. *Nectarium* ſupra baſin ſingulo petalo adnatum, connivens.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* erectæ, ſagittatæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trifidum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, umbilicata.

Sem. numeroſa, incumbentia, oblongiuſcula, obtuſa.

Obs. Bacca *trilocularis. Linn. ſyſt. p.* 259. R.

B. Pinguin *baccam unilocularem, ſeminaque pauca habet. Jacq. amer. p.* 91. R.

541. TILLANDSIA. † Caraguata *Plum.* 33. Renealmia *Plum.* 38.

Cal. *Perianthium* monophyllum, trifidum, oblongum, ere-

ctum, perſiſtens: *laciniis* oblongo-lanceolatis, acuminatis.

Cor. tubulata, monopetala. *Tubus* longus, ventricoſus. *Limbus* trifidus, obtuſus, erectus, parvus.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine tubi corollæ. *Antheræ* acutæ, in collo corollæ, incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum, utrinque acuminatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, obtuſum.

Per. *Capſula* longa, obtuſe trigona, acuminata, ſubunilocularis, trivalvis.

Sem. plura, pappo capillari longiſſimo affixa.

Caraguata Pl. *corolla trifida*, 1, 2, 3, 8.

Renealmia Pl. *corolla tripartita*, 4, 5, 6, 7.

542. BURMANNIA. †

Cal. *Perianthium* longum, monophyllum, priſmaticum, coloratum, angulis membranaceis tribus longitudinalibus: *ore* trifido parvo.

Cor. *Petala* tria, ovata, oblonga, minima, in ore calycis poſita, minutiſſima.

Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* in ore calycis, breviſſimæ, binæ ubique ſimul, mucrone reflexo diſtinctæ.

Pist. *Germen* cylindraceum, calyce dimidio brevius. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* tria, obtuſa, concava.

Per. *Capſula* calyce obtecta, cylindraceo-trigona, trilocularis, trivalvis, angulis dehiſcens.

Sem. numeroſa, minima.

543. TRADESCANTIA. * *Gærtn.* 15. Ephemerum *Tournef.* 193.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, orbiculata, plana, patentiſſima, magna, æqualia.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, longitudine calycis, erecta, villoſa: villis articulatis. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* ovatum, obtuſe trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trigonum, tubuloſum.

Per. *Capſula* ovata, calyce tecta, trilocularis, trivalvis.

Sem. pauca, anguloſa.

Obs. *Figura ſtyli variat.* R.

* 544. MNASIUM. Rapatea *Aubl.* 118.

CAL. *Spatha* bivalvis: *valvulis* ovatis, foliolo lineari, patulo terminatis.

Perianthium monophyllum, tripartitum: *laciniis* lanceolatis, concavis, acutis, marginatis.

COR. monopetala. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* tripartitus: *laciniis* lanceolatis, concavis, acutis.

STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima, tubo inſerta. *Antheræ* longæ, tetragonæ, *foliolo* ovato, excavato, acuto terminatæ.

PIST. *Germen* trilobum. *Stylus* longus, ſtriatus. *Stigmata* tria, in ſpiram convoluta.

PER. . .

SEM. . .

545. PONTEDERIA. † Michelia. *Houſt. Rel.* 8.

CAL. *Spatha* communis oblonga, latere dehiſcens.

COR. monopetala, bipartita, tubuloſa. *Labium ſuperius* reflum, tripartitum: exterius æquale. *Lab. inferius* reflexum, tripartitum: *laciniis* æqualibus.

STAM. *Filamenta* ſex, corollæ inſerta, quorum tria ſubulata, longiora, ori tubi corollæ; tria reliqua baſi ejusdem tubi inſerta. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* ſimplex, declinatus. *Stigma* craſſiuſculum.

PER. *Capſula* carnoſa, conica, apice lato inflexo, trilocularis, triangularis, triſulca.

SEM. ſubrotunda, plurima.

OBS. P. vaginalis *petala* 6, *ſtylum clavatum & germen ſuperum habet.* R.

P. haſtatæ *germen ſuperum*, *& corolla ſexpartita æqualis, eſt.* R.

546. HÆMANTHUS. * *Tournef.* 433. *Gærtn.* 11 Dracunculoides. *Boerh.* 11. 226.

CAL. *Involucrum* hexaphyllum, maximum, umbelluliferum: *foliolis* erectis, oblongis, perſiſtentibus.

COR. monopetala, erecta, ſexpartita: *laciniis* erectis, linearibus: *Tubo* breviſſimo, angulato.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, tubo corollæ inſerta, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.

PIST. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

PER. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis.

SEM. ſolitaria, triquetra.

547. GALANTHUS. *

Cal. *Spatha* oblonga, obtusa, compressa, latere plano dehiscens, marcescens.

Cor. *Petala* tria, oblonga, obtusa, concava, laxa, patula, æqualia.

Nectarium cylindraceum, triphyllum, petalis dimidio brevius: *foliolis* petaloideis, parallelis, emarginatis, obtusis.

Stam. *Filamenta* sex, capillaria, brevissima. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, in setam desinentes, conniventes.

Pist. *Germen* globosum, inferum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* simplex.

Per. *Capsula* ovali-globosa, obtuse trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, globosa.

548. LEUCOJUM. * Narcisso-Leucojum *Tournef.* 208. A. C. D. E. F.

Cal. *Spatha* oblonga, obtusa, compressa, latere plano dehiscens, marcescens.

Cor. campaniformi-patens. *Petala* sex, ovata, plana, basi coalita: apicibus crassiusculis, strictioribus.

Stam. *Filamenta* sex, setacea, brevissima. *Antheræ* oblongæ, obtusæ, quadrangulares, erectæ, distantes.

Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* clavatus, obtusus. *Stigma* setaceum, erectum, acutum, staminibus longius.

Per. *Capsula* turbinata, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, subrotunda.

Obs. Stylum *filiformem habet L. autumnale. Lin.* R.

549. TULBAGIA. † — *Gærtn.* 16.

Cal. *Spatha* bivalvis, oblonga, membranacea: *floribus* pedunculatis.

Cor. *Petala* sex, lanceolata, longitudine nectarii, insidentia tubo: tria in medio: tria pone limbum.

Nectarium monopetalum, cylindricum: Limbo sexpartito, subulato, patulo.

Stam. *Filamenta* sex, brevissima: 3 in fauce; 3 intra tubum. *Antheræ* oblongiusculæ, acutæ.

Pist. *Germen* superum, ovatum. *Stylus* cylindricus, brevis. *Stigma* turbinatum, cavum.

Per. *Capſula* ovata, ſubtrigona, trilocularis, trivalvis: *diſſepimento* valvulis contrario. *Gærtn.*

Sem. bina. G.

Obs. Cor. *monopetala*, *infundibuliformis*: *limbo ſexfido*. Nectarium *faucem coronans*, *triphyllum*: *foliolis bifidis*. *Gærtn.* — Narciſſis *aſſociari nequit*, *ob germen ſuperum*. Hyacintho *ſimilior corolla*.

550. NARCISSUS. * *Tournef.* 185.

Cal. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano dehiſcens, marceſcens.

Cor. *Petala* ſex, ovata, acuminata, plana, æqualia, tubo nectarii externe ſupra baſin inſerta.

Nectarium monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, limbo coloratum.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, tubo nectarii affixa, nectario breviora. *Antheræ* oblongiuſculæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, obtuſe triquetrum, inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* trifidum, concavum, obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſe trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, globoſa, appendiculata.

551. PANCRATIUM. * *Dill. elth.* 221. *f.* 289.

Cal. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano dehiſcens, marceſcens.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, plana, tubo nectarii externe ſupra baſin inſerta.

Nectarium monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, ſuperne coloratum: *ore* patente, duodecimfido.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, nectarii apicibus inſerta, eisque longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* obtuſe trigonum, inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, globoſa.

* 552. MASSONIA. *Thunberg. nov. gen.* 39.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, patentia, erecta, nectario externe impoſita, lanceolata, patentia, erecta.

Nectarium inferum, cylindricum, membranaceum, ſexſtriatum, ſexdentatum.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, incurvata, petalis paulo longiora, nectarii dentibus inſerta. *Antheræ* ovatæ, erectæ, flavæ.

Pist. *Germen* ſuperum (reſpectu nectarii.) *Stylus* ſubulatus, declinatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.

Per. *Capſula* triquetra, ſuperne incraſſata, obtuſa, glabra, trilocularis, trivalvis, angulis longitudinaliter dehiſcens.

Sem. plurima, angulato-globoſa, glabra.

553 CRINUM * — Bulbine *Gærtn.* 13.

Cal. *Involucrum* ſpathæforme, bifolium, oblongum, umbelluliferum, poſt dehiſcentiam reflexum.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* oblongus, cylindraceus, inflexus. *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* lanceolato linearibus, obtuſis, concavis, reflexis, quarum *tres alternæ* appendiculo uncinato diſtinctæ.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, e baſi limbi, longitudine limbi, conniventia. *Antheræ* oblongæ, lineares, aſſurgentes, incumbentes.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine floris. *Stigma* trifidum, minimum.

Per. *Capſula* ſubovata, trilocularis.

Sem. plura.

554. AMARYLLIS. * Lilio-Narciſſus *Tournef.* 207.

Cal. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, emarginata, latere plano dehiſcens, marceſcens.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata.

Nectarium ſquamis ſex, extra baſin filamentorum, breviſſimis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſulcatum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ferme & ſitu ſtaminum. *Stigma* trifidum, tenue.

Per. *Capſula* ſubovata, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura.

Obs. *Inflexio petalorum, ſtaminum & piſtilli in hoc genere admodum diverſa eſt.*

555. BULBOCODIUM. *

Cal. nullus.

Cor. hexapetala, infundibuliformis. *Ungues* longiſſimi, li-

neares. *Faux* connectens petala. *Limbus* erectus: petalis lanceolatis, concavis.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, petalorum unguibus inserta. *Antheræ* incumbentes.

PIST. *Germen* ovato-subulatum, obtuse trigonum, superum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* tria, oblonga, erecta, canaliculata.

PER. *Capsula* triangularis, acuminata, angulis obsoletis, trilocularis.

SEM. numerosa.

556. APHYLLANTHES. † *Tournef.* 430.

CAL. *Glumæ* univalves lanceolatæ, plures, imbricatæ.

COR. *Petala* sex, ovata, limbo patentia. *Ungues* tenues, erecti, in tubum convergentes.

STAM. *Filamenta* sex, setacea, corolla breviora, fauci corollæ insertæ. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* superum, trigonum, turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* tria, oblonga.

PER. *Capsula* turbinata, triangularis, trilocularis.

SEM. ovata.

OBS. *Differt a* Junco *sola corolla.*

557. ALLIUM. * *Tournef.* 206. *Hall. Gærtn.* 16. Cepa *Tournef.* 205. Porrum *Tournef.* 204. Scorodoprasum *Mich.* 24. *Moly Boerh.* 2. *p.* 146

CAL. *Spatha* communis, subrotunda, marcescens, multiflora.

COR. *Petala* sex, oblonga.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, longitudine sæpe corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* superum, breve, subtrigonum, angulis linea insculptis. *Stylus* simplex. *Stigma* acutum.

PER. *Capsula* brevissima, lata, triloba, trilocularis, trivalvis.

SEM. pauca, subrotunda.

OBS. Stamina *alterna tria in quibusdam speciebus lata, bifurcata: anthera intermedia.*

558. LILIUM. * *Tourn.* 195. Lirium *Roy.* 30.

CAL. nullus.

COR. hexapetala, campanulata, inferne angustata: *Petala*

erecta, incumbentia, dorso obtuse carinata, sensim patentiora, latiora: *apicibus* obtusis, crassis, reflexis.

Nectarium: linea longitudinalis, tubulosa, petalis singulis a basi ad medium insculpta.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* oblongum, cylindraceum, sex sulcis striatum. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, triangulare.

PER. *Capsula* oblonga, sexsulcata, *apice* cavo, trigono, obtuso; trilocularis, trivalvis: *valvulis* pilo cancellatim intertexto connexis.

SEM. numerosa, gemino ordine incumbentia, plana, extrorsum semi-orbiculata.

OBS. Nectarium *in aliis barbatum est, in aliis imberbe.*

Petala *in aliis totaliter revoluta, in aliis non item.*

559. FRITILLARIA.* *Tournef.* 201. Petilium *ed. prim.* 259. Corona imperialis *Tournef.* 197. 198. — *Gærtn.* 17.

CAL. nullus.

COR. hexapetala, campanulata, basi patens. *Petala* oblonga, parallela.

Nectarium: fovea in basi singuli petali excavata.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, stylo approximata, longitudine corollæ. *Antheræ* quadrangulæ, oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* oblongum, trigonum, obtusum. *Stylus* simplex, staminibus longior. *Stigma* triplex, patens, obtusum.

PER. *Capsula* oblonga, obtusa, triloba, trilocularis, trivalvis.

SEM. plurima, plana, extrorsum semiorbiculata, gemino ordine collocata.

OBS. Fritillaria T. *Nectario oblongo. Pericarpio lævi.*

Imperialis T. *Nectario hemisphærico. Pericarpio marginibus acuto.*

560. UVULARIA. *

CAL. nullus.

COR. *Petala* sex, oblongo-lanceolata, acuta, erecta, longissima.

Nectarium: fovea oblonga basi singuli petali insculpta.

STAM. *Filamenta* sex, brevissima, latiuscula. *Antheræ* longæ, erectæ, corolla dimidio breviores.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* unicus, ſemitrifidus, filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, triangularis, trilocularis, acuta.
Sem. plura, ſubrotunda, compreſſa.

561. GLORIOSA. * *Gærtn.* 18. Methonica *Tournef. A.* G. 1706.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblongo-lanceolata, undulata, longiſſima, totaliter reflexa.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora, recto-patula. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, inclinatus. *Stigma* triplex, obtuſum.
Per. *Capſula* ovalis, triloba, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, globoſa, baccata, duplici ſerie diſpoſita.
Obs. *Affinis Erythronio.*

562. ERYTHRONIUM. * Dens canis *Tournef.* 202.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblongo-lanceolata, acuminata, verſus baſin alternatim incumbentia, ſenſim patentiora, a medio reflexa.
Nectaria: Tubercula duo, obtuſa, calloſa, ſingulo petalo alterno & interiori juxta baſin adnata.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Stylus* ſimplex, corolla brevior, rectus. *Stigma* triplex, patens, obtuſum.
Per. *Capſula* ſubgloboſa, ad baſin anguſtior, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovata, acuminata.

563. TULIPA. * *Tourn.* 199. 200. — *Gærtn.* 17.

Cal. nullus.
Cor. campanulata. *Petala* ſex, ovato-oblonga, concava, erecta.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* quadrangulæ, oblongæ, erectæ, diſtantes.
Pist. *Germen* magnum, oblongum, trigono-teres. *Stylus* nullus. *Stigma* trilobum, triangulare: *angulis* protuberantibus, bifidis; perſiſtens.

PER. *Capſula* triquetra, trilocularis, trivalvis: *valvulis* margine ciliatis, ovatis.
SEM. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, ſemicircularia, floccis conformibus diſtincta.

564. ALBUGA. * *Dryand. act. Holm.* 1784.

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, oblonga, perſiſtentia: tria exteriora patula; tria interiora conniventia.
STAM. *Filamenta* ſex, corolla breviora: horum *tria* petalis interioribus oppoſita, lineari-ſubulata, paulo ſupra baſin complicata, dein plana. *Tria* petalis exterioribus oppoſita, craſſiora. *Antheræ* in *iſtis* oblongæ, apici filamenti inflexo infra medium affixæ, erectæ, in *his* ſimiles, vel effœtæ, vel nullæ.
PIST. *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* triqueter. *Stigma* triquetro-pyramidatum.
PER. *Capſula* oblonga, obtuſa, triangularis, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa, plana, incumbentia, extrorſum latiora.

565. HYPOXIS. † — *Gærtn.* 11.

CAL. *Gluma* bivalvis.
COR. monopetala, ſupera: *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* ovato-oblongis, patentibus; perſiſtens.
STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima, capillaria. *Antheræ* oblongæ, petalis breviores.
PIST. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiuſculum.
PER. *Capſula* oblongiuſcula, baſi anguſtior, coronata corolla perſiſtente, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, ſubrotunda.

566. ORNITHOGALUM. * *Tournef.* 203. A. D. H. I. K. — *Gærtn.* 17. Stellaris *Dill. gen.* 110.

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, lanceolata, infra medium erecta, ſupra medium patentia, perſiſtentia, colorem demittentia.
STAM. *Filamena* ſex, erecta, alterna baſi dilatata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* angulatum. *Stylus* ſubulatus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, angulata, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, ſubrotunda.
Obs. Filamenta *in aliis plana, erecta, alterna apice trifido, media lacinia antheram ſuſtinente; in aliis alterna ſimplicia.*

567. SCILLA. * Lilio-Hyacinthus *Tourneſ.* 196. B. F. G. Hyacinthus ſtellaris *Raj. meth.* 119.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, ovata, patentiſſima, decidua.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, deciduus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ſubovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, ſubrotunda.

568. CYANELLA. † *Royen.* — *Gærtn.* 17.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, unguibus cohærentia, oblonga, concava, patula: tribus inferioribus propendentibus.
Stam. *Filamenta* ſex, baſi contigua, breviſſima, patentiuſcula: infimo declinato, duplo longiore. *Antheræ* oblongæ, erectæ, apice dehiſcentes dentibus quatuor obtuſis.
Pist. *Germen* trigonum, obtuſum. *Stylus* filiformis, declinatus, longitudine infimi ſtaminis. *Stigma* acutiuſculum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, triſulcata, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, oblonga.

569. ASPHODELUS. * *Tourneſ.* 178. — *Gærtn.* 17.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, ſexpartita: *laciniis* lanceolatis, planis, patentibus.
Nectarium valvulis ſex, minimis, conniventibus in globum, baſi corollæ inſertis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, valvulis nectarii inſerta, arcuata: *alterna* breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, intra nectarium. *Stylus* ſubulatus, ſitu ſtaminum. *Stigma* truncatum.

PER. *Capſula* globoſa, carnoſa, triloba, trilocularis.
SEM. plura, triangularia, hinc gibba.
OBS. Filamenta *in aliis declinata*, *in aliis extrorſum arcuata ſunt.*

570. ANTHERICUM. * *Gærtn.* 16. Phalangium *Tourn.* 193. Bulbine *edit. prior.* 269.

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, oblonga, obtuſa, patentiſſima.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta. *Antheræ* parvæ, incumbentes, quadriſulcæ.
PIST. *Germen* obſolete trigonum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trigonum.
PER. *Capſula* ovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa, angulata.
OBS. *Species variæ* filamentis lanatis *gaudent; in aliis* petala *non deciduunt.* Liliaſtrum *T. corolla campanulata*, A. calyculatum *calyce tridentato & ſtigmatibus tribus absque ſtylo diſtinctis. Character Generis difficilime eruitur.*

571. LEONTICE. † Leontopetalon. *Tourn.* 484.

CAL. *Perianthium* hexaphyllum, caducum: *foliolis* linearibus, patentibus: alternis minoribus.
COR. *Petala* ſex, ovata, acuta, calyce duplo longiora.
Nectarium ſquamis ſex, ſemiovatis, patentibus, pedicellatis, petalorum unguibus inſertis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* ſex, filiformia, breviſſima. *Antheræ* erectæ, biloculares, bivalves, baſi dehiſcentes.
PIST. *Germen* oblongo-ovatum. *Stylus* brevis, teretiuſculus, oblique germini inſertus. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* cava, globoſo-acuminata, inflata, unilocularis, ſubſucculenta.
SEM. pauca, globoſa.

*572. POLLIA. *Thunb. nov. gen.* 11. *fl. jap.* 8.

CAL. nullus.
COR. hexapetala. *Petala* tria exteriora ovata, concava, apice latiora, obtuſa; tria interiora cum exterioribus alternantia, inflexa, nervoſa, tenuiſſima.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, apice incurva, receptaculo inſerta. *Antheræ* rotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* filiformi-ſubulatus, incurvatus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Bacca* globoſa, corolla perſiſtente reflexa cincta.
Sem. plurima, ad viginta, angulata.

573. ASPARAGUS. * *Tourn.* 154. — *Gærtn.* 16.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, unguibus cohærentia, oblonga, in tubum erecta; interiora tria alterna, apice reflexa, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, petalis inſerta, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* turbinatum, trigonum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* punctum prominens.
Per. *Bacca* globoſa, puncto umbilicata, trilocularis.
Sem. bina, rotunda, introrſum angulata, glabra.
Obs. *Qui florem dicit monopetalum, ſalvo jure poteſt.*
Corollæ figura differens eſt in diverſis: aliis erecta, aliis plana, aliis revoluta; Flos pendulus piſtillo licet breviſſimo.
A. declinatus, *quem habeo, mas eſt ex Cap. b. ſpei.*

574. DRACÆNA. *Auth. Vandellio.* — *Gærtn.* 16. Oederia & Stœrckia. *Crantz.*

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblonga, erectiuſcula, æqualia, unguibus cohærentia.
Stam. *Filamenta* ſex, unguibus inſerta, ſubulata, medio craſſiora, baſi membranacea, longitudine vix corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum, ſexſtriatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, obtuſum.
Per. *Bacca* ovata, ſexſulcata, trilocularis.
Sem. ſolitaria, ovato-oblonga, apice incurvata.
Obs. *Character fere* Aſparagi, *habitus diverſus.*

575. CONVALLARIA. * — *Gærtn.* 16 α. Lilium convalium *Tournef.* 14. β. Polygonatum *Tournef.* 41. γ. Unifolium *Dill. gen.* 7.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, campanulata, glabra: *Limbus* ſexfidus, obtuſus, patenti-reflexus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, petalo inſerta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, trigonum.
Per. *Bacca* globoſa, trilocularis, ante maturitatem maculata.
Sem. ſolitaria ſ. bina, ſubrotunda.
Obs. bacca *immatura maculata notam præbet omnibus communem.*

α. *quum corolla globoſo-campanulata, patens ſit.* 1.
β. *quum corolla tubulato-campanulata ſit.* 2. 3. 4.
γ. *quum unica tertia pars numeri in partibus fructificationis exemta ſit.* 8.
δ. *quum corolla ſexpartita patens, acutiſſima ſit.* 5. 6. 7.

576. POLIANTHES. *

Cal. nullus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* incurvus, oblongus. *Limbus* patulus: *laciniis* ſex, ovatis.
Stam. *Filamenta* ſex, craſſa, obtuſa, ad faucem corollæ. *Antheræ* lineares, filamentis longiores.
Pist. *Germen* ſubrotundum, in fundo corollæ. *Stylus* filiformis, corolla fere brevior. *Stigma* trifidum, craſſiuſculum, melliferum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſe trigona, baſi corollæ obvoluta, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, ſemiorbiculata.

577. HYACINTHUS. * *Tournef.* 180. — *Gærtn.* 12. Muſcari *Tournef.* 180.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, campanulata. *Limbus* ſexfidus, reflexus. *Nectarium*: pori tres melliferi, ad apicem germinis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviora. *Antheræ* conniventes.
Pist. rotundo-trigonum, triſulcum. *Stylus* ſimplex, corolla brevior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.
Sem. bina (ſæpius,) ſubrotunda.
Obs. *Genus hocce naturale in plura non naturalia diſtribuerunt.*

α. Hyacinthus T. *quum Tubus corollæ ſit tubulatus, oblongus.*
β. Muſcari T. *quum corolla ſit fere globoſa.*
γ. Alii *corolla ſexpartita gaudent;* alius *corolla infundibuliformi.*

* 578. PHORMIUM. *Forſt. gen.* 24. *Thunb. nov. gen.* 93. Chlamydia *Bankſ. Gærtn.* 18. Lachenalia *Jacq. fil. act. helv.* 9. *p.* 39. *tab.* 2. *f.* 3.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, ſexpartita: *laciniis* erectis: *tribus exterioribus* brevioribus, *tribus interioribus* longioribus, apice patulis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia. *Antheræ* incumbentes, ovatæ.
Pist. *Germen* trigonum, ſuperum. (Pori melliferi nulli.) *Stylus* filiformis, corolla paulo longior. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Capſula* oblonga, trigona: angulis ſulcatis, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, oblonga.

579. ALETRIS. — *Gærtn.* 15.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, infundibuliformis, ſexangularis, rugoſiſſima, ſemiſexfida: *Limbi laciniis* lanceolatis, acuminatis, patentibus, erectis; perſiſtens.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ, inſerta baſi laciniarum corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum.
Per. *Capſula* ovata, triquetra, acuminata, trilocularis.
Sem. plurima.
Obs. Stamina *non alternantia cum corollæ ſegmentis, ſed iisdem oppoſita, ut &* Corolla *rugoſiſſima & fere farinacea, diſtinctiſſimum reddunt genus.* — *Sem. ſolitaria in A. hyacinth. G.*

580. YUCCA. * *Dill. gen.* 5. Cordyline *Roy. lugd.* 22.

Cal. nullus.
Cor. campanulata, ſexpartita, unguibus cohærens: *laciniis* ovatis, maximis, patentibus.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima, ſuperne craſſiora, reflexa. *Antheræ* minimæ.
Pist. *Germen* oblongum, obtuſe triquetrum, ſtaminibus longius. *Stylus* nullus. *Stigma* triſulcum, obtuſum, laciniis bifidis, pervium.

Per. *Capſula* oblonga, trifida, obtuſe triangularis, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, gemino ordine incumbentia.

581. ALOE. * *Tournef.* 190. — *Gærtn.* 17.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, erecta, ſexfida, oblonga. *Tubus* gibbus. *Limbus* patulus, parvus: fundo nectarifero.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollam fere ſuperantia, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trifidum.
Per. *Capſula* oblonga, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, angulata.
Obs. A. variegata *ſimplici eſt ſtigmate, & ſtaminibus declinatis.* R.

582. AGAVE. *

Cal. nullus.
Cor. monopetala, infundibuliformis: *Limbo* ſexpartito, æquali: *laciniis* lanceolatis, erectis.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, erecta, corolla longiora. *Antheræ* lineares, filamentis breviores, verſatiles.
Pist. *Germen* oblongum, utrinque attenuatum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, trigonus. *Stigma* capitatum, trigonum.
Per. *Capſula* oblonga, triangularis, utrinque attenuata, trilocularis, trivalvis.
Sem. numerosa.

583. ALSTROEMERIA. * *Amœn. Acad. VI. p.* 247. — *Gærtn.* 13.

Cal. nullus.
Cor. hexapetala, ſubbilabiata. *Petala Exteriora* tria cuneiformia, retuſa, mucronata; *Interiora* alterna lanceolata: duobus his inferioribus baſi tubuloſis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, declinata, inæqualia. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* inferum, ſexangulare, truncatum. *Stilus* declinatus, filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, oblonga, bifida.
Per. *Capſula* ſubrotunda, ſexcoſtata, mucronata, trilocularis, trivalvis: valvulis concavis, diſſepimento contrariis.

Sem. plurima, globoſa, punctis elevatis tecta, apice ſubumbilicata.

*584. GETHYLLIS. *Thunb. nov. gen.* 13. Papiria *Thunb. act. Lund. P. I. ſect.* 2.

Cal. nullus, niſi vagina oblique truncata.
Cor. monopetala, ſupera. *Tubus* longus, filiformis, radicalis. *Limbus* plano-patens, ſexpartitus: *laciniis* oblongis.
Stam. *Filamenta* ſex, ori tubi inſerta, limbo breviora, ſæpius diviſa. *Antheræ* lineares, ſpiraliter inflexæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* clavata, obtuſa, radicalis, (in ipſo bulbo ſeſſilis & ex eo prodiens,) ſubcarnoſa, unilocularis.
Sem. nidulantia, triplici ſerie ſibi impoſita, globoſa, glabra.
Obs. *In quibusdam floribus, præſertim in G. ciliari, filamenta ſupra baſin diviſa, cum totidem antheris, rarius antheræ duæ in unico filamento, conſpiciuntur; ut antheras* 8, 10 *vel plures, habeat. Thunberg.*

Characterem genericum, a b. Linneo imperfecte conceptum, emendavit ill. Thunberg. S.

585. HEMEROCALLIS. * Lilio-Aſphodelus *Tournef.* 179.

Cal. nullus.
Cor. ſexpartita, infundibuliformi-campanulata. *Tubus* brevis. *Limbus* patens, ſuperne magis reflexus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ, declinata: *ſuperiora* breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſulcatum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* obtuſe trigonum, aſſurgens.
Per. *Capſula* ovato-triloba, trigona, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda.

586. ACORUS. * Calamus Aromaticus *Petit. gen. Mich.* 31.

Cal. *Spadix* cylindricus, ſimpliciſſimus, floſculis tectus. *Spatha* nulla.

Perianthium nullum (*niſi calycem dicas.*)
Cor. *Petala* ſex, obtuſa, concava, laxa, ſuperne craſſiora, & fere truncata.

Stam. *Filamenta* ſex, craſſiuſcula, corolla paulo longiora. *Antheræ* craſſiuſculæ, didymæ, terminales, adnatæ.
Pist. *Germen* gibbum, oblongiuſculum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* punctum prominens.
Per. *Capſula* brevis, triangula, utrinque attenuata, obtuſa, trilocularis.
Sem. plura, ovato-oblonga.

587. ORONTIUM. † Aronia *Mich.* 1.

Cal. *Spadix* cylindricus, ſimpliciſſimus, tectus floſculis. *Spatha* nulla.
Perianthium nullum (*niſi corollam velis.*)
Cor. *Petala* ſex, peltata, ſubrotundo-angulata, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima, enſiformia, intra petala ſingula. *Antheræ* didymæ, oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſubrotundum, bifidum.
Per. *Folliculus* tenuis, cum corolla immerſus ſpadici.
Sem. unicum, rotundum, fungoſum.

* 588. TACCA. *Forſt. gen.* 35. *Gærtn.* 14.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, perſiſtens, ſexpartitum: *laciniis* oblongis, conniventibus.
Cor. *Petala* ſex, baſi laciniarum calycis inſerta, galeato-fornicata: labio galeæ emarginato-bilobo.
Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* ſex oblongæ, fornici petalorum intus affixæ, apice deorſum ſpectantes.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* brevis, rectus, craſſus. *Stigma* orbiculatum, ſtellatum: *radiis* ſex obtuſiuſculis, ſupra convexis.
Per. *Bacca* ſicca, ſubgloboſa, ſexcoſtata, ſexangularis, unilocularis, calyce coronata.
Sem. plurima, ovata, ſubangulata, ſtriata, parieti baccæ undique affixa.
Obs. Petala *an potius* Filamenta *dicenda? ita* Soland.
Bacca ante maturitatem trilocularis eſt, ſed cum matureſcit, exſiccatus pulpa, ut loculamenta prorſus non ſint diſtinguenda. Forſter.

589. CALAMUS. †

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, perſiſtens: *foliolis* tribus exterioribus brevioribus, latioribus; interioribus tribus longioribus, anguſtioribus, acuminatis.
Cor. nulla (*niſi calycem dicas.*)

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* rotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* trifidus, teres, ſpiralis, filiformis. *Stigmata* ſimplicia.
Per. membranaceum, globoſum, tectum ſquamis retrorſum imbricatis, obtuſis, uniloculare, primum pulpoſum, dein exſuccum.
Sem. unicum, globoſum, carnoſum.

590. JUNCUS. * *Tournef.* 127.-- *Gærtn.* 15.

Cal. *Gluma* bivalvis.
Perianthium hexaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, perſiſtentibus.
Cor. nulla (*niſi Perianthium coloratum recens corollam dicas.*)
Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, longitudine perianthii.
Pist. *Germen* triquetrum, acuminatum. *Stylus* brevis, filiformis. *Stigmata* tria, longa, filiformia, villoſa, inflexa.
Per. *Capſula* tecta, triquetra, tri-ſ. unilocularis, trivalvis.
Sem. nonnulla, ſubrotunda.
Obs. Juncus *Mich. Capſula trilocularis, polyſperma.*
Juncoides *Mich. Capſula unilocularis, triſperma.* S.

591. RICHARDIA. † *Houſt. Rel.* 9.—*Gærtn.* 25.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, erectum, acuminatum, corolla dimidio brevius.
Cor. monopetala, cylindraceo-infundibuliformis. *Limbus* ſexfidus, acutus, erectus.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ, ad inciſuras corollæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ſuperne tripartitus. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum.
Sem. tria, hinc rotunda, inde angulata, ſuperne latiora, gibba.
Obs. *Variat Cal. & Cor. octofidis, Stam. octo. Gærtn.* — *Ordine naturali Stellatis aſſocianda.* L.

* 592. DUROIA. *Linn. fil. ſuppl.* 30. Pubeta. *Amœn. acad.* 8. *p.* 264.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, truncatum, arctum, breviſſimum, ſuperum.
Cor. monopetala. *Tubus* cylindricus. *Limbus* longitudine tubi, ſexpartitus: *laciniis* ovatis, patentibus.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſex, oblongæ, intra tubum.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo.
Per. *Pomum* globoſum, umbilicatum, piloſiſſimum: *pilis* erectis.
Sem. plurima, nidulantia, ovalia, plana, glaberrima, duplici ſerie incumbentia.
Obs. *Abortiunt ſæpe flores; etiam flores adſunt mere maſculi, qui carent germine. Linn. Videtur itaque ad Polygamiam potius, quam ad Hexandriam referenda eſſe; in Amœn. acad. l. c. Diœciæ adnumeratur.* S.

593. ACHRAS. † *Læfling. Jacq. amer.* 56. *Brown.* Sapota. *Plum.* 4. †

Cal. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erectis: exterioribus latioribus, brevioribus; interioribus coloratis.
Cor. monopetala, ovata, altitudine calycis. *Limbus* ſexfidus: *laciniis* ſubovatis, planis.
Squamæ ad faucem corollæ, laciniis ejusdem æquales, anguſtiores, patulæ, emarginatæ.
Stam. *Filamenta* ſex, brevia, ſubulata, ad fauces corollæ, cum laciniis ejusdem alternantia, inflexa. *Antheræ* acutæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* ſubulatus, corolla longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Pomum* globoſum, 12-loculare, carne molliſſima.
Sem. ſolitaria, ovata, nitida; margine longitudinali hilo, apice unguiculato; baſi acuminata.
Obs. A. mammoſa *demit unicam ſextam partem numeri.*

594. PRINOS. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiſexfidum, planum, minimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata: *Tubus* nullus. *Limbus* ſexpartitus, planus: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* ſtaminibus breviorem, *Stigmate* obtuſo.
Per. *Bacca* ſubrotunda, ſexlocularis, calyce longe major.
Sem. ſolitaria, oſſea, obtuſa, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Numero præſertim ab* Ilice *differt.*
Interdum unicam ſextam partem numeri excludit.

595. BERBERIS. * *Tournef.* 385. — *Gærtn.* 42.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, patulum: *foliolis* ovatis, basi anguſtiore, concavis, alternis minoribus, coloratis, deciduis.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, erecto-patentia, calyce vix majora.

Nectarium corpuſcula duo, ſubrotunda, colorata, basi ſinguli petali adnata.

Stam. *Filamenta* ſex, erecta, compreſſa, obtuſa, petalis oppoſita. *Antheræ* duæ, filamentorum apici utrinque adnatæ.

Pist. *Germen* cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, germine latius, margine acuto cinctum.

Per. *Bacca* cylindracea, obtuſa, puncto umbilicata, unilocularis.

Sem. duo ſ. tria, oblonga, cylindracea, obtuſa.

Obs. *Bacca apice perforata. Gærtn.*

*596. NANDINA. *Thunb. nov. gen.* 14. *fl. jap.* 9.

Cal. *Perianthium* polyphyllum, ſexfariam imbricatum: *ſquamis* circiter ſex in ſingula ſerie, ovatis, acutis, glabris, caducis.

Cor. *Petala* ſex, oblonga, concava, acuta, calyce longiora, caduca.

Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, longitudine corollæ.

Pist. *Germen* ovatum, glabrum, ſuperum. *Stylus* trigonus, breviſſimus. *Stigma* trigonum.

Per. *Bacca* exſucca, globoſa, glabra.

Sem. duo, hemiſphærica, glabra.

*597. LINDERA. *Thunb. fl. jap.* 9. *nov. gen.* 64.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* ſex, ovata, obtuſa.

Stam. *Filamenta* ſex, corolla multoties breviora. *Antheræ* minutæ.

Pist. *Germen* ovatum, glabrum, ſuperum. *Stylus* erectus, corolla paulo brevior. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. *Capſula* bilocularis.

Sem. . .

* 598. ENARGEA. *Banks. Gærtn.* 59.

Cal. nullus

Cor. *Petala* ſex, oblongo-ovata, concava, acuta: *tria* exteriora, *tria* interiora; omnia infra medium duabus maculis viridibus notata.
Stam. *Filamenta* ſex, corolla duplo breviora. *Antheræ*.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* trigonus, craſſus. *Stigma*.
Per. *Bacca* ſubgloboſa, trilocularis.
Sem. quaterna ſ. quina, globoſa.

599. CAPURA. †

Cal. nullus.
Cor. monopetala, tubuloſa. *Tubus* cylindricus: *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* rotundatis; exterioribus alternis anguſtioribus.
Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* ſex, oblongæ, intra tubum: alternis ſuperioribus.
Pist. *Germen* ſuperum, trigono-ſubrotundum, truncatum. *Stylus* cylindricus, breviſſimus. *Stigma* ſubgloboſum.
Per. *Bacca?*
Sem.

600. LORANTHUS. † *Vaill. act.* 1720. *Jacq. amer.* 97. — Lonicera *Plum.* 37. *Gærtn.* 27.

Cal. *Perianthium Fructus* inferum: margo integer concavus. *Perianth. floris* ſuperum ſ. margo integer concavus.
Cor. *Petala* ſex, oblonga, revoluta, æqualia.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, adnata baſibus petalorum, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* oblongum inter utrumque calycem, ſ. inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* oblonga, unilocularis.
Sem. oblongum.
Obs. L. europæus *differt floribus dioicis*, & L. pentandrus *floribus ſemiquinqueſidis, pentandris.* R.

601. HILLIA. *Jacq. amer.* 96.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, ſuperum: *foliolis* oblongis, acutis, erectis.
Cor. monopetala. *Tubus* cylindricus, ſexſulcatus, longiſſimus. *Limbus* ſexfidus: *laciniis* oblongis, planis.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, intra faucem corollæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum, obsolete hexagonum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* capitatum.
Per. oblongum, compressum, biloculare.
Sem. numerosa, minima.

* 602 ISERTIA. Guettardæ sp. *Aubl.* 123.

Cal. *Perianthium* monophyllum, superum, coloratum, quadri-s. sexdentatum, persistens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, cylindraceus, leviter curvatus. *Limbus* sexfidus: *laciniis* subovatis, erectiusculis, villosis.
Stam. *Filamenta* sex, breviſſima, intra faucem corollæ. *Antheræ* lineares, dorso adnatæ, erectæ.
Pist. *Germen* inferum, subrotundum. *Stylus* filiformis, basi glandula cinctus. *Stigma* sexfidum.
Per. *Pomum* subglobosum, calyce coronatum, succulentum, sexlo ulare: loculorum crusta fragili.
Sem. plura, parva, angulata, scabra.

603. CANARINA. *

Cal. *Perianthium* superum: *foliolis* sex, lanceolatis, recurvis, persistentibus.
Cor. monopetala, campanulata, sexfida, nervosa.
Nectarium valvulis sex, æqualibus, receptaculum tegentibus, distantibus.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, extrorsum patentia, nata e valvulis. *Antheræ* apice pendulæ.
Pist. *Germen* inferum, hexagonum. *Stylus* conicus, brevis. *Stigma* staminibus longius, clavatum, sexpartitum.
Per. *Capsula* sexangularis, obtusa, sexlocularis.
Sem. numerosa, parva.

604 FRANKENIA. * Franca. *Mich.* 22.

Cal. *Perianthium* monophyllum, subcylindricum, decagonum, persistens: *ore* quinquedentato, acuto, patulo.
Cor. *Petala* quinque: ungues longitudine calycis. *Limbus* planus: *laminis* subrotundis, patentibus.
Nectarium ungue, canaliculato, acuminato, unguibus singulis petalorum inserto.
Stam. *Filamenta* sex, longitudine calycis. *Antheræ* subrodæ, didymæ.
Pist. *Germen* oblongum, superum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigmata* tria, oblonga, erecta, obtusa.

PER. *Capſula* ovalis, unilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, ovata, minima.

605. PEPLIS * — *Gærtn.* 51. Portula *Dill. gen* 7. Glaucoides *Mich.* 18.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, perſiſtens, maximum, *ore* duodecimfido: denticulis alternis reflexis.
COR. *Petala* ſex, ovata, minutiſſima, calycis fauci inſerta.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* orbiculatum.
PER. *Capſula* cordata, bilocularis, diſſepimento oppoſito.
SEM. plurima, triquetra, minima.
OBS. *In plurimis unius ejusdemque plantæ floſculis omnino deficit corolla.*
P. tetrandræ $\frac{1}{3}$ *pars demitur partibus fructificationis.* R.

* 606. GAHNIA. *Forſt. gen.* 26. *Linn. nov. gen. gram. p.* 34.

CAL. *Gluma* univalvis, ovato-lanceolata, convoluta, bi-ſ. quinqueflora. *Forſter.* bivalvis, uniflora: *valvulis* lanceolatis, canaliculatis, acuminatis: *exteriore* longiore, latiore. *L.*
COR. *Gluma* bivalvis, calyce brevior: *valvulis* ovato-lanceolatis, acuminatis, concavis: *exteriore* paulo longiore. *F.*
Nectarium bivalve, hyalinum, filamenta involvens: *valvula exteriore* majore, ovata, concava, apice tridentata *F.* (cuneiformi cum acumine *L.*) gluma corollina dimidio breviore; *interiore* ovata, integra, minima.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, brevia, poſt floreſcentiam elongata. *Antheræ* lineares, acuminatæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, erectus, calyce longior, bifidus. *Stigmata* in ſingulis diviſuris calycis duo, capillaria, recurvata.
PER. nullum.
SEM. unicum, oblongum, *F.* ſubangulatum, glabrum, cinctum filamentis elongatis in duplam glumæ corollinæ longitudinem, perſiſtentibus. *L.*
OBS. *Flores paniculati. Glumæ calycinæ in infimis paniculis ſæpe nullæ. Stamina in floribus inferioribus ſeptem & octo, ſed flores ſummi ſemper hexandri. Forſter in Nov act. Upſal.* 3. *p.* 179.
Affinis Schœno. Linn.

* 607. BAMBUSA. *Schreb.*

Cal. nullus, nisi *Bracteæ* glumaceæ, vagæ, sub singulis spiculis sæpe ternæ, oblongo-ovatæ, acuminatæ, concavæ, carinatæ, inæquales, flosculis breviores: duæ oppositæ, tertia lateri plano spiculæ incumbens.

Spiculæ lanceolatæ, distichæ, compressæ, acutæ, subquinquefloræ.

Cor. *Gluma* bivalvis. *Valvula inferior* oblonga, ventricosa, acuminata, apicem versus carinatæ striatæque. *Interior* lanceolata, plana, (marginibus complicatis,) ciliata, inferiore paulo longior & ex ea prominens.

Nectarium diphyllum, planum, ad latus anticum germinis; *foliolis* ovatis, acuminatis, apice barbatis, membranaceis.

Stam. *Filamenta* sex, capillaria, fere longitudine corollæ. *Antheræ* parallelepipedæ, basi bifidæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* capillaris, bifidus. *Stigmata* plumosa.

Per. nullum. *Corolla* fovet semen — dehiscit? demittit?

Sem. unicum, oblongum.

Obs. *Flosculi superiores in pluribus spiculis, a me examinatis, mere masculi erant; an itaque hoc genus in Polygamiam transferendum?* S.

* 608. EHRHARTA *Thunb. act. Holm.* 1779. *p.* 216. *nov. gen. pl.* . *Linn. fil. nov. gen. gram.* 32. *suppl.* 28.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, ovata, concava, corolla brevior, patula: *valvula* altera paulo majore, membranacea.

Cor. duplex. *Exterior* bivalvis: *valvulis* oblongis, complicatis, carinatis, retusis, transverse rugosis, calyce triplo longioribus, basi externe villosis. *Interior* paulo brevior, carinata, lævis.

Nectarium diphyllum, minimum: *foliolis* lacero-ciliatis, genitalia obvolventibus.

Stam. *Filamenta* sex, capillaria, brevissima. *Antheræ* erectæ, lineares, emarginatæ, corolla breviores.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* compressus, brevissimus, glaber. *Stigma* simplex, villosum.

Per. nullum.

Sem. unicum, ovatum, glabrum.

II. DIGYNIA.

609 ORYZA. * *Tournef.* 296. *Mich.* 81. B. B.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, minima, acuminata, ſubæqualis.

Cor. bivalvis: *valvulis* navicularibus, concavis, compreſſis: majore quinquangulari, ariſtata.

Nectarium (*Petala Michelio*) diphyllum, planum, ad latus alterum germinis, minimum: *foliolis* baſi anguſtis, apice truncatis, caducis.

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* baſi bifidæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* clavata, plumoſa.

Per. nullum. *Corolla* ſemini adnata, ovali-oblonga, compreſſa, marginibus tenuibus, lateribus ſtriis utrinque duabus.

Sem. unicum, magnum, oblongum, obtuſum, compreſſum, utrinque biſtriatum.

Obs. *An Flos ex floſculis duobus conflatus? D. Aymen.*

* 610. NECTRIS. Cabomba *Aubl.* 124.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum: *laciniis* tribus exterioribus ovatis, acutis, intus coloratis; tribus alternis interioribus, ovatis, obtuſis, minoribus, utrinque coloratis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, baſi laciniarum calycis inſerta. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germina* duo, ſupera, oblonga. *Styli* breves. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſulæ* duæ, ovatæ, ſubcarnoſæ, ſtylis perſiſtentibus coronatæ, uniloculares.

Sem. numeroſa, minima.

* 611. FALKIA. *Thunberg. nov. gen.* 17.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubinflatum, quinquangulatum, corolla duplo brevius, quinquepartitum: *angulis* medio dilatatis, compreſſis, exſtantibus; *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. monopetala, campanulata, crenato-decempartita: *limbo* patente.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, tubo corollæ inſerta, erecta, inæqualia, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, compreſſæ.

PIST. *Germina* quatuor, ſupera, glabra. *Styli* duo, capillares, divaricati, longitudine corollæ. *Stigmata* capitata, obtuſa, ſimplicia.
PER. nullum.
SEM. quatuor, globoſa, in fundo calycis.
OBS. *Convolvulis adfinis. Linn. fil.*

612. ATRAPHAXIS. *

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, lanceolatis, coloratis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* duo, ſubrotunda, ſinuata, calyce majora, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, capitata.
PER. nullum. *Calyx* clauſus, includens ſemen.
SEM. unicum, ſubrotundum, compreſſum.
OBS. A. undulata *calyce 4-partito: laciniis ovatis concavis; corolla nulla, ſtaminibus lanceolatis; ſtylo bifido, ſemine ſubrotundo differt.* R.

III. TRIGYNIA.

613. RUMEX. * Lapathum & Acetoſa. *Tournef.* 287.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* obtuſis, reflexis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* tria, ovata, calyce majora, eique ſimilia, conniventia, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* erectæ, didymæ.
PIST. *Germen* turbinato-triquetrum. *Styli* tres, capillares, reflexi, inter rimas petalorum conniventium exſerti. *Stigmata* magna, laciniata.
PER. nullum. *Corolla* connivens, triquetra, includens ſemen.
SEM. unicum, triquetrum.
OBS. R. digynus *unicam tertiam partem numeri excludit in omnibus partibus fructificationis, exceptis ſtaminibus.*
Acetoſæ *in Dioecia mares & feminas ſeorſim exhibent.*
R. ſpinoſus *in Monoecia, flores utriusque ſexus, cum perianthiis femineis uncinatis.*
R. alpinus *eſt polygamus.*
In quibusdam ſpeciebus granum calloſum valvulis Petalorum externe adnaſcitur.

614 FLAGELLARIA. — *Gærtn.* 16?

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, æquale: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus: exterioribus acutioribus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, longitudine fere calycis. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* longitudine ſtaminum, trifidus. *Stigmata* ſimplicia, planiuſcula, perſiſtentia.

Per. *Drupa* (*Bacca Syſt. nat.*) ſubrotunda, unilocularis, coronata flore.

Sem. *Nucleus* ſubrotundus.

615. SCHEUCHZERIA. * *Fl. Lapp. X.* 1.

Cal. *Perianthium* ſexpartitum: *foliolis* oblongis, acutis, reflexo-patentibus, rudibus, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima, flaccida. *Antheræ* erectæ, obtuſæ, longiſſimæ, compreſſæ.

Pist. *Germina* tria, ovata, compreſſa, magnitudine calycis. *Styli* nulli. *Stigmata* oblonga, ſuperne obtuſa, extrorſum germini adnata.

Per. *Capſulæ* tot quot germina, ſubrotundæ, compreſſæ, inflatæ, reflexo-diſtantes, bivalves.

Sem. ſolitaria, oblonga.

Obs. *Numerus germinis & capſularum variat a tribus ad ſex, naturaliſſimus tamen eſt ternarius.*

616. TRIGLOCHIN. * Juncago *Tournef.* 142. *Mich.* 31.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, deciduis.

Cor. *Petala* tria, ovata, concava, obtuſa, calyci ſimilia.

Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* totidem, corolla breviores.

Pist. *Germen* magnum. *Styli* nulli. *Stigmata* tria vel duplo plura, reflexa, plumoſa.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, obtuſa; *loculi* tot quot ſtigmata, baſi dehiſcentibus, valvulis acutis.

Sem. ſolitaria, oblonga.

* 617. WURMBEA. *Thunberg. nov. gen.* 18.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſexangulare,

ſemiſexfidum: *laciniis* lanceolatis, acutis, erectis, ſ. patentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* triquetrum, ſulcatum, glabrum, ſuperum. *Styli* tres, triquetri, ſubulati, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* oblonga, triquetra, triſulca, trilocularis, a medio tripartita.
Sem. plurima, rotunda.

618. MELANTHIUM. † *Clayt.*

Cal. nullus (*niſi corollam dicas.*)
Cor. *Petala* ſex, ovato-oblonga, patentia, unguibus linearibus longioribus, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, erecta, longitudine corollæ, cui inſerta ſupra ungues. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* conicum, ſtriatum. *Styli* tres, diſtincti, curvi. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, trigona, triſulca, trilocularis, ex capſulis tribus introrſum unitis.
Sem. plurima, compreſſa, ſemiovata.

619. MEDEOLA. *

Cal. nullus (*niſi corollam velis calycem.*)
Cor. *Petala* ſex, ovato-oblonga, æqualia, patentia, revoluta.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germina* tria, corniculata, in *Stylos* deſinentia. *Stigmata* recurva, craſſiuſcula.
Per. *Bacca* ſubrotunda, trifida, trilocularis.
Sem. ſolitaria, cordata.
Obs. *In* M. virginiana, *quam a Clariſſimo* D. Gronovio *habuimus, tantum quatuor petala obſervavimus*

620. TRILLIUM. †

Cal. *Perianthium* triphyllum, patens: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* tria, ſubovata, calyce paulo majora.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, calyce breviora, erecta. *Antheræ* terminales, oblongæ, longitudine filamentorum.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* filiformes, recurvi. *Stigmata* ſimplicia.

Per.

PER. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis.
SEM. plura, ſubrotunda.

621. COLCHICUM. *Tournef.* 181. 182. — *Gærtn.* 18.

CAL. nullus (*niſi Spathæ vagæ.*)
COR. ſexpartita. *Tubus* angulatus, radicatus: *Limbi* laciniis lanceolato-ovatis, concavis, erectis.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, quadrivalves, incumbentes.
PIST. *Germen* intra radicem ſepultum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* reflexa, canaliculata.
PER. *Capſula* triloba, introrſum ſutura connexa, obtuſa, trilocularis, ſuturis dehiſcentibus introrſum.
SEM. plura, ſubgloboſa; rugoſa.

622. HELONIAS. †

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, oblonga, æqualia, decidua.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla paulo longiora. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, trigonum. *Styli* tres, breves, reflexi. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis.
SEM. ſubrotunda.

IV. TETRAGYNIA.

623. PETIVERIA. * *Plum.* 39. — *Gærtn.* 75.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* linearibus, obtuſis, æqualibus, erectis, perſiſtentibus.
COR. nulla (*niſi Calyx coloratus.*)
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, æqualia, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* compreſſum, oblongum. *Styli* quatuor, ſubulati, in linea recta poſiti. *Stigmata* obtuſa, perſiſtentia.
PER. nullum, niſi Cruſtam ſeminis velis.
SEM. unicum, oblongum, inferne anguſtius, teretiuſculum; ſuperne latius, compreſſum, emarginatum; *Stylis* extrorſum reflexis, rigidis, acutis, intermediis longioribus.
OBS. P. octandra *ſtaminibus octo differt.*

V. HEXAGYNIA

* 624. DAMASONIUM. *Schreb.* Stratiotæ *ſp. Edit. pr.*

Cal. *Spatha* monophylla, oblonga, quinquealata: alis undulatis: duabus in petiolum decurrentibus; *ore* quinquedentato: *dentibus* acutis, margine membranaceis.

Perianthium monophyllum, tripartitum, ſuperum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis, margine membranaceo cinctis, patentibus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, undulata, patentia, perianthio longiora.

Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* lineares, erectæ, obtuſæ, baſi emarginatæ, corolla breviores.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* ſex, lineares, emarginati, erecti, ſtaminibus longiores. *Stigmata.* (villi ad latera ſtylorum?)

Per. *Bacca* oblonga, decemlocularis — calyce coronata?

Sem. plurima, oblonga, parva.

Obs. *Character ad vivam plantam ſupplendus & confirmandus vel emendandus.* S.

VI. POLYGYNIA.

625. ALISMA. * Damaſonium *Tournef.* 132. *Vaill. A.* G. 1716.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, magna, plana, patentiſſima.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* plura quam quinque. *Styli* ſimplices. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſulæ* compreſſæ.

Sem. ſolitaria, parva.

Obs. Damaſonium (3) *Tournef. capſulis ſex, acuminatis, magnis, diſtinctum fuit.*

Aliſma *Dill. vero capſulis numeroſis, obtuſis, parvis.*

A. parnaſſifolia *ſemina ariſtata habet.* R.

Classis VII.

HEPTANDRIA

I. MONOGYNIA.

626. *Trientalis.*
627. *Disandra.*
628. *Æsculus.*
629. *Petrocarya.*
630. *Dracontium.*

II. DIGYNIA.

631. *Limeum.*

III. TRIGYNIA.

632. *Saururus.*

IV. HEPTAGYNIA.

633. *Septas.*

HEPTANDRIA

I. MONOGYNIA.

626. TRIENTALIS. * — *Gærtn.* 50.

Cal. *Perianthium* heptaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. ſtellata, plana, monopetala, æqualis, ſeptem-partita, baſi leviſſime cohærens: *laciniis* ovato-lanceolatis.
Stam. *Filamenta* ſeptem, capillaria, unguibus corollæ inſerta, patula, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* capſularis, exſucca, globoſa, unilocularis, cruſta tenuiſſima, ſuturis variis dehiſcens.
Sem. nonnulla, angulata. *Receptaculum* maximum, excavatum pro ſeminibus.
Obs. *Numerus vulgatiſſimus eſt ſeptenarius in hac planta, licet interdum variet.*
Fructus eſt Bacca ſicca, non dehiſcens per valvulas, uti Capſula.

627. DISANDRA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, 5-8 partitum: *laciniis* rectiuſculis; perſiſtens.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* 5-8, ſetacea, erecto-patula, corolla breviora. *Antheræ* ſagittatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ovata, longitudine calycis, bilocularis.
Sem. plurima, ovata.
Obs. Flos *numero maxime variat.*

628. ÆSCULUS. * Hippocaſtanum *Tourneſ.* 382. Pavia *Boerh.* 260.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, parvum, quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, margine plicato undulata, plana, patentia, *unguibus* anguſtis calyci inſertis, inæqualiter colorata.

Stam. *Filamenta* ſeptem, ſubulata, longitudine corollæ, declinata. *Antheræ* aſſurgentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, deſinens in *Stylum* ſubulatum. *Stigma* acuminatum.

Per. *Capſula* coriacea, ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.

Sem. bina, ſubgloboſa.

Obs. Semen *communiter in capſula unicum occurrit; inſpectis autem embryonibus, numerum naturalem binarium eſſe conſtat.*

In hoc genere Flores hermaphroditos & maſculos obſervarunt van Royen & Millerus.

In Æ. Pavia *corolla tetrapetala eſt & clauſa.* R.

* 629. PETROCARYA. Parinari *Aublet.* 204.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquefidum: *laciniis* ovatis, acutis, rigidis, patentibus. (duabus ſuperioribus erectioribus?) *Foliola* duo, oblonga, concava, ad baſin perianthii.

Cor. *Petala* quinque, ovata, acuta, inæqualia, calyce minora, eique inter lacinias inſerta.

Stam. *Filamenta* quatuordecim, capillaria, calyce longiora, ejusque ori infra petala inſerta; quorum ſeptem antherifera, ſeptem in oppoſita (ſuperiore?) calycis parte, ſterilia. *Antheræ* ſubrotundæ, introrſum dehiſcentes.

Pist. *Germen* ovatum, villoſum. *Stylus* cylindraceus, incurvus, villoſus, ſtaminibus longior. *Stigma* capitatum.

Per. *Drupa* magna, ovata, compreſſa, carnoſo-fibroſa, unilocularis.

Sem. *Nux* ovata, compreſſa, longitudinaliter ſinuoſo-rugoſa, tuberculata, *paranine* craſſo, duriſſimo quaſi lapideo, biloculari. *Nuclei* oblongi.

630. DRACONTIUM. *

Cal. *Spatha* cymbiformis, coriacea, univalvis, maxima.

Spadix ſimpliciſſimus, cylindraceus, breviſſimus, tectus undique fructificationibus in Capitulum digeſtis, quarum ſingularum

Perianthium proprium nullum, niſi corollam dicas.

Cor. propria pentapetala, concava. *Petala* ovata, obtuſa, ſubæqualia, colorata.

Stam. ſingulis *Filamenta* ſeptem, linearia, depreſſa, erecta, æqualia, corollula longiora. *Antheræ* quadrangulæ, didymæ, oblongæ, obtuſæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* teres, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſoletum, trigonum.
Per. ſingulis *Bacca* ſubrotunda.
Sem. plurima.

II. DIGYNIA.

631. LIMEUM. † — *Gærtn.* 76.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acuminatis, carinatis, margine membranaceis: exterioribus duobus; perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, ovata, ſubunguiculata, obtuſa, calyce breviora.
Nectarium: margo cingens germen, proferens ſtamina.
Stam. *Filamenta* ſeptem, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* bipartitus, cylindricus, ſtaminibus brevior. *Stigmata* obtuſiuſcula.
Per. nullum. *G.*
Sem. duo, hemiſphærica, cava. *G.*

III. TRIGYNIA.

632. SAURURUS. *

Cal. *Amentum* oblongum, tectum floſculis.
Perianthium proprium monophyllum, oblongum, laterale, coloratum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* ſeptem, capillaria longa. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germina* quatuor, ovata, acuminata. *Stylus* nullus. *Stigmata* oblonga, apici interiori germinis adnata.
Per. *Baccæ* quatuor, ovatæ, uniloculares.
Sem. unicum, ovatum.

IV. HEPTAGYNIA.

633. SEPTAS. †

Cal. *Perianthium* ſeptempartitum, patens, acutum, perſiſtens.
Cor. *Petala* ſeptem, oblonga, æqualia, calyce duplo longiora.
Stam. *Filamenta* ſeptem, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubovatæ; erectæ.
Pist. *Germina* ſeptem, oblonga, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſiuſcula.
Per. *Capſulæ* ſeptem, oblongæ, acutæ, parallelæ, univalves.
Sem. plurima.

Classis VIII.

OCTANDRIA

I. MONOGYNIA.

634. *Tropæolum.*
635. *Osbeckia.*
636. *Rhexia.*
637. *Oenothera.*
638. *Gaura.*
639. *Epilobium.*
640. *Antichorus.*
641. *Combretum.*
642. *Grislea.*
643. *Allophylus.*
644. *Mimusops.*
645. *Cupania.*
646. *Xylocarpus.*
647. *Ephielis.*
648. *Melicocca.*
649. *Guarea.*
650. *Amyris.*
651. *Ximenia.*
652. *Fuchsia.*
653. *Chlora.*
654. *Dodonæa.*
655. *Lawsonia.*
656. *Melicope.*
657. *Memecylon.*
658. *Vaccinium.*
659. *Erica.*
660. *Cedrota.*
661. *Athenæa.*
662. *Ophira.*
663. *Grubbia.*
664. *Daphne.*
665. *Dirca.*
666. *Gnidia.*
667. *Stellera.*
668. *Passerina.*
669. *Lachnæa.*
670. *Bœckea.*
671. *Seytalia.*

II. DIGYNIA.

672. *Schmidelia.*
673. *Galenia.*
674. *Weinmannia.*
675. *Codia.*
676. *Mœhringia.*

III. TRIGYNIA.

677. *Polygonum.*
678. *Coccoloba.*

679. *Paullinia.*
680. *Cardiospermum.*
681. *Sapindus.*
682. *Ponæa.*

IV. TETRAGYNIA.

683. *Paris.*
684. *Adoxa.*
685. *Elatine.*
686. *Haloragis.*
687. *Forskolea.*

OCTANDRIA

I. MONOGYNIA.

634. TROPÆOLUM. * – *Gærtn.* 79. Cardamindum *Tourneſ.* 244.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erecto-patulum, acutum, coloratum, deciduum: *laciniis* duabus inferioribus anguſtioribus; poſtice cornutum *Nectario* ſubulato, recto, longiore.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, calycis diviſuris inſerta: *duo ſuperiora* ſeſſilia; *reliqua inferiora* unguibus oblongis, ciliatis.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, brevia, declinata, inæqualia. *Antheræ* erectæ, oblongæ, quadriloculares, aſſurgentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, trilobum, ſtriatum. *Stylus* ſimplex, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, acutum.

Per. *Baccæ* ſolidiuſculæ, tres, hinc convexæ ſulcato-ſtriatæ, inde angulatæ.

Sem. tria, hinc gibba, inde angulata, ſubrotunda, ſulcato-ſtriata.

635. OSBECKIA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, perſiſtens: *Limbo* quadripartito, deciduo: *Lobis* oblongis, acutis; *Squamula* ciliata lobis ſingulis interjecta.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ſeſſilia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, brevia. *Antheræ* oblongæ, erectæ, terminatæ roſtro filiformi longitudine ipſius antheræ.

Pist. *Germen* ovatum, inferne calyci adnatum, ſuperne terminatum ſquamis quatuor, ciliatis. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* veſtita calycis tubo truncato, ſubovata, quadrilocularis, loculis apice longitudinaliter dehiſcentibus.

Sem. plurima, ſubrotunda. *Receptacula* lunata.

636. RHEXIA. † *Gronov.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, inferne ventricoſum, oblongum, *limbo* quadrifido, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, calyci inſerta, patentia.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, calyce longiora, calyci inſerta. *Antheræ* declinatæ, ſulcatæ, lineares, obtuſæ, verſatiles.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* craſſiuſculum, oblongum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, quadrilocularis, quadrivalvis, intra ventrem calycis.

Sem. numeroſa, ſubrotunda.

637. OENOTHERA. * Onagra *Tournef.* 156. *Gærtn.* 32.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, deciduum. *Tubus* cylindraceus, erectus, longus, deciduus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* oblongis, acutis, deflexis.

Cor. *Petala* quatuor, obcordata, plana, diviſuris calycis inſerta, longitudine laciniarum calycis.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, incurva, calycis fauci inſerta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* cylindraceum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* quadrifidum, craſſum, obtuſum, reflexum.

Per. *Capſula* cylindrica, tetragona, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, angulata, nuda. *Receptaculum* columnare, liberum, tetragonum.

† 638. GAURA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, deciduum. *Tubus* cylindricus, longus, baſi craſſior, continens *Glandulas* quatuor, oblongas, adnatas. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* oblongis, acutis, reflexis.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, adſcendentia verſus latus ſuperius, æqualia, unguibus anguſtis, calycis tubo impoſita.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, ſuperne latiora, recta, corolla breviora: *Glandula* nectarifera conica intra baſin ſinguli. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

Pist. *Germen* oblongum, inferum, quadriloculare, polyſpermum: ſeminibus Receptaculo columnari affixis. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* quatuor, teretia, ovata, patentia.

Per. *Drupa* ovata, tetragona, angulis compreſſis.

Sem. *Nux* monoſperma, oblonga, angulata.

† 639. EPILOBIUM. * *Gærtn.* 31. Chamænerion *Tournef.* 157.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, ſuperum: *laciniis* oblongis, acuminatis, coloratis, deciduis.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, extrorſum latiora, emarginata, patentia, diviſuris calycis inſerta.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata: *alterna* breviora. *Antheræ* ovales, compreſſæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* cylindraceum, longiſſimum, inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* quadrifidum, craſſum, obtuſum, revolutum.

Per. *Capſula* longiſſima, cylindracea, ſtriata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. numeroſa, oblonga, *pappo* coronata. *Receptaculum* longiſſimum, tetragonum, liberum, flexile, coloratum.

Obs. *In aliis* ſtamina & piſtillum *erecta*, *in aliis* declinata *ad latus inferius*.

640. ANTICHORUS.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, patentiſſimum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, deciduis.

Cor. *Petala* quatuor, obovata, obtuſa, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubulata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, truncata, quadrifariam ſuperimpoſita.

Obs. Affinitas *Corchori*.

† 641. COMBRETUM. † *Læſl. it.* 308. 248. — *Gærtn.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, campanulatum, quadridentatum ſ. quinquedentatum, deciduum.

Cor. *Petala* quatuor, ſ. quinque, ovata, acuta, calyci inſerta, vix calyce longiora.

Stam. *Filamenta* octo ſ. decem, ſetacea, erecta, longiſſima. *Antheræ* ſuboblongæ.

Pist. *Germen* inferum, lineare. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum.

Per. nullum, niſi cruſta ſeminis.

Sem. unicum, tetragonum ſ. pentagonum: angulis membranaceis, acuminatum.

642. GRISLEA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubulatum, ſubcampanulatum, erectum, quadridentatum, coloratum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, ex inciſuris calycis, omnium minutiſſima.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, longa, adſcendentia. *Antheræ* ſimplices, erectæ, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſuperum, globoſum, pedicellatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* globoſa, calyce brevior, unilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda, minima. *Receptaculum* magnum.
Obs. *Interdum* $\frac{1}{3}$ *pars additur floris partibus.*

643. ALLOPHYLUS. †

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* orbiculatis: exterioribus duobus oppoſitis duplo minoribus.
Cor. *Petala* quatuor, orbiculata, æqualia, calyce minora: *unguibus* latis, longitudine foliorum minorum calycis.
Stam. *Filamenta* octo, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, didymum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum: *laciniis* revolutis.
Per. . . .
Sem. . . .
Obs. Stylus *bifidus*, ſtigma *quadrifidum. Syſt. nat.* R.

644. MIMUSOPS. † — *Gærtn.* 42.

Cal. *Perianthium* octophyllum, coriaceum: *foliolis* duplici ſerie, ovatis, acutis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* octo, lanceolata, patentia, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, piloſa, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, longitudine calycis.
Pist. *Germen* ſuperum, rotundum, hiſpidum. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* ovalis, acuminata.
Sem. unicum (ſ. duo?) ovale.
Obs. Petala *ſedecim numerantur in Mant.* 1. *p.* 140. *at in Syſt. Veget. p.* 298. *calyx tetraphyllus, Petala quatuor & Nectarium* 16-*phyllum.* R.

† 645. CUPANIA. *Plum.* 19. *Swartz. prodr.* 61. Trigonis *Jacq. amer.* (*ſec. Swartz.*)

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, (quinquepartitum? *S.*) inferum: *foliolis* oblongis, erectis.

Cor. *Petala* quinque, ſummitate cucullata, erecta.

Stam. *Filamenta* octo, capillaria, calyce longiora, erecta. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis, trifidus. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* coriacea, turbinato-ovata, triloba, trilocularis, trivalvis.

Sem. ſolitaria *Sw.* (bina *Plum.*) ſubrotunda: *Arillo* campanulato, crenato, calycis inſtar ſemen amplexante. *Plum.*

Obs. *An ad Polygamiam referenda eſt? S.*

* 646. XYLOCARPUS. *Auct. D. D. Kœnig. Naturf.* 20. *p.* 2.

Cal. *Perianthium* monophyllum, clavatum, coriaceum, ſubcoloratum, quadridentatum: *dentibus* rotundatis.

Cor. *Petala* quatuor, ovato-oblonga, ſubcoriacea, patentiſſima, calyce duplo longiora.

Nectarium erectum, ovato-inflatum, ſubcarnoſum: *ore* octofido.

Stam. *Filamenta* laciniæ octo nectarii, linearia, obtuſa, emarginata, corolla breviora. *Antheræ* octo, lateri interiori filamentorum adnatæ, lineari-oblongæ, retuſæ, longitudine ſtaminum.

Pist. *Germen* ovatum, glabrum, baſi ſubrugoſum. *Stylus* craſſus, breviſſimus. *Stigma* retuſum, latum, marginatum: *margine* ſulcato; *diſco* decuſſatim ſulcato, perforato.

Per. *Drupa* magna, exſucca, globoſa: *cortice* craſſo, externe glabro ſulcis quatuor ſ. quinque notato, interne ligneſo, fibroſo.

Sem. *Nuces* octo, decem vel plures, angulatæ, inæquales, difformes, *cortice* externe ſubſericeo molli, interne ligneſo, fibroſo; *nucleo* ſublignoſo, fragili; *corculo* prorubente.

* 647. EPHIELIS. Mataiba *Aubl.* 128.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, patens: *laciniis* ſubrotundis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, unguiculata, ſubrotunda, patentia, emarginata cum acumine, longitudine calycis.

Nectarium Squamæ decem, binæ ſingulo petalo ad baſin adnatæ, ſubrotundæ, villoſæ, petalis minores.

Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, corolla longiora, glandulæ inſerta. *Antheræ* tetragono-ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum, *glandula* cinctum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* oblonga, compreſſa, utrinque ſulcata, unilocularis, bivalvis.

Sem. duo, reniformia, alteri valvulæ in medio unum ſupra alterum adnata.

648. MELICOCCA. *Brown. Jacq. amer.* 108. — *Gærtn.* 42.

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, æqualia, inter calycis folíola tota reflexa.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, brevia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum, longitudine fere corollæ. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* magnum, ſubpeltatum, utrinque in latus productum, obliquum.

Per. *Drupa* corticoſa, ſubrotunda, obtuſe acuminata.

Sem. *Nux* coriacea, ſubrotunda, glabra.

Obs. Per. *Bacca* ovata, acuminata, coriacea, craſſiuſcula, unilocularis.

Sem. unicum (rarius 2. f. 3.,) ovatum, hinc ſulcatum, baccatum pulpa glutinoſa. *Gærtn.*

649. GUAREA. † *Auth. Allamando.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, planiuſculum, breve.

Cor. *Petala* quatuor, erecta, linearia, acuta.

Nectarium tubuloſum, ſubcylindricum, integerrimum, longitudine corollæ.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* octo, margini interiori nectarii adnatæ.

Pist. *Germen* globoſum, inſidens receptaculo cylindrico, coronato margine glanduloſo. *Stylus* filiformis, exſertus. *Stigma* capitatum, depreſſum, indiviſum.

Per. *Capſula* globoſa, umbilicato-quadriſulca, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, extrorſum arillata.

Obs. *Diſtinguenda a* Trichilia, *cui proxima.*

650. AMYRIS. † *Brown. Jacq. amer.* 107.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, acutum, erectum, parvum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta. *Antheræ* oblongæ, erectæ, longitudine corollæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* craſſiuſculus, longitudine ſtaminum. *Stigma* tetragonum.
Per. *Bacca* drupacea, ſubrotunda.
Sem. *Nux* globoſa, nitida.
Obs. A Protium *in quibusdam partibus differt.* R.

651. XIMENIA. *Plum.* 21. *Jacq. amer.* 106.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, acuminatum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, interne piloſa, inferne erecta in tubum, ſuperne revoluta.
Stam. *Filamenta* octo, erecta, brevia. *Antheræ* lineares, erectæ, obtuſæ, longitudine corollæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Drupa* ſubovata.
Sem. *Nux* ſubrotunda.

† 652. FUCHSIA. *Plum.* 14. Skinnera *Forſt.* 29?

Cal. nullus. *Margo* integer, ſuperus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* clavatus. *Limbus* octofidus, planus: *laciniis* acuminatis, alternis inferioribus.
Stam. *Filamenta* quatuor ſ. octo, longitudine tubi. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, quadriſulca, quadrilocularis.
Sem. plura, ovata, ordine duplici poſita.
Obs. Plumier *in Generibus ſtamina* 4, *in hiſtoria vero ſæpius* 8 *pingit; numerum itaque determinent autoptæ.*
Obs. Fuchſiæ, *ſecundum Plumieri icones & deſcriptionem, eſt:*
Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, coloratum, ſuperum, deciduum. *Tubus* baſi ovatus, ſupra baſin coarctatus, inde ſenſim ampliatus, patulus, angulatus. *Limbus* brevis, quadripartitus; *laciniis* ovatis, acuminatis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, acuminata, ſeſſilia, patentia, longitudine laciniarum calycis.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, erecta, tubo calycis infra medium inſerta, eoque paulo longiora. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* inferum, ovatum, ſub inſertione calycis conſtrictum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum. (clavatum?)

Per. *Bacca* ovata, quadriſulca, quadrilocularis.

Sem. plura, ovata, duplici ordine affixa *Receptaculo* columnari, in medio baccæ.

Skinneræ *Forſt. vero*:

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, coloratum, ſuperum, deciduum. *Tubus* baſi ovatus, ſupra baſin coarctatus, ſubincurvus, inde ſenſim ampliatus, patulus. *Limbus* brevis, quadripartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ovato-lanceolata, acutiuſcula, erecta, laciniis calycis triplo minora.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, erecta, margini tubi inſerta, limbo breviora. *Antheræ* ovatæ, dorſo adnatæ.

Pist. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, erectus, calyce longior. *Stigma* globoſum, tuberculatum.

Per. *Bacca?* ovato-oblonga, quadrilocularis.

Sem. plurima, ovata, parva, *Receptaculo* columnari affixa.

653. CHLORA. *Adanſ.* Blakſtonia. *Hudſ. angl.* 146.

Cal. *Perianthium* octophyllum: *foliolis* linearibus, patulis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* calyce brevior, germen veſtiens, *Limbus* octopartitus: *laciniis* lanceolatis, tubo longioribus.

Stam. *Filamenta* octo, breviſſima, fauci inſidentia. *Antheræ* lineares, erectæ, laciniis breviores.

Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* quatuor, oblonga, cylindrica.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, unilocularis, compreſſiuſcula, biſulca, bivalvis: *valvulis* latere incurvatis.

Sem. numeroſa, minuta.

Obs. Affinitas *Gentianæ*.

C. dodecandra *floribus duodecimfidis, dodecandris differt.* R.

654. DODONÆA. † *Gen. plant.* 1. *n.* 855. *Jacq. amer.* 109.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, planum: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, deciduis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, arcuatæ, conniventes, longitudine calycis.
Pist. *Germen* triquetrum, longitudine calycis. *Stylus* cylindricus, triſulcatus, erectus. *Stigma* ſubtrifidum, acutiuſculum.
Per. *Capſula* triſulca, inflata, trilocularis: angulis membranaceis, magnis.
Sem. bina, ſubrotunda.
Obs. Genus *diſtinctum ſuadent autoptæ Jacquin, Browne, alii.*

655. LAWSONIA. † Henna *Ludw.* 143.

Cal. *Perianthium* quadrifidum, parvum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ovato-lanceolata, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, filiformia, longitudine corollæ, per paria binatim intra petala. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* globoſa cum acumine, quadrilocularis.
Sem. multa, angulata, acuminata.

* 656. MELICOPE. *Forſt. gen* 28. Entoganum *Banks. Gærtn.* 68.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ovato-oblonga, acuta, calyce longiora. *Nectarium Glandulæ* quatuor, magnæ, didymæ, germina cingentes.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, corolla breviora, receptaculo extra nectaculum inſerta. *Antheræ* ſubcordatæ, erectæ.
Pist. *Germina* quatuor, ſupera, ovata. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, deciduus. *Stigma* tetragonum, explanatum, centro concavum. *Soland.*
Per. *Capſulæ* quatuor, ellipticæ, compreſſæ, divaricatæ, uniloculares, margine ſuperiore dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, elliptica, compreſſa.

657. MEMECYLON.

Cal. *Perianthium* indiviſum, ſuperum, campanulatum, turbinatum, integerrimum: fundo urceolari ſtriato; perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, acuta, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, erecta, apice dilatata truncata. *Antheræ* ſimplices, lateribus apicis filamenti inſertæ.
Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* coronata calyce cylindrico.
Sem. . . .

658. VACCINIUM. * — *Gærtn.* 28. Vitis idæa *Tournef.* 377. Oxycoccus *Tourn.* 431.

Cal. *Perianthium* minimum, ſuperum, perſiſtens.
Cor. monopetala, campanulata, quadrifida: *laciniis* revolutis.
Stam. *Filamenta* octo, ſimplicia, receptaculo inſerta. *Antheræ* bicornes, dorſo ariſtis duabus patentibus inſtructæ, apice dehiſcentes.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* globoſa, umbilicata, quadrilocularis.
Sem. pauca, parva.
Obs. Numerus *ſæpe addit unicam quartam partem in omni parte fructificationis.*
Calyx *in pluribus quadrifidus*, *in* Myrtillo *integerrimus.*
Corolla *recens fere integra revolvitur ad baſin in* Oxycocco.

†659. ERICA. * *Tournef.* 373. *a.* — *Gærtn.* 63.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, campanulata, quadrifida, ſæpe ventricoſa.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria, receptaculo inſerta. *Antheræ* apice bifidæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* filiformis, erectus, ſtaminibus longior. *Stigma* coronulatum, tetragonum, quadrifidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, calyce minor, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis: *diſſepimentis* cum ſuturis coeuntibus.
Sem. numeroſa, minima.
Obs. *Dantur ſpecies calyce duplici.*
Figura corollæ *ex ovata & oblonga in diverſis varia eſt.*

Antheræ *in aliis emarginatæ, in aliis bicornes ſ. ariſtatæ, in aliis criſtatæ: incluſæ ſ. exſertæ.*
Stamina *in aliis corolla longiora, in aliis breviora.*
Stigma *etiam in variis varium eſt.* R.

* 660. CEDROTA. Aniba *Aubl.* 126.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, *glandula* cinctum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtuſum.
Per.
Sem.

*661. ATHENÆA. Iroucana *Aubl. guian.* 127.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coloratum, quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, erectis, apice patulis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, filiformia, erecta; quorum quinque longitudine calycis, tria alterna paulo breviora. *Antheræ* ſagittatæ. *Setæ* octo, plumoſæ, filamentis breviores, una cum ſtaminibus glandulæ, germen cingenti, adnatæ.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum, baſi glandula annulari cinctum. *Stylus* ſetaceus, ſtaminibus longior. *Stigma* depreſſum, quinquepartitum.
Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, trivalvis: *valvulis* ſubcarnoſis.
Sem. tria ad quinque, rotundata, membrana pulpoſa colorata obvoluta, affixa *Receptaculo* in fundo capſulæ.

662. OPHIRA. *a Jo. Burmanno.*

Cal. *Involucrum* bivalve, triflorum: *valvulis* lateralibus, reniformibus, emarginatis, conduplicatis, perſiſtentibus.
Cor. tetrapetala, ſupera. *Petala* oblonga, conniventia.
Stam. *Filamenta* octo, longitudine corollæ. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* inferum, turbinatum, hiſpidum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus brevior. *Stigma* emarginatum.
Per. *Bacca* unilocularis.
Sem. duo.
Obs. *Similitudo multa cum* Grubbia *Bergii, cui Germen ſuperum & Stigma ſimplex. Mantiſſ.*

* 663. GRUBBIA. *Berg. cap.* 90.

Cal. *Involucrum* diphyllum, bi-ſ. tri-florum: *foliolis* oppoſitis, lato-ovatis, concavis, carinatis, emarginatis, perſiſtentibus.

Cor. tetrapetala, infera. *Petala* ſubrotunda, concava, extus lanata, intus glabra.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* hirſutum. *Stylus* brevis, ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

Per.

Sem.

664. DAPHNE. * Thymelæa *Tourneſ.* 366. — *Gærtn.* 39.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, infundibuliformis, marceſcens, ſtamina includens. *Tubus* cylindraceus, imperforatus, limbo longior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.

Stam. *Filamenta* octo, brevia, tubo inſerta: *alterna* inferiora. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ, biloculares.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum, depreſſo-planum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.

Sem. unicum, ſubrotundum, carnoſum.

665. DIRCA. †

Cal. nullus.

Cor. monopetala, clavata. *Tubus* ſuperne ventricoſior. *Limbus* obſoletus, margine inæquali.

Stam. *Filamenta* octo, capillaria, tubo medio inſerta, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum: apice obliquo. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, apice curvus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca* unilocularis.

Sem. unicum.

666. GNIDIA. † Struthia *Roy.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, coloratum: *Tubo* filiformi, longiſſimo: *Limbo* quadripartito, plano.

Cor. *Petala* quatuor, ſeſſilia, plana, calyce breviora, eique inſerta.

Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, erecta, longitudine ferme floris. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, germinis lateri inſertus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, hiſpidum.

Per. nullum. *Fructus* in fundo calycis.

Sem. unicum, ovatum, oblique acutum.

Obs. *Hinc differt ſola Corolla a Paſſerina.*

667. STELLERA. † *Gmelin. Gærtn.* 39. Chamæjaſme. *Amm.*

Cal. nullus.

Cor. monopetala, infundibuliformis, perſiſtens. *Tubus* filiformis, longus. *Limbus* quadri-(quinque-)fidus: lobis ovatis.

Stam. *Filamenta* octo, (ſ. decem,) breviſſima. *Antheræ* oblongæ, alternæ in tubi medio, alternæ intra faucem.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* breviſſimus, perſiſtens. *Stigma* capitatum.

Per. nullum.

Sem. unicum, nitidum, roſtratum.

Obs. S. Paſſerina *octandra*, Chamæjaſme *decandra eſt.*

668. PASSERINA. †

Cal. nullus.

Cor. monopetala, marceſcens. *Tubus* cylindraceus, tenuis, infra medium ventricoſus. *Limbus* quadrifidus, patens: *laciniis* concavis, ovatis, obtuſis.

Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, longitudine limbi, apici tubi impoſita. *Antheræ* ſubovatæ, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum, intra tubum corollæ. *Stylus* filiformis, e latere apicis ipſius germinis enatus, longitudine tubi corollæ. *Stigma* capitatum, undique villis hiſpidum.

Per. coriaceum, ovatum, uniloculare.

Sem. unicum, ovatum, utrinque acuminatum, apicibus obliquis.

Obs. P. capitata *differt floribus absque tubo ſtaminibusque ſedecim, quorum* 8. *interiora caſtrata ſunt.* R.

P. uniflora *octo habet ſtamina, præter antherarum* 8. *rudimenta in fundo floris latentia.* R.

669. LACHNÆA. †, *Roy.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, perſiſtens: *Tubo* longo, tenui: *Limbo* quadripartito, inæquali: *lacinia* ſumma ere-

cta, minima; Laciniis *reliquis* tribus reflexis: intermedia majore.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, erecta, longitudine ferme floris. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, germinis lateri inſertus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, hiſpidum.

Per. nullum. *Fructus* in fundo calycis.

Sem. unicum, ovatum, oblique acutum.

Obs. *Differt a Paſſerina tantum calyce inæquali.*

670. BÆCKEA. † — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patula, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* octo, quorum ſex paria, duo ſolitaria, breviſſima, inflexa. *Antheræ* ſubovatæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, corolla brevior. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* globoſa, coronata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. nonnulla, ſubrotunda, altero latere angulata.

* 671. SCYTALIA. *Gærtn.* 42. *Litchi Sonnerat. it.* 2. *t.* 129.

Cal. *Perianthium* monophyllum, obſoletiſſime quinquedentatum, minimum.

Cor. *Petala* quinque.

Stam. *Filamenta* ſex ad octo, villoſa, baſi latiora. *Antheræ* ovales, bilobæ.

Pist. *Germen* bilobum, ſuperum. *Stylus* ſtaminibus brevior. *Stigmata* duo, divergentia.

Per. *Bacca* exſucca, ſubgloboſa, tuberculis ſcutatis elevatis medio apiculatis angulata, coriacea, fragilis, unilocularis.

Sem. unicum, globoſo-ellipticum, baſi oblique truncatum, undique tectum *Arillo* ovato, craſſo, carnoſo.

II. DIGYNIA.

† 672. SCHMIDELIA. Uſubis *Burm. ind.* 81. *Gærtn.* 44. *f.* 5. Rhus Cobbe *ſp. pl.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ſubrotundis, coloratis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ſeſſilia, erecta.
Stam. *Filamenta* octo, ſimplicia, longitudine floris. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germina* duo, pedicellata, compreſſa, flore longiora. *Styli* filiformes, apice bifidi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Baccæ* duæ, ſubgloboſæ.
Sem. ſolitaria.

673. GALENIA. * Sherardia *Pont. epiſt.* 14.

Cal. *Perianthium* minimum, quadrifidum, concavum: *laciniis* oblongis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria, longitudine vix calycis. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, ſimplices, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis.
Sem. duo, oblonga, angulata.

674. WEINMANNIA. Windmannia *Brown.* *p.* 212.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, patulis.
Cor. *Petala* quatuor, æqualia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* octo, erecta, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, longitudine ſtaminum. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* ovata, bilocularis, biroſtrata.
Sem. octo circiter, ſubrotunda.

* 675 CODIA. *Forſter. gen.* 30.

Cal. *communis* (*Capituli*) tetraphyllus: *foliolis* horizontalibus, oblongis.
Perianthium proprium tetraphyllum: *foliolis* ellipticis, erectis.
Cor. *Petala* quatuor, linearia, tenuiſſima: *unguibus* filiformibus.
Stam. *Filamenta* octo, filiformia, calyce duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* parvum, villoſum, ſuperum. *Styli* duo, ſubulati, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per.
Sem. quatuor.
Rec. *commune* villoſum.

676. MOEHRINGIA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolatis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, indiviſa, patentia, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* globoſum. *Styli* duo, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubgloboſa, unilocularis, quadrivalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda, hinc convexa, inde angulata.

III. TRIGYNIA.

677. POLYGONUM. * *Tournef.* 290. Biſtorta. *Tournef.* 291. Perſicaria. *Tournef.* 290. Fagopyrum. *Tournef.* 290. Helxine *edit. prior.*

Cal. *Perianthium* turbinatum, interne coloratum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis, perſiſtentibus.
Cor. nulla (*nisi Calycem velis.*)
Stam. *Filamenta* ſæpius octo, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* ſæpius tres, filiformes, breviſſimi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyx* ſemen involvens.
Sem. unicum, triquetrum, acutum.
Obs. Stamina in *nonnullis ſex*, *aliis ſeptem*, *aliis quinque*.
Piſtillum *in quibusdam bifidum*.
P. frúteſcens *calyce diphyllo*, *petalis tribus gaudet*. R.

678. COCCOLOBA. *Brown.* 14. *f.* 3. *Jacq. amer.* 111. — *Gærtn.* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* oblongis, obtuſis, concavis, patentiſſimis, coloratis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, patula, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* ovatum, trigonum. *Styli* tres, breves, filiformes, patentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyx* baccatus, incraſſatus, connivens, ſemen involvens.
Sem. *Nux* ovata, acuta, unilocularis.

†679. PAULLINIA. †*Jacq. amer.* 110. *Gærtn.* 79. Seriana *Plum.* 35. Cururu *Plum.* 35.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, perſiſtentibus: duobus exterioribus oppoſitis, interiorum unico majore.

Cor. *Petala* quatuor, obovata, oblonga, calyce duplo majora, unguiculata: duobus magis diſtantibus.

Nectaria duo, altero tetrapetalo unguibus corollæ inſerto: altero *Glandulis* quatuor ad baſes petalorum.

Stam. *Filamenta* octo, ſimplicia, brevia, baſi coalita. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* turbinatum, triquetrum, obtuſum. *Styli* tres, filiformes, breves. *Stigmata* ſimplicia, patentia.

Per. *Capſula* magna, triquetra, trilocularis, trivalvis.

Sem. ſolitaria, ſubovata.

†680. CARDIOSPERMUM.* — *Gærtn.* 79. Corindum *Tournef.* 246. Veſicaria *Riv. IV.* 144.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* obtuſis, concavis: *alternis* interioribus magnitudine corollæ, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, obtuſa, cum calycis foliolis majoribus alterna.

Nectarium tetrapetalum, coloratum, germen includens: *foliolis* petalo innatis obtuſis, duobus in labium erectum, apice calloſis, latere uncinatis, reliquis in L. clauſum lateribus æqualibus.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, nectario æqualia, inferne coalita. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, breves. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triloba, inflata, trilocularis, apice dehiſcens.

Sem. ſolitaria, globoſa, baſi cicatrice cordata notata.

681. SAPINDUS. †*Tournef* 440. — *Gærtn.* 70.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, patens: *foliolis* ſubovatis, ſubæqualibus, planis, patentibus, coloratis, deciduis: duobus horum exterioribus.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, unguiculata: duobus magis approximatis.

Nectarium foliolis quatuor, oblongis, concavis, erectis,

petalorum baſi inſertis. *Glandulæ* quatuor ſubrotundæ, baſi petalorum inſertæ.

STAM. *Filamenta* octo, longitudine floris. *Antheræ* cordatæ, erectæ.

PIST. *Germen* triangulare. *Styli* tres, breves. *Stigmata* ſimplicia, obtuſa.

PER. *Capſulæ* tres, carnoſæ, globoſæ, connatæ, inflatæ.

SEM. *Nux* globoſa. (bilocularis *G.*)

OBS. *Raro perveniunt omnes tres Capſulæ ad maturitatem: communiter duæ abortiunt, notante* Houſtono. *Videtur affinis* Paulliniæ *&* Cardioſpermo.

* 682 PONÆA. Toulicia *Aubl. guian.* 140.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis, concavis, patentibus.

COR. *Petala* quatuor, lanceolata, acuta, apice glandulis aliquot piliferis, calyce majora, glandulæ germen cingenti adnata.

STAM. *Filamenta* octo, capillaria, glandulæ germen cingenti inſerta: alterna (petalis oppoſita) majora, longitudine corollæ. *Antheræ* ovatæ.

PIST. *Germen* pedicellatum? longum, triquetrum, glandulæ depreſſæ inſidens. *Styli* tres, breves. *Stigmata* acuta.

PER. *Capſula* trilocularis, trialata, ſingulis alis bivalvibus.

SEM. ſolitaria, ovata.

VI. TETRAGYNIA.

683. PARIS. * Herba Paris *Tourneſ.* 177.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, acutis, corollæ magnitudine, patentibus.

COR. *Petala* quatuor, patentia, ſubulata, calyci ſimilia, perſiſtentia.

STAM. *Filamenta* octo, ſubulata, infra antheras brevia. *Antheræ* longæ, medio filamentorum utrinque adnatæ.

PIST. *Germen* rotundo-tetragonum. *Styli* quatuor, patentes, ſtaminibus breviores. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Bacca* globoſo-tetragona, quadrilocularis.

SEM. plura, gemino ordine incumbentia.

684. ADOXA. * Moſchatellina *Tourneſ.* 68.

CAL. *Perianthium* inferum, bifidum, planum, perſiſtens.

Cor. monopetala, plana, quadrifida: *laciniis* ovatis, acutis, calyce longioribus.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* infra receptaculum corollæ. *Styli* quatuor, ſimplices, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* globoſa, inter calycem & corollam, calyce, cum bacca inferne coalito, umbilicata, quadrilocularis.

Sem. ſolitaria, compreſſa.

Obs. *Talis eſt fructificatio* terminalis; laterales *vero omnes addunt unicam quintam partem numeri.*

685. ELATINE. * Potamopitys *Buxb.* A. P. Alſinaſtrum *Vaill.* B. P. 1. *f.* 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, planis, magnitudine corollæ, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, ſeſſilia, patentia.

Stam. *Filamenta* octo, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* orbiculatum, globoſo-depreſſum, magnum. *Styli* quatuor, erecti, paralleli, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* orbiculata, globoſo-depreſſa, magna, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. plura, lunulata, erecta, rotatim receptaculum cingentia.

* 686. HALORAGIS. *Forſt. gen.* 31. *Jacqu. miſc.* 2. *p.* 333. Cercodia *Murray comm. gotting.* 1780. *p.* 3. *Gærtn.* 32. *f.* 6.

Cal. *Perianthium* quadrifidum, ſuperum, germini adnatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, concava, patentia, *unguibus* anguſtis, calyci inſertis.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, erecta, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* oblongæ, quadriſulcæ, erectæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* quatuor, erecti. *Stigmata* ſimplicia, obtuſa.

Per. *Drupa* ſicca, ſubrotunda, calyce perſiſtente coronata.

Sem. *Nux* oſſea, quadrilocularis: *nucleis* ſolitariis.

†687. FORSKOLEA.* — *Gærtn.* 68. — Caidbeja *Forsk. flor.* 82.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* linearilanceolatis, parallelis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* octo, rudia, ſpatulata, concava, erecta, marceſcentia, calyce breviora, unguibus longitudine limbi.

Stam. *Filamenta* octo, filiformia, intra ſingula petala ſingula, elaſtica, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

Pist. *Germina* quatuor, diſtantia, oblonga, lanata. *Styli* ſetacei. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum.

Sem. quatuor, oblonga, compreſſa, utrinque attenuata, lana intertexta.

Obs. *Numerus petalorum & filamentorum in quibusdam floribus denarius, piſtillorum quinarius.* Flos, *propter lanam, extricatu difficillimus.*

Classis IX.

ENNEANDRIA

I. MONOGYNIA.

688. *Laurus.*
689. *Tinus.*
690. *Cassyta.*
691. *Ginannia.*

II. TRIGYNIA.

692. *Rheum.*

III. HEXAGYNIA.

693. *Butomus.*

ENNEANDRIA

I. MONOGYNIA.

688. LAURUS. * *Tournef.* 367. *Jacq. amer.* 117. Cinnamomum *Herm.* H. L. B. 656. *Burm. zeyl.* 28. 1. Camphora *Gronov. Diff.* Perſea *Plum.* 20. Borbonia *Plum.* 2. Benzoë *Boerh.* Saſſafras *Offic.*

Cal. nullus (*niſi corollam calycem dicas.*)

Cor. *Petala* ſex, ovata, acuminata, concava, erecta: *alterna* exteriora.

Nectarium conſtans tuberculis tribus, acuminatis, coloratis, in duas ſetas deſinentibus, germen circumſtantibus.

Stam. *Filamenta* novem, corolla breviora, compreſſa, obtuſa, terna in ſingulo ordine. *Antheræ* margini filamentorum ſuperne utrinque adnatæ.

Glandulæ duæ, globoſæ, petiolo breviſſimo, ſingulo filamento intimi ordinis prope baſin affixæ.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſimplex, æqualis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, obliquum.

Per. *Drupa* ovalis, acuminata, unilocularis, corolla comprehenſa.

Sem. *Nux* ovato-acuminata. *Nucleus* ejusdem formæ.

Obs. *Maxima ſpecierum pars una cum* Cinnamomo & Camphora *hermaphrodita eſt: in nonnullis tamen Mares ſeorſim in* dioecia *prodeunt, ut in* L. *nobili, ubi etiam ſæpius ſtamina octo ad quatuordecim, cui Corolla quadripartita, nuda. Corpuſcula filamentis quibusdam adnexa, eſſentialem præbent characterem.*

Stamina numero variant. R.

689. TINUS. Volkameria. *Brown. t.* 21. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, campanulatum, erectum.

Cor. monopetala, quinquefida, obtuſa.

Nectarium urceolatum, ſubovatum, concavum, ore perforatum, centrum receptaculi occupans.

Stam. *Filamenta* novem, brevia. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* globoſum, infra nectarium. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigmata* tria obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis.
Sem. ſolitaria, oblonga.
Obs. *Nectarium more Winteranæ.*

690. CASSYTA. † *Osbeck. Jacq. amer.* 115.— *Gærtn.* 27.

Cal. *Perianthium* triphyllum, minimum, perſiſtens: *foliolis* ſemiovatis, acutis, concavis, erectis.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, acuta, concava, perſiſtentia. *Nectarium Glandulis* tribus, oblongis, truncatis, coloratis, longitudine germinis, germini circumſtantibus.
Stam. *Filamenta* novem, erecta, compreſſa. *Glandulæ* binæ, globoſæ, filamentis ſingulis tribus interioribus lateribus baſeos inſidentes. *Antheræ* adnatæ filamentis infra apicem.
Pist. *Germen* ovatum, intra corollam calycemque. *Stylus* craſſiuſculus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſolete trifidum, obtuſum.
Per. *Receptaculum* excretum in *Drupam* depreſſo-globoſam, calyce corollaque conniventibus coronatam, umbilico perforatam.
Sem. *Nux* globoſa, ſtaminibus conniventibus acuminata.
Obs. *Corolla ſexpartita appellatur in Syſt. nat.* R.

* 691. GINANNIA. *Scop.* Palouë *Aubl.* 141.

Cal. *Perianthium* duplex. *Exterius* monophyllum, bifidum, acutum. *Interius* monophyllum, cyathiforme, quadrifidum ſ. quinquefidum: *laciniis* ovalibus, concavis, obtuſis, patentibus, quarum una reliquis major.
Cor. *Petala* tria, oblonga, obtuſa, fimbriata, patentia, calycis laciniæ majori ad baſin inſerta.
Stam. *Filamenta* novem, filiformia, flexuoſa, corolla longiora, calycis ori inſerta. *Antheræ* parallelepipedæ, verſatiles.
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, calycis fundo affixum *pedicello*, ſuperius *ala* membranacea aucto. *Stylus* filiformis, flexuoſus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* longum, rectum, uniloculare, bivalve, pedicellatum.
Sem. plura, ovalia, compreſſa, glabra.

II. TRIGYNIA.

692. RHEUM. * Rhabarbarum. *Tournef.* 18.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, basi anguſtata, impervia, limbo ſexfida: *laciniis* obtuſis: *alternis* minoribus, marceſcens.

Stam. *Filamenta* novem, capillaria, corolla inſerta, ejusdemque longitudine. *Antheræ* didymæ, oblongæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* breve, triquetrum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, reflexa, plumoſa.

Per. nullum.

Sem. unicum, magnum, triquetrum, acutum, *marginibus* membranaceis.

III. HEXAGYNIA.

† 693. BUTOMUS. * *Tournef.* 143. — *Gærtn.* 19.

Cal. *Involucrum* ſimplex, triphyllum, breve.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, marceſcentia: *alternis* exterioribus minoribus, acutioribus.

Stam. *Filamenta* novem, ſubulata, quorum ſex exteriora. *Antheræ* bilamellatæ.

Pist. *Germina* ſex, oblonga, acuminata, in *Stylos* deſinentia. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſulæ* ſex, oblongæ, ſenſim attenuatæ, erectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, oblongo-cylindracea, utrinque obtuſa, parieti capſularum affixa.

Classis X.

DECANDRIA

I. MONOGYNIA.

694. *Sophora.*
695. *Anagyris.*
696. *Cercis.*
697. *Bauhinia.*
698. *Hymenæa.*
699. *Parkinsonia.*
700. *Cassia.*
701. *Poinciana.*
702. *Cubæa.*
703. *Cæsalpinia.*
704. *Guilandina.*
705. *Schotia.*
706. *Prosopis.*
707. *Adenanthera.*
708. *Hæmatoxylum.*
709. *Myroxylum.*
710. *Cynometra.*
711. *Crudia.*
712. *Cyclas.*
713. *Toluifera.*
714. *Nicandra.*
715. *Codon.*
716. *Chalcas.*
717. *Murraya.*
718. *Bergera.*
719. *Ekebergia.*
720. *Limonia.*
721. *Trichilia.*
722. *Turræa.*
723. *Swietenia.*
724. *Melia.*
725. *Ruta.*
726. *Dictamnus.*
727. *Guajacum.*
728. *Quassia.*
729. *Dionæa.*
730. *Lygophyllum.*
731. *Fagonia.*
732. *Tribulus.*
733. *Thryallis.*
734. *Helicteres.*
735. *Gærtnera.*
736. *Heisteria.*
737. *Monotropa.*
738. *Gomphia.*
739. *Quisqualis.*
740. *Dais.*
741. *Jussiæa.*
742. *Melastoma.*
743. *Kalmia.*
744. *Ledum.*
745. *Rhodora.*
746. *Rhododendrum.*
747. *Andromeda.*
748. *Epigæa.*
749. *Gaultheria.*
750. *Arbutus.*
751. *Clethra.*
752. *Pyrola.*
753. *Styrax.*

754. *Inocarpus.*
755. *Samyda.*
756. *Caſearia.*
757. *Copaifera.*
758. *Bucida.*

II. DIGYNIA.

759. *Royena.*
760. *Hydrangea.*
761. *Cunonia.*
762. *Trianthema.*
763. *Chryſoſplenium.*
764. *Saxifraga.*
765. *Tiarella.*
766. *Mitella.*
767. *Scleranthus.*
768. *Gypſophila.*
769. *Saponaria.*
770. *Dianthus.*

III. TRIGYNIA.

771. *Cucubalus.*
772. *Silene.*
773. *Stellaria.*
774. *Arenaria.*
775. *Cherleria.*
776. *Deutzia.*
777. *Brunnichia.*
778. *Garidella.*
779. *Malpighia.*
780. *Baniſteria.*
781. *Hiræa.*
782. *Triopteris.*
783. *Erythroxylum.*

IV. PENTAGYNIA.

784. *Averrhoa.*
785. *Joncquetia.*
786. *Spondias.*
787. *Robergia.*
788. *Cotyledon.*
789. *Sedum.*
790. *Penthorum.*
791. *Bergia.*
792. *Suriana.*
793. *Grielum.*
794. *Oxalis.*
795. *Agroſtemma.*
696. *Lychnis.*
797. *Ceraſtium.*
798. *Spergula.*

V. DECAGYNIA.

799. *Neurada.*
800. *Phytolacca.*

DECANDRIA

I. MONOGYNIA.

694. SOPHORA. *

CAL. *Perianthium* monophyllum, breve, campanulatum, basi superne gibbum: *ore* quinquedentato, obliquo, obtuso.

COR. papilionacea, pentapetala.

Vexillum oblongum, sensim latius, rectum, lateribus reflexis.

Alæ duæ, oblongæ, basi appendiculatæ, longitudine vexilli.

Carina dipetala: petalis alis conformibus, marginibus inferioribus approximatis, naviculáribus.

STAM. *Filamenta* decem, distincta, parallela, subulata, longitudine corollæ, intra carinam recondita. *Antheræ* minimæ, assurgentes.

PIST. *Germen* oblongum, teres. *Stylus* magnitudine & situ staminum. *Stigma* obtusum.

PER. *Legumen* longissimum, tenue, uniloculare, ad semina nodosum.

SEM. plurima, subrotunda.

OBS. *In omnibus cum Papilionaceis & Diadelphis convenit, præterquam quod Filamentis distinctis & separatis gaudeat.*

695. ANAGYRIS. * *Tournef.* 647.

CAL. *Perianthium* campanulatum: *ore* quinquedentato; *supremo pare* profundius diviso.

COR. papilionacea.

Vexillum obcordatum, rectum, emarginatum, reliquis latius, calyce duplo longius.

Alæ ovato-oblongæ, planæ, vexillo longiores.

Carina recta, longissima.

STAM. *Filamenta* decem, parallela, distincta, assurgentia. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* simplex, assurgens. *Stigma* villosum.

PER. *Legumen* oblongum, magnum, teretiusculum, parum reflexum, obtusum.

SEM. sex vel plura, reniformia.

OBS. *Essentia consistit in Vexillo brevissimo, recto; Carina longissima.*

696. CERCIS. * Siliquaſtrum *Tournef.* 414.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, campanulatum, inferne gibbum, melliferum: *ore* quinquedentato, erecto, obtuſo.

Cor. pentapetala, calyci inſerta, corollam papilionaceam mentiens.

Alæ: Petala duo, ſurſum flexa, unguibus longis affixa.

Vexillum: Petalum unicum, ſubrotundum, unguiculatum ſub alis, quibus brevius.

Carina: Petala duo, conniventia in cordatam figuram, includentia genitalia, unguibus affixa.

Nectarium glandula ſtyliformis, ſub germine.

Stam. *Filamenta* decem, diſtincta, ſubulata, declinata, quorum quatuor longiora, tecta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.

Pist. *Germen* lineari-lanceolatum, pedicellatum. *Stylus* longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* obtuſum, aſſurgens.

Per. *Legumen* oblongum, oblique acuminatum, uniloculare.

Sem. nonnulla, ſubrotunda, ſuturæ ſuperiori annexa.

697. BAUHINIA. * *Plum.* 13.

Cal. *Perianthium* oblongum, longitudinaliter latere inferiore dehiſcens, hinc reclinatum, baſi quinquefariam quoque dehiſcens, ſuperne cohærentibus quinque foliolis, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, undulata, apicibus attenuatis reflexis, patentia; inferiora paulo majora, ſuperiore magis diſtante, omnia unguibus calyci inſidentia.

Stam. *Filamenta* decem, declinata, corolla breviora; decimum longiſſimum. *Antheræ* ovatæ, in decimo ſemper, rarius in reliquis.

Pist. *Germen* oblongum, pedicello inſidens. *Stylus* filiformis, declinatus. *Stigma* obtuſum, aſſurgens.

Per. *Legumen* longum, ſubteres, uniloculare.

Sem. multa, ſubrotunda, compreſſa, ſecundum longitudinem leguminis poſita.

Obs. B. divaricata & acuminata *habent Filamenta diadelpha, ſitu contrario quam in Papilionaceis, ſtamine ſolitario inferiorem locum occupante.*

† 698. HYMENÆA. † Courbaril *Plum.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coriaceum. *Tubus* brevis, turbinatus, compreſſus, perſiſtens: ore obliquo. *Limbus*

quadripartitus, ſubæqualis, erectus, deciduus: *laciniis* ovatis, obtuſis: duabus oppoſitis planiuſculis, paullo latioribus; duabus reliquis concavis, altero latere anguſtiore.

Cor. pentapetala, collo calycis inſerta, ſubpapilionacea; petalis ſubæqualibus.

Vexillum: petala duo ſuprema, oblique ovata, obtuſa, ſeſſilia, ad laciniam calycis concavam ſuperiorem.

Alæ: petala duo, ſimilia, lateralia, paullo anguſtiora.

Carina: petalum infimum, canaliculato-excavatum, alis approximatum, intra laciniam calycis concavam inferiorem.

Stam. *Filamenta* decem, diſtincta, ſubulata, erecta, ſupra medium deflexa, longiſſima, intra carinam & alas, collo calycis inſerta. *Antheræ* lineares, dorſo affixæ.

Pist. *Germen* acinaciforme, compreſſum, pedicellatum. *Stylus* longiſſimus, ſetaceus, deflexus. *Stigma* incraſſatum, oblique truncatum. — *Schr.*

Per. *Legumen* maximum, ovato-oblongum, obtuſum, uniloculare, pulpa farinoſa repletum.

Sem. plura, ovata, polline fibrisque obvoluta. *Linn.*

† 699. PARKINSONIA. † *Plum.* 3. *Jacq. amer.* 121.

Cal. *Perianthium* monophyllum; *baſi* campanulata planiuſcula, perſiſtente; *limbo* quinquepartito: *laciniis* lanceolato-ovatis, acutis, coloratis, reflexis, ſubæqualibus, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, unguiculata, ſubæqualia, patentiſſima, ovata; infimo reniformi, ungue erecto, longiſſimo.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, inferne villoſa, declinata. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* teres, longum, declinatum. *Stylus* filiformis, adſurgens, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* longiſſimum, teres, toroſum ad ſemina, unde moniliforme, acuminatum.

Sem. plura, intra ſingulum articulum leguminis ſingula, oblonga, ſubteretia, obtuſa.

700. CASSIA. * *Tournef.* 392. Senna *Tournef.* 390.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, laxum, concavum, coloratum, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava: *inferiora* magis diſtantia, patentiora, majora.

Stam. *Filamenta* decem, declinata: *tria inferiora* longiora; *tria ſuperiora* breviora. *Antheræ* inferiores tres, maximæ, arcuatæ, roſtratæ, apice dehiſcentes; laterales quatuor absque roſtro, dehiſcentes: ſupremæ tres minimæ, ſteriles.

Pist. *Germen* teretiuſculum, longum, pedicellatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* obtuſum, aſſurgens.

Per. *Legumen* oblongum, diſſepimentis transverſis.

Sem. plura, ſubrotunda, ſuturæ ſuperiori affixa.

Obs. *In* Caſſia T. *Legumen oblongum diſſepimentis integris.* Senna T. *Legumen gibbum, inflexum.*

† 701. POINCIANA. † *Tournef.* 391.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coloratum. *Tubus* breviſſimus, compreſſus, perſiſtens: ore obliquo. *Limbus* quinquepartitus, patentiſſimus, deciduus: *laciniis* quatuor oblongis, obtuſis, ſubæqualibus: quinta infima longiore, declinata, fornicata.

Cor. pentapetala, inæqualis. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ſubæqualia; *quintum* ſupremum, majus, difforme, crenatum.

Stam. *Filamenta* decem, collo calycis inſidentia, ſetacea, omnium longiſſima, declinata: ſupremo pedicellato. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubulatum, declinatum, longius, pedicellatum, deſinens in *Stylum* longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* compreſſum, oblongum, diſſepimentis quaſi transverſalibus.

Sem. plura, compreſſo-plana, ſubovata.

* 702. CUBÆA. *Scop.* Tachigali *Aubl.* 143.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, patens, perſiſtens, quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis: concavis, quatuor erectis, quinta infima majore, declinata.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, ſubæqualia, unguiculata, calycis collo inſerta, quorum tria ſuperiora erecta; duo inferiora declinata.

Stam. *Filamenta* decem, baſi villoſa, calyci infra petala inſerta; quorum tria ſuperiora breviora, filiformia, erecta, petalis ſuperioribus adpreſſa; ſeptem inferiora longiora, capillaria, petalis inferioribus incumbentia iisque longiora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* oblongum, pedicellatum. *Stylus* capillaris. *Stigma* acutum.

Per. *Legumen* longum, coriaceum, villosum, ventricosum, oblique acuminatum, uniloculare.

Sem. plura, subreniformia.

703. CÆSALPINIA. † *Plum.* 9.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, urceolatum: *lobo* inferiore maximo.

Cor. *Petala* quinque, subæqualia: infimo pulchrius colorato.

Stam. *Filamenta* filiformia, incurva, versus laciniam majorem decumbentia. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* tenue, oblongum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Legumen* oblongum, rhombeum, acuminatum, uniloculare.

Sem. plurima, rhombea.

†704. GUILANDINA. † Bonduc *Plum.* 39.

Cal. *Perianthium* monophyllum. *Tubus* brevis, turbinatus, persistens: ore obliquo. *Limbus* quinquepartitus, subæqualis, patens, deciduus: *laciniis* oblongis, extrorsum latioribus, rotundatis: superioribus duabus paullo brevioribus, infima paullo longiore.

Cor. *Petala* quinque, collo calycis inserta; supremum subrotundum, concavum, adscendens, paullo brevius; reliqua oblonga, antrorsum latiora, spice rotundata, reflexopatentia, calyce, duoque infima mediis paullo longiora.

Stam. *Filamenta* decem, subulata, basi crassiora villosaque, decumbentia, calycis collo inserta, corolla breviora, inæqualia: inferiora gradatim longiora. *Antheræ* oblongæ, dorso affixæ. — *Schr.*

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex. — *Linn.*

Per. *Legumen* rhomboideum, futura superiore convexa, ventricoso-compressum, uniloculare, dissepimentis transversis distinctum.

Sem. ossea, globoso-compressa, inter dissepimenta solitaria.

Obs. *Gu. Bonducis & Bonducellæ solos flores masculinos vidi; inquirendum, utrum dioicæ sint an polygamæ?* S.

* 705. SCHOTIA. *Jacq. coll.* 1. *p.* 93. Theodora *Medic. monogr.* 1786.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coloratum. *Tubus* turbi-

natus, ſubcompreſſus, carnoſus, perſiſtens. *Limbus* ſemiquinquefidus: *laciniis* ovatis, concavis, obtuſis, erectis, æqualibus.

Cor. *Petala* quinque, tubo calycis impoſita, oblonga, concava, obtuſa, erecta, æqualia, lateribus mutuo incumbentia, ſeſſilia, laciniis calycinis duplo longiora.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, petalis paullo longiora, tubo calycis in orbem inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, pedicellatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Legumen?* pedicellatum. . . .

Sem. duo. *Medic.*

706. PROSOPIS.

Cal. *Perianthium* monophyllum, hemiſphæricum, ſubquadridentatum.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, ſeſſilia, æqualia.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, æqualia. *Antheræ* didymæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine petalorum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Legumen* longum, inflatum, uniloculare.

Sem. plura, rotundato-oblonga, colorata.

707. ADENANTHERA. * *Roy. lugdb. p.* 462.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, minimum

Cor. pentapetala, campanulata: *Petala* lanceolata, ſeſſilia, introrſum convexa, ſubtus concava.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, corolla paullo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes, apice exteriore glandulam globoſam ferentes.

Pist. *Germen* oblongum, deorſum gibbum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum *Stigma* ſimplex.

Per. *Legumen* longum, compreſſum, membranaceum.

Sem. plurima; ſubrotunda, remota.

† 708. HÆMATOXYLUM. † *Rottbœll. coll. hafn.* 2. *p.* 254.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coloratum. *Tubus* breviſſimus, urceolatus, carnoſus, perſiſtens. *Limbus* quinque-

partitus, patens, deciduus: *laciniis* oblongis; obtusis: superioribus quatuor æqualibus, infima paullo longiore.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, superne latiora, obtusa, venosa, patentia, subæqualia, calyci inserta, ejusque laciniis majora.

Stam. *Filamenta* decem, subulata, inferne introrsum pilosa, erecta, inæqualia, vix corolla longiora, calyci inserta. *Antheræ* ovales, parvæ.

Pist. *Germen* oblongo-acinaciforme, compressum. *Stylus* capillaris, apice curvus, staminibus longior. *Stigma* infundibuliforme.

Per. *Legumen* lanceolatum, planum, obtusum, uniloculare, utrinque sutura crassiuscula non dehiscente marginatum, valvulis medio secundum longitudinem ruptis se aperiens, & in duas partes naviculares inæquales discedens.

Sem. pauca, oblonga, compressa, sulcata, alteri suturæ affixa.

*709. MYROXYLUM. *Mutis. Linn. fil. suppl.* 34. Myrospermum *Jacq. amer.* 120.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum: quinquedentatum, persistens: *dentibus* minimis, obsoletis.

Cor. *Petala* quinque, inæqualia, unguiculata, receptaculo inserta. *superius* latum, ovatum, obcordatum, reflexum; *reliqua* angusto-lanceolata, recta, vix patentia. *Ungues* anguſti, lineares longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, glabra, germini adpressa, longitudine calycis. *Antheræ* erectæ, lanceolatæ, sulco exaratæ, acumine brevi terminatæ.

Pist. *Germen* superum, flore longius, ex eo propendens, acinaciforme, compressum. *Stylus* adscendens, brevis, filiformis. *Stigma* obtusum, simplex.

Per. *Legumen* ensiforme, basi angustatum, apicem versus dilatatum, anceps, non dehiscens.

Sem. unicum, rotundum, compressum, in apice leguminis.

710. CYNOMETRA. Cynomorium. *Garc.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum, reflexum, longitudine corollæ.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, æqualia, acuta.

Stam. *Filamenta* decem, corolla duplo longiora. *Antheræ* ovales, apice bifidæ.

Pist. *Germen* cymbiforme. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex.

Per. *Legumen* lunatum, compreſſum, carnoſum, tubereulatum.

Sem. unicum, reniforme, magnum.

* 711 CRUDIA. † *Communicata a D. Crudy.*

Cal. *Perianthium* monophyllum. *Tubus* brevis, compreſſo-turbinatus, baſi antice gibbus, perſiſtens: ore obliquo. *Limbus* quadripartitus, inæqualis, patens, deciduus: *laciniæ* ſuperiore ſubrotunda, concava; reliquis ovatis, obtuſiſſimis, minus excavatis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, baſi paullo latiora, medio inflexa, calycis collo inſerta, ejusque laciniis duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, dorſo adnatæ.

Pist. *Germen* acinaciforme, hiſpidum, erectum, pedicello longitudine tubi, fundo calycis adfixum, ad laciniam ſuperiorem inclinatum. *Stylus* capillaris, inflexus, longitudine ſtaminum, e dorſo germinis, prodiens. *Stigma* incraſſatum, obtuſum.

Per. *Legumen?* maximum, ovatum, uniloculare, evalve.

Sem. duo, ſubrotunda, depreſſa.

* 712. CYCLAS. Apalatoa *Aubl.* 147. Touchiroa *Aubl.* 148.

Cal. *Perianthium* monophyllum. *Tubus* brevis, turbinatus. *Limbus* quadripartitus, patulus: *laciniis* ovato-oblongis, acutis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* decem, capillaria, calycis collo inſerta, eoque longiora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* ovato-oblongum, villoſum, pedicellatum. *Stylus* capillaris, flexuoſus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen?* ſubrotundum, depreſſum, rugoſum, *ala* orbiculari membranacea, lata, undulata, cinctum, uniloculare, non dehiſcens.

Sem. unicum, reniforme.

Obs. *Præcedenti maxime affine. S.*

713. TOLUIFERA. † *Roy.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, ſubæquale: angulo unico remotiore.

Cor. *Petala* quinque, receptaculo inſerta: quorum quatuor æqualia, linearia, calyce paullo longiora; quintum duplo majus, obcordatum, ungue longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* decem, breviſſima. *Antheræ* calyce longiores.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* acutum.
Per. . . . .
Sem. . . . .

* 714. NICANDRA. Potalia *Aubl.* 151.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, craſſum, coloratum, quadripartitum: *laciniis* latis, concavis, obtuſis: duabus oppoſitis externis majoribus, duabusque internis minoribus.
Cor. monopetala. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* profunde decemfidus: *laciniis* oblongis, imbricatis, apice incurvis, rigidis.
Nectarium: annulus membranaceus, brevis, baſin germinis cingens.
Stam. *Filamenta* decem, breviſſima, nectario connexa, receptaculo inſerta. *Antheræ* lineares, tetragonæ, acutæ, erectæ, approximatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* peltatum, orbiculare, ſexradiatum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, ſexſulcata, trilocularis.
Sem. plurima, minima, angulata.

715. CODON. *Auctore Cl. Dav. Royeno.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, decempartitum: *foliolis* ſubulatis, perſiſtentibus, erectiuſculis; alternis brevioribus.
Cor. monopetala, campanulata, baſi toruloſa: *Limbo* decempartito, æquali.
Nectarium decemloculare, ex ſquamis 10, unguibus ſtaminum inſertis, conniventibus, receptaculum tegentibus.
Stam. *Filamenta* decem, longitudine corollæ. *Antheræ* craſſæ.
Pist. *Germen* ſuperum, conicum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, longa, ſetacea, divergentia.
Per. biloculare.
Sem. plura, ſubrotunda, hirta, in pulpa exſucca colorata.

716. CHALCAS.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum: *foliolis* ſubulatis, erectis, perſiſtentibus.
Cor. pentapetala, campanulata. *Petala* oblongiuſcula, majuſcula, unguibus inſidentia.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitato-verrucoſum.

Per. *Bacca* oblonga. *Rumph.*

Sem. duo, tomentoſa.

Obs. *An affinis* Trichogamilæ *Brown.?*

717 MURRAYA. *Authore D. Kœnigio.* — Marſana *Sonnerat ind. 2. t. 139.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, minimum: *laciniis* linearibus, erectis, teretiuſculis, remotis, perſiſtentibus.

Cor. pentapetala, campanulata: *petalis* lanceolatis, apice patulis.

Nectarium campanulatum, breve, germen cingens.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine floris. *Antheræ* oblongiuſculæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* filiformis, ſubangulatus, *ſtaminibus* longior. *Stigma* planiuſculum, verrucoſum, angulatum.

Per. *Bacca* ſubpulpoſa, unilocularis.

Sem. unicum, magnum, obovatum, acutum, hinc ſulcatum.

718. BERGERA. *Authore D. Kœnigio.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, acutum, patens, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſiuſcula, patentia.

Stam. *Filamenta* decem: quinque alternis brevioribus. *Antheræ* rotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* filiformis, clavatus. *Stigma* turbinatum, nitidum, ſulcis transverſis.

Per. *Bacca* ſubgloboſa, unilocularis.

Sem. duo.

*719. EKEBERGIA. *Sparrman act. holm. 1779. p. 282. Thunberg. nov. gen. 43.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, tomentoſum, quadripartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, externe tomentoſa, calyce paullo longiora.

Nectarium: annulus baſin germinis cingens.

Stam. *Filamenta* decem, breviſſima, pubeſcentia. *Antheræ* ovatæ, acutæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* cylindricus, breviſſimus. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* globoſa.
Sem. quinque, oblonga.
Obs. *Bacca variat ſeminibus* 2-5. Th.

† 720. LIMONIA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, tri-ſ. quinquefidum, acutum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* tria ad quinque, oblonga, obtuſa, erecta, apice patentia.
Stam. *Filamenta* ſex ad decem, ſubulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* lineares, erectæ.
Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, planum.
Per. *Bacca* ovata ſ. ſubgloboſa, trilocularis: *diſſepimentis* membranaceis.
Sem. ſolitaria, ovata.

721. TRICHILIA. † *Brown. p.* 279. *Læſl.* 188.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſubquinquedentatum, breve.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia.
Nectarium cylindricum, tubuloſum: *ore* quinquedentato, petalis brevius, connatum ex filamentis decem.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* decem, erectæ, aſſurgentes, e margine tubi nectarii, deciduæ.
Pist. *Germen* obovatum, ſubtrilobum. *Stylus* brevis. *Stigma* capitatum, tridentatum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, ſubtrigona, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, arillato-baccata.

722. TURRÆA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, linearia, patentia, longa.
Nectarium: Tubus cylindricus, longitudine petalorum: ore decemfido.
Stam. *Filamenta* decem, intra os nectarii, breviſſima. *Antheræ* ſubovatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine nectarii. *Stigma* craſſiuſculum, rugoſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, pentacocca: *valvulis* longitudinaliter dehiſcentibus.

Sem. bina, reniformia.
Obs. Corollæ *Meliæ*, *Swieteniæ*, *Trichiliæ huic ſimillimæ.*

723. SWIETENIA. *Jacq. amer.* 127.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, obtuſum, minimum, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, obovata, obtuſa, concava, patentia. *Nectarium* monophyllum, cylindricum, longitudine petalorum: *ore* decemdentato.
Stam. *Filamenta* decem, minutiſſima, infra dentes nectarii inſerta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, erectus, longitudine nectarii. *Stigma* capitatum, planum.
Per. *Capſula* ovata, magna, lignoſa, quinquelocularis, quinquevalvis: *valvulis* baſi dehiſcentibus.
Sem. plurima, imbricata, compreſſa, oblonga, obtuſa, aucta ala foliacea. *Receptaculum* magnum, quinquangulare.
Obs. Cedrelæ *affinis ob fructum.*

724. MELIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, erectum, obtuſum.
Cor. *Petala* quinque, lineari-lanceolata, patentia, longa. *Nectarium* cylindricum, monophyllum, longitudine corollæ: ore decemdentato.
Stam. *Filamenta* decem, minima, intra apicem nectarii inſerta. *Antheræ* nectarium non ſuperantes, oblongæ.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* cylindricus, longitudine nectarii. *Stigma* capitatum: valvulis quinque conniventibus.
Per. *Drupa* globoſa, mollis.
Sem. *Nux* ſubrotunda, quinqueſulcata, quinquelocularis.

725. RUTA. * *Tournef.* 133. Pſeudo-Ruta *Mich.* 19.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, breve, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, patentia, ſubovata, concava, *unguibus* anguſtis.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, patentia, longitudine corollæ, baſi latiuſcula. *Antheræ* erectæ, breviſſimæ.
Pist. *Germen* gibbum, cruce inſculptum, punctis melliferis decem ad baſin cinctum, elevatum *Receptaculo* poris decem melliferis pertuſo. *Stylus* erectus, ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* gibba, quinqueloba, ſemi-quinquefida, quinquelocularis, quinquefariam inter apices dehiſcens.
Sem. plurima, ſcabra, reniformi-angulata.
Obs. R. graveolens *in floribus, excepto primo, demit ⅓ partem numeri in omni fructificationis parte, & petalis baſi ciliatis eſt.*

726. DICTAMNUS. * Fraxinella *Tournef.* 243. — *Gærtn.* 69.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, minimum, deciduum: *foliolis* oblongis, acuminatis.
Cor. *Petala* quinque, ovato-lanceolata, acuminata, unguiculata, inæqualia: quorum *duo* ſurſum flexa: *duo* oblique ad latera poſita: *unicum* deflexum.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ, inter duo petala lateralia declinata, inæqualia. *Glandulæ* punctiformes filamentis adſperſæ. *Antheræ* tetragonæ, aſſurgentes.
Pist. *Germen* quinquangulare, receptaculo elevatum. *Stylus* ſimplex, brevis, declinatus, incurvus. *Stigma* acutum, aſſurgens.
Per. *Capſulæ* quinque, margine introrſum coalitæ, compreſſæ, acuminatæ, apicibus diſtantibus, bivalves.
Sem. bina, ovata, glaberrima, intra *Arillum* communem, bivalvem, exciſum.

† 727. GUAJACUM. † *Plum.* 17. *Læſl.* 219.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, obtuſis, patentibus, deciduis: duobus exterioribus paullo minoribus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotundo-obovata, obtuſa, concava, patentia, calyce longiora, in *ungues* breves definentia, receptaculo inſerta.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, baſi latiora, erecta, corolla breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, demum recurvæ.
Pist. *Germen* ſupra latius, angulatum, pedicellatum. *Stylus* brevis, ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.
Per. *Capſulæ* duæ ad quinque, breviſſime pedicellatæ, compreſſæ, membranaceæ, cortice pulpoſo veſtitæ, extrorſum gibbæ, introrſum coalitæ, maturæ diſcedentes, dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, oſſea, oblonga.

728. QUASSIA. † *Amæn. acad. VI. monographia. -- Gærtn. 70.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, breviſſimum : *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, elongata, ſeſſilia, æqualia. *Nectarium* Squamis quinque, ovatis, villoſis, baſi filamentorum interiori inſertis.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, æqualia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Receptaculum* carnoſum, orbiculatum, elevatum, germine latius. *Germen* ovatum, ex quinque compoſitum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. quinque, lateralia, diſtantia, receptaculo carnoſo orbiculato inſerta, ovata, obtuſa, bivalvia.

Sem. ſolitaria, globoſa.

729. DIONÆA. † *Autore Elliſio.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſeſſilia, oblonga, obtuſa, concava.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, polline tricocco.

Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum, crenatum. *Stylus* filiformis, filamentis brevior. *Stigma* patens, margine fimbriatum.

Per. *Capſula* unilocularis, gibba.

Sem. plurima, ſubovata, minima, baſi capſulæ affixa.

730. ZYGOPHYLLUM. * Fabago *Tourn. 135.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum : *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, erectis.

Cor. *Petala* quinque, ſenſim latiora, obtuſa, emarginata, calyce paullo longiora. *Nectarium* decaphyllum, connivens, germen includens: foliolo ceu ſquama ſingulo filamento juxta baſin adnato, acuminato, connivente.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum, baſi attenuatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ovata, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, diſſepimentis ipſis valvulis adhærentibus.

Sem.

Sem. plura, ſubrotunda, compreſſa.
Obs. Pericarpii figura *in diverſis diverſa occurrit.*
Species datur, quæ quintam numeri partem excludit.
Z. album *quinque ſtigmatibus differt.* R.

731. FAGONIA. * *Tourneſ.* 141.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, patulis, minimis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, cordata, patentia: *unguibus* longis, tenuibus, calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, calyce longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* quinquangulare. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* rotundo-acuminata, quinquelocularis, quinquelobata, decemvalvis, loculis compreſſis.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

732. TRIBULUS. *Tourneſ.* 141. — *Gærtn.* 69.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, corolla paullo brevius.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, minima. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum.
Per. ſubrotundum, aculeatum, ex *Capſulis* quinque, vel decem, hinc gibbis, ſæpe mucronibus tribus quaternisue armatis; inde angulatis, conniventibus, loculis transverſis.
Sem. plura, turbinata, oblonga.
T. Ciſtoides *Fructibus decem rugoſis abſque ſpinis lateralibus.*

733. THRYALLIS. †

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, erectis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, calyce longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* obtuſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* triquetra, triangularis, obtuſa, tripartibilis: loculis exteriori angulo dehiſcentibus.

Sem. ſolitaria, glaberrima, obovata, baſi obtuſa, mucronato-incurva.

734. HELICTERES. *Jacq. amer.* 235. — *Gærtn.* 64. Iſora *Plum.* 37.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſemiovatum, oblique patens, inæqualiter quinquefidum, coriaceum.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, latitudine æqualia, receptaculo affixa, calyce longiora: *unguibus* longis, baſi utrinque denticulo laterali.

Nectarium foliolis quinque, petaliformibus, lanceolatis, minimis, germen tegentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, decem, ſ. plura, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, laterales.

Pist. *Receptaculum* filiforme, longiſſimum, recurvum, apice gerens *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, germine longior. *Stigma* ſubquinquefidum.

Per. *Capſulæ* quinque, ſpiraliter ſæpe intortæ, uniloculares.

Sem. plurima, angulata.

Obs. *In quibusdam ſpeciebus flores dodecandros, polyandros, capſulasque rectas obſervarunt Jacquin, aliique. — H. apetala corolla caret. R.*

* 735. GÆRTNERA. *Schreb.* Baniſteriæ *ſp. Sonnerat. it. 2. tab.* 135.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* oblongis, obtuſis, patentibus, ſubæqualibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, magna, plana; patentia, margine lacero-ciliata, ſubæqualia; *unguibus* breviſſimis.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, baſi leviſſime coalita: quorum novem tenuiora, erectiuſcula, corolla breviora; decimum craſſius, longitudine petali, ſuperne incurvum. *Antheræ* parallelepipedæ: quarum novem æquales, minores; decima in filamento longiori paullo major.

Pist. *Germen* ſuperum, tridentatum, parvum. *Stylus* filiformis, lateralis, incurvus, longitudine ſtaminis majoris, perſiſtens. *Stigma* acutum.

Per. *Capſula?* lignoſa, alis quatuor aucta, unilocularis. *Alæ* lanceolatæ, apicem verſus lateſcentes, obtuſæ: una maxima, erecta, duæ minores, patulæ; quarta minima, adſcendens.

Sem. unicum, ſubrotundum.

Obs. *Petala quatuor candida, quartum luteum. Hort. malab.*

736. HEISTERA. *Jacq. amer.* 126.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, acutum, parvum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, acuta, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, ovata, acuta, plana, erecta: alterna breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* erectus brevis. *Stigma* quadrifidum, obtuſum.
Per. *Drupa* oblonga, apice depreſſo, inſidens *Calyci* colorato, maximo.
Sem. *Nux* ovalis, obtuſa.
Obs. *Lauro affinis.*

737. MONOTROPA. *Orobanchoides *Tournef. A.* G. 170. Hypopitys *Dill. gen.* 7.

Cal. nullus (niſi *petala* quinque exteriora pro calyce colorato habeas.)
Cor. *Petala* decem, oblonga, parallelo-erecta, apicibus ſerrata, decidua, quorum *alterna exteriora* baſi ſunt gibba, introrſum concava mellifera.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum, acuminatum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſo capitatum.
Per. *Capſula* ovata, pentagona, obtuſa, quinquevalvis.
Sem. numeroſa, paleacea.
Obs. *Talis eſt flos terminalis; ſi vero flores laterales adſint, excludunt unicam quintam partem numeri, in omni fructificationis parte.*

*738. GOMPHIA. † *Schreb.* Jabotapita *Plum.* 32. Ochnæ *ſp. Ed. pr. Gærtn.* 70. *Schwartz. prodr.* 67.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutiuſculis, nervoſis, coloratis, deciduis: quorum duo utroque, unum altero, duoque neutro margine membrana.
Cor. *Petala* quinque, patentia, calyce longiora, ſubinæqualia. *Ungues* calyce breviores, ſenſim lateſcendo abeuntes in *Laminas* ſubrotundas, planas, integerrimas.
Stam. *Filamenta* decem, craſſa, angulata, breviſſima. *Antheræ* erectæ, parallelepipedæ, ſuperne attenuatæ, apice extrorſum duplici foramine dehiſcentes, calyce breviores.

Pist. *Germen* receptaculo carnoſo brevi angulato inſidens, quinquangulare, quinquefidum. *Stylus* ſtaminibus longior, quinqueſulcatus. *Stigma* acutum.

Per. *Baccæ* una ad quinque, plerumque duæ, ovatæ, baſi oblique attenuatæ, ſubcompreſſæ, obtuſæ, erectæ, inſidentes *Receptaculo* maximo, globoſo, (pro recipienda bacca unica,) ſ. lobato (pro baccis pluribus: ſingula ſingulo lobo affixa.)

Sem. ſolitaria, ovata.

739. QUISQUALIS. †

Cal. *Perianthium* filiforme, longiſſimum, tubuloſum, ore quinquefido patulo, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, calycis fauci inſerta, ſeſſilia, oblonga, obtuſa, patentia, calycis limbo majora.

Stam. *Filamenta* decem, ſetacea, calycis fauci inſerta, quorum quinque inferiora. *Antheræ* in fauce calycis.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, latius.

Per. *Drupa* ſicca, quinquangularis.

Sem. *Nux* ſubrotunda.

† 740. DAIS. † *Authore Dav. Royeno.* — *Gærtn.* 39.

Cal. *Involucrum* tetraphyllum, ſeſſili-multiflorum: *foliolis* ſcarioſis, erectis.

Perianthium nullum.

Cor. monopetala, infundibuliformis, involucro longior. *Tubus* filiformis, rudis. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, obtuſis.

Stam. *Filamenta* decem, fauci inſerta, limbo breviora: alternis brevioribus. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongiuſculum, baſi corollæ innatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* globoſum, adſcendens.

Per. *Bacca* ovata, unilocularis.

Sem. unicum, ovatum.

Obs. *In* D. octandra *quinta pars numeri deficit.* R.

741. JUSSIÆA. * — *Gærtn.* 31.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, ſuperum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patentia, ſeſſilia.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum; inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum, planum, ſtriis quinque notatum.

Per. *Capſula* oblonga, coronata, quinquelocularis, angulis dehiſcens.

Sem. plurima, per ſeries diſpoſita.

Obs. *Species dantur quibus quinta pars numeri exemta eſt.*

† 742. MELASTOMA. † *Burm.* Acinodendron *Edit. prior.* Fothergilla *Aubl.* 175. Mayeta *Aubl.* 176. Tibouchina *Aubl.* 177? Tococa *Aubl.* 174?

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, baſi ventricoſum, quadri-ſ. quinquefidum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor ſ. quinque, ſubrotunda, fauci calycis inſerta.

Stam. *Filamenta* octo ſ. decem, calyci inſerta, brevia. *Antheræ* longæ, ſubcurvæ, erectæ, uniloculares, apice foramine obliquo hiantes. *Squamulæ* duæ, minimæ, divergentes, ſingulo filamento infra antheram annexæ, alterius loculi rudimentum.

Pist. *Germen* ſubrotundum, in ventre calycis. *Stylus* filiformis, rectus. *Stigma* obtuſum ſ. capitatum.

Per. *Bacca* bi-tri-quadri-ſ. quinquelocularis, calyce obvoluta, ſubrotunda, coronata margine cylindraceo.

Sem. plurima, nidulantia.

743. KALMIA. † — *Gærtn.* 63.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum, perſiſtens: ſegmentis ſubovatis, acutis, teretiuſculis.

Cor. monopetala, hypocratero-infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* diſco plano, ambitu erecto, ſemiquinquefido; *Cornicula nectarifera* decem, extus e corolla prominentia, & ambientia corollam, ubi Limbi ambitus erigitur.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecto-patentia, corolla paullo breviora, baſi corollæ inſerta. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubtotundum. *Stylus* filiformis, corolla longior, declinatus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubgloboſa, depreſſa, quinquelocularis, quinquevalvis, quinquepartibilis.

Sem. numeroſa.
Obs. Nectaria *cornuta e Petalo extus prominentia, corollam ambientia, diſtinguunt genus abunde a Bicornibus.*

744. LEDUM. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquelocularis, quinquefariam baſi dehiſcens.
Sem. numeroſa, oblonga, anguſta, utrinque acuta, tenuiſſima.
Obs. Calycem *quinquefidum*, *corollamue planam*, *quinquepartitam definit Syſt. Veg. p.* 337. R.

745. RHODORA. *du Hamel.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum; perſiſtens.
Cor. *Petala* tria, inæqualia: *duobus ſuperioribus* lanceolatis, æqualibus; *infimo* concavo, oblongo, ſubtrilobo: *lacinia* intermedia minore, concava.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, declinata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, declinatus, ſtaminibus paullo longior. *Stigma* quinquefidum, craſſiuſculum.
Per. *Capſula* ovata, quinquelocularis.
Sem. plurima, minuta.
Obs. *Arbor nobis non viſa, mutuata e deſcriptione du Hamellii.*

746. RHODODENDRUM. † — *Gærtn.* 63. Chamærhododendros *Tournef.* 373.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens.
Cor. monopetala, rotato-infundibuliformis: *Limbo* patente: *laciniis* rotundatis.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, longitudine fere corollæ, declinata. *Antheræ* ovales.
Pist. *Germen* pentagonum, retuſum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ovata, ſubangulata, quinquelocularis, quinquepartibilis.
Sem. numeroſa, minima.

747. ANDROMEDA. * — *Gærtn.* 63. Ledum *Mich.* 106. Chamædaphne *Buxb.* A. R. Poliifolia *Buxb.* A. P. Ericæ ſpecies *Tournef.* 373. B.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, coloratum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, quinquefida: *laciniis* reflexis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla breviora, vix corollæ affixa. *Antheræ* bicornes, nutantes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* cylindraceus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, angulis dehiſcens: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. plurima, ſubrotunda, nitida.

Obs. *Numero ab* Erica *differt.*

Corolla aliis ovata, aliis perfecte campanulata eſt.

Antheræ *aut muticæ, aut ariſtatæ.*

A. Daboecia (*olim Erica Daboecii*) *quinta parte numeri caret.* R.

748. EPIGÆA. † Memecylum *Mitch.* 13.

Cal. *Perianthium* duplex, approximatum, perſiſtens.

P. exterius triphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, acuminatis: exteriore majore.

P. interius quinquepartitum, erectum, exteriore paullo longius: *foliolis* lanceolatis, acuminatis.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus, calyce fere longior, intus hirſutus. *Limbus* patens, quinquepartitus: Lobis ovato-oblongis.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, longitudine tubi, baſi corollæ affixa. *Antheræ* oblongæ, acutæ.

Pist. *Germen* globoſum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, ſubquinquefidum.

Per. *Capſula* ſubgloboſa, depreſſa, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. pluuima, ſubrotunda. *Rec.* magnum, quinquepartitum.

†749 GAULTHERIA. † *Kalm.* — *Gærtn.* 63.

Cal. *Perianthium* duplex, approximatum, perſiſtens.

P. exterius diphyllum, brevius: *foliolis* ſemiovatis, concavis, obtuſis.

P. interius monophyllum, quinquefidum, campanulatum: ſegmentis ſemi-ovatis.

Cor. monopetala, ovata, ſemiquinquefida: *Limbo* parvo, revoluto.

Nectarium corpuſculis decem, ſubulatis, erectis, breviſſimis, cingentibus germen intra ſtamina.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, incurva, corolla breviora; receptaculo inſerta. *Antheræ* bicornes: corniculis bifidis.

Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* cylindricus, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſe pentagona, depreſſa, quinquelocularis, quinquevalvis, apice quinquefariam dehiſcens, undique tecta *Perianthio* interiore transformato & enato in *Baccam* ſubrotundam, coloratam, apice perviam.

Sem. plurima, ſubovata, angulata, oſſea.

750. ARBUTUS. * *Tournef.* 368. — *Gærtn.* 59 Uva Urſi *Tournef.* 370.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, obtuſum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ovata, baſi planiuſcula, diaphana, *ore* quinquefido: *laciniis* obtuſis, revolutis, parvis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulato-ventricoſa, baſi tenuiſſima, margine baſeos corollæ affixa, corolla dimidio breviora. *Antheræ* leviter bifidæ, nutantes.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, receptaculo decem punctis notato inſidens. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, quinquelocularis.

Sem. parva, oſſea.

Obs. *Ad* Vaccinium *proxime accedit, a quo Fructu ſupero diſtinguitur.*

Arbutus T. *loculis polyſpermis.*

Uva Urſi T. *loculis monoſpermis.*

† 751. CLETHRA. † *Gronov. virg.* 43. — *Gærtn.* 63.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *foliolis* ovatis, concavis, erectis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, extrorſum latiora, erecto-patentia, calyce paullo longiora: ſuperiore latiore.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongo-erectæ, apice dehiſcentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, erectus, perſiſtens, increſcens. *Stigma* trifidum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, calyce obvoluta, trilocularis, trivalvis: *diſſepimentis* contrariis.
SEM. plurima, angulata.

†752. PYROLA. *Tournef. 134. — Gærtn. 63.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, patentia.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* nutantes, magnæ, ſurſum bicornes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, angulatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigma* craſſiuſculum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, depreſſa, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, angulis dehiſcens: *diſſepimentis* contrariis.
SEM. numeroſa, paleacea.
OBS. Stamina & Stylus *in aliis erecta, in aliis ad latus declinata, in aliis patentia.*
Stigmatis *figura in diverſis ſpeciebus diverſa eſt.*

†753. STYRAX. *Tournef. 369. — Gærtn. 59.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, erectum, breve, quinquedentatum.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* brevis, cylindricus, longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus, magnus, patens: laciniis lanceolatis, obtuſis.
STAM. *Filamenta* decem, erecta, in orbem poſita, baſi vix coalita, ſubulata, corollæ inſerta. *Antheræ* oblongæ, rectæ.
PIST. *Germen* ſuperum, triloculare, polyſpermum. *G. Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* truncatum.
PER. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis.
SEM. *Nuces* una ſ. duæ, ſubrotundæ, acuminatæ, hinc convexæ, inde planæ.
OBS. Staminum *numerus variat*, *ſed* naturalis 10. *Ab Haleſia diverſa planta.*

*754. INOCARPUS. *Forſter. gen. 33. Linn. ſuppl. 35. Thunb. nov. gen. 45.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, (campanulatum *Thunb.*) bifidum: *laciniis* rotundatis, ſubæqualibus.

Cor. monopetala, tubulosa. *Tubus* cylindricus, calyce longior. (brevior *Thunb.*) *Limbus* quinquepartitus, tubo longior: *laciniis* linearibus, acutis, undulatis, sæpe reflexis.

Stam. *Filamenta* decem, brevissima, tubo inserta: alterna inferiora. *Antheræ* ovatæ, didymæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, villosum, superum. *Stylus* nullus. *Stigma* punctum excavatum.

Per. *Drupa* ovata, incurvata, compressa, magna, monosperma.

Sem. *Nux* fibris lignosis intertexta: *nucleo* ovali, compresso.

† 755. SAMYDA. * *Jacq. amer.* 132.

Cal. *Perianthium* monophyllum, interne coloratum. *Tubus* campanulatus, decemstriatus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, planis, patentissimis, obtusis: duabus acumine auctis.

Cor. nulla.

Nectarium monophyllum, conicum, truncatum, decemstriatum, longitudine fere calycis, ejusque limbo ad basin insertum, *ore* obtuse decem-s. octodecim-dentato.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* decem s. octodecim, oblongæ, erectæ, parvæ, dentibus nectarii insidentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, erectus, longitudine nectarii. *Stigma* capitatum, obtusum.

Per. *Capsula* subrotunda, quadrisulcata, coriacea, crassa, unilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, subovata, obtusa, basi foraminulo notata, valvulis affixa, obvoluta pellicula pulposa.

† 756. CASEARIA. *Jacq. amer.* 132.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, deciduum: *foliolis* oblongis, planis, coloratis, patentissimis.

Cor. nulla.

Nectarium tetra-s. pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtusis, hirsutis, erectiusculis, staminibus duplo brevioribus, cumque iis alternantibus.

Stam. *Filamenta* octo s. decem, subulata, erectiuscula. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum, obtusum.

Per. *Capsula* subrotunda, obtusa, basi styli persistente coronata, unilocularis, coriacea, crassa, trivalvis.

Sem. plura, compresso-angulata, valvulis affixa, in pulpa molli.

757. COPAIFERA. Copaiva *Jacq. amer.* 133.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, acuta, concava, patentiſſima.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, incurva, corolla paullo longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* rotundum, compreſſo-planum, pedicellatum. *Stylus* filiformis, incurvatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* ovatum, bivalve, ſtyli parte mucronatum.
Sem. unicum, ovatum, arillo baccato involutum.

758. BUCIDA. Buceras. *Brown. t.* 23. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, obſolete quinquedentatum, ſuperum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, baſi calycis inſerta, calyce longiora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
Pist. *Germen* inferum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſicca, ovata, unilocularis, calyce coronata.
Sem. unicum, ovatum.

II. DIGYNIA.

759. ROYENA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, urceolatum, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* patens, revolutus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* decem, breviſſima, corollæ adnata. *Antheræ* oblongæ, acutæ, didymæ, erectæ, longitudine tubi.
Pist. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylos* duos, ſtaminibus paullo longiores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, quadriſulca, unilocularis, quadrivalvis.
Sem. *Nuces* quatuor, oblongæ, triangulares, *Arillo* obvolutæ.
Obs. Per. *Bacca* ſubgloboſa, carnoſa, quadrilocularis, corolla perſiſtente veſtita.
Sem. ſolitaria, ovata, angulata ſ. plano-convexa, cartilaginea. — *Gærtn. in litt.* S.

760. HYDRANGEA. † *Gronov.* — *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, perſiſtens, parvum.

Cor. *Petala* quinque, æqualia, ſubrotunda, calyce majora.
Stam. *Filamenta* decem, corolla longiora; horum alterna longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* duo, breves, diſtantes. *Stigmata* obtuſa, perſiſtentia.
Per. *Capſula* ſubrotunda, didyma, ſtylo duplici biroſtris, nervis plurimis angulata, calyce coronata, *diſſepimento* transverſo bilocularis, foramine inter cornua dehiſcens.
Sem. numeroſa, angulata, acuminata, minima.

761. CUNONIA. Ooſterdykia. *Burm. afr. t. 96.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, minimum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis.
Cor. *Petala* quinque, obovata, patentia, ſeſſilia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* conicum. *Styli* duo, ſubulati, corolla longiores. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* oblonga, acuminata, bilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda.

762. TRIANTHEMA. * *Sauv.* 127. Portulacaſtrum *Juſſieu.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, intus coloratis, ſub apice mucronatis, perſiſtentibus.
Cor. nulla, niſi *Calycem* dicas quaſi ex corolla & calyce connatum.
Stam. *Filamenta* decem (quibusdam 5-12.) capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubſuperum, oblongiuſculum, retuſum. *Stylus* 1. ſ. 2, filiformes, longitudine ſtaminum, hinc hiſpidi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* oblonga, truncato-retuſa, circumſciſſa; *Loculis* duobus ſuperioribus, duobusque inferioribus.
Sem. ſolitaria ſ. bina, ſubovata.
Obs. Numerus *ſtaminum ſtylorumque in diſtinctis ſpeciebas numero diverſus.*

763. CHRYSOSPLENIUM. * *Tournef.* 60. *Gærtn.* 44.

Cal. *Perianthium* quadripartitum ſ. quinquepartitum, patens, coloratum, perſiſtens: *laciniis* ovatis: oppoſitis anguſtioribus.

Cor. nulla: nisi *calycem* colóratum dicas.
Stam. *Filamenta* octo s. decem, subulata, erecta, breviſſima, in receptaculo angulato posita. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* inferum, desinens in *Stylos* duos, subulatos, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* birostris, bipartita, unilocularis, semi bivalvis, calyce viridi cincta.
Sem. plurima, minima.
Obs. Flos *terminalis quinquefidus est, reliqui seriores quadrifidi.*

764. SAXIFRAGA. *Tournef.* 129. — *Gærtn.* 36. Geum *Tournef.* 129.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, breve, acutum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, patentia, basi angusta.
Stam. *Filamenta* decem, subulata. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundo-acuminatum, desinens in *Stylos* duos breves. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* subovata, birostris, bilocularis, inter apices dehiscens.
Sem. numerosa, minuta.
Obs. Saxifragiæ *Tournef. Capsula & Germen receptaculo floris cinctum, s. inferum.*
Gei *Tournef. Capsula & Germen receptaculo floris insidens s. superum.*

765. TIARELLA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, integra, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corolla longiora, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* bifidum, desinens in *Stylos* duos, breviſſimos. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis: valvulis planiusculis, altera duplo longiore.
Sem. plurima, ovata, nitida.

766. MITELLA. **Tournef.* 126. — *Gærtn.* 44.

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, campanulatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, multifido-capillaria, calyce duplo majora, calyci inserta.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, calyci inſerta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, unilocularis, ſemi-bivalvis: valvulis planis, apice revolutis, æqualibus.
Sem. plurima.

767. SCLERANTHUS. * Knawel *Dill. gen.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemiquinquefidum, acutum, perſiſtens, collo coarctatum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, minima, calyci inſidentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, erecti, capillares, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, tenuiſſima, in fundo calycis collo clauſo.
Sem. duo, hinc convexa, inde plana.

768. GYPSOPHILA. *

Cal. *Perianthium* campanulatum, angulatum, quinquepartitum: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, obtuſa, patentia, ſubſeſſilia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, patentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* duo, filiformes, dehiſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. G. paniculata *dioica eſt.*

769. SAPONARIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, nudum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque. *Ungues* anguſti, angulati, longitudine calycis. *Limbus* planus: Laminis extrorſum latioribus, obtuſis.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine tubi corollæ: *alterna* unguibus petalorum inſerta; *quinque* ſeriora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, incumbentes.
Pist. *Germen* teretiuſculum. *Styli* duo, recti, paralleli, longitudine ſtaminum. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* longitudine calycis, tecta, unilocularis, oblonga.

Sem. plurima, parva. *Receptaculum* liberum.
Obs. Calycis *figura in variis varia.* R.

770. DIANTHUS. * Caryophyllus *Tournef.* 174 Tunica *Dill. eltb.* 298.

Cal. *Perianthium* cylindricum, tubulosum, striatum, persistens, *ore* quinquedentatum, cinctum basi *squamulis* quatuor, quarum duæ oppositæ inferiores.
Cor. *Petala* quinque. *Ungues* longitudine calycis, angusti, receptaculo inserti. *Limbus* planus: Laminis extrorsum latioribus, obtusis, crenatis.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, longitudine calycis, apicibus patulis. *Antheræ* ovali-oblongæ, compressæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovale. *Styli* duo, subulati, staminibus longiores. *Stigmata* recurva, acuminata.
Per. *Capsula* cylindrica, tecta, unilocularis, quadrifariam apice dehiscens.
Sem. plurima, compressa, subrotunda. *Receptaculum* liberum, tetragonum, pericarpio dimidio brevius.
Obs. *In aliis* Styli *longitudinem staminum vix excedunt, in aliis vero longissimi sunt, sed adeo revoluti, ut floris inflexio necessaria non sit.*

III. TRIGYNIA.

771. CUCUBALUS. *Tourn.* 179. — *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, quinquedentatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque. *Ungues* longitudine calycis. *Limbus* planus: *Laminis* sæpe bifidis.
Nectarium nullum coronans corollam.
Stam. *Filamenta* decem, subulata; *alterna* seriora, *alterna* unguibus petali inserta. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* oblongiusculum. *Styli* tres, staminibus longiores, subulati. *Stigmata* pubescentia, oblonga, contra solem flexa.
Per. *Capsula* tecta, acuminata, trilocularis, apice quinquefariam dehiscens.
Sem. plurima, subrotunda.
Obs. *Distinguitur a* Silene *Corolla absque corona nectarea.*
C. Otites *dioicus est.*
C. baccifer *differt Bacca unilocular.* S.

† 772. SILENE. * Viſcago *Dill. elth.* 309. &c.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* anguſti, longitudine calycis, marginati. *Limbus* planus, obtuſus, ſæpe bifidus.

Nectarium componitur e duobus denticulis, in collo cujusvis petali, coronam faucis conſtituens.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata: *alterna* unguibus petalorum inſerta, ſeriora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* cylindraceum. *Styli* tres, ſimplices, ſtaminibus longiores. *Stigmata* contra ſolem flexa.

Per. *Capſula* cylindracea, tecta, uni-ſ. trilocularis, apice quinque-ſ. ſex-fariam dehiſcens.

Sem. plurima, reniformia.

Obs. *Diverſa a* Cucubalo *Corollæ corona nectarea.*

773. STELLARIA. * Alſine *Tournef.* 126.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, concavis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, bipartita, plana, oblonga, marceſcentia.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corolla breviora: *alterna* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, capillares, patentes. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* ovata, tecta, unilocularis, ſexvalvis.

Sem. plurima, ſubrotunda, compreſſa.

Obs. St. radians *petala quinquepartita habet.* R.

† 774. ARENARIA. *

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, integra.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata: *alterna* interiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, erecto-reflexi. *Stigmata* craſſiuſcula.

Per. *Capſula* ovata, tecta, unilocularis, tri-ſ. ſexvalvis.

Sem. plurima, reniformia.

Obs. Staminum *numerus inconſtans.* R.

775. CHERLERIA. *Hall. it. helv.* 1.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, concavis, æqualibus.

Cor.

Cor. *Petala* nulla (*niſi calycem vel nectaria velis.*)
Nectaria quinque, emarginata, in orbem poſita, minima.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, quorum alterna nectariorum dorſo affixa. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, repandi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, trilocularis, trivalvis.
Sem. duo ſ. tria, reniformia.

* 776. DEUTZIA. *Thunberg nov. gen.* 19. *fl. jap.* 10.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubcampanulatum, corolla triplo brevius, tomentoſum, quinquefidum: *laciniis* ovatis, obtuſis, erectis.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, integra, extra marginem germinis inſerta.
Stam. *Filamenta* decem, linearia, apice filiformia, ſub apice emarginata, trifida, longitudine corollæ, extra marginem germinis inſerta: alterna paullo breviora. *Antheræ* globoſæ, didymæ.
Pist. *Germen* ſertiforme, medio concavum, ſuperum. *Styli* tres, filiformes, corolla paullo longiores. *Stigmata* ſimplicia, clavata.
Per. *Capſula* globoſa, truncata, perforata, ſubtrigona, calloſa, ſcabra, ſtylorum baſibus perſiſtentibus triariſtata, trilocularis, trivalvis, baſi dehiſcens.
Sem. plura in ſingulo loculamento.
Obs. *Rarius Cal. ſexfidus, Petala ſex, Styli quatuor, Capſ. quadrilocularis.*

* 777. BRUNNICHIA. *Bankſ. Gærtn.* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, ventricoſum, ſuperne coarctatum, angulatum, quinquefidum: *laciniis* rotundatis, revolutis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* decem (rarius octo.)
Pist. *Germen* ovato-trigonum, ſuperum. *Styli* tres. *Stigmata* bifida, obtuſa, divergentia.
Per. *Capſula?* pyramidata, trigona, triſulca, unilocularis.
Sem. unicum, ovato-pyramidatum, acuminatum, ſexlobatum.
Obs. *Calyx baſi tranſit in pedunculum arcuatum, hinc ſulcatum inde alarum.*

778. GARIDELLA. * *Tournef.* 430.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, deciduis.

Cor. *Petala* nulla, (nisi Calyx sumatur.)

Nectaria quinque, longa, æqualia, bilabiata: *Labio exteriore* bifido, plano: *laciniis* longis, linearibus, obtusis. *L. interiore* breviore, simplici.

Stam. *Filamenta* decem sæpius, subulata, corolla breviora. *Antheræ* erectæ, obtusæ.

Pist. *Germina* tria, ovata, erecta, acuminata, connexa. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia.

Per. *Capsulæ* tres, connexæ, oblongæ, acuminatæ, compressæ, bivalves: sutura interiore convexiore.

Sem. plura, brevia.

Obs. *Garidella ad* Nigellam *proxime accedit.*

† 779. MALPIGHIA. * *Plum.* 36.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum, minimum, persistens, connivens.

Glandulæ melliferæ duæ, ovales, gibbæ, foliolis calycinis externe inferneque adnatæ.

Cor. *Petala* quinque, reniformia, magna, plicata, ciliata, patentia, concava: *unguibus* longis, linearibus.

Stam. *Filamenta* decem, latiuscula, subulata, erecta, in cylindrum posita, inferne coalita, parva. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* subrotundum, minimum. *Styli* tres, filiformes. *Stigmata* obtusa.

Per. *Bacca* globosa, torulosa, magna, unilocularis.

Sem. tria, ossea, oblonga, obtusa, angulata: *Nucleo* oblongo, obtuso.

Obs. M. nitida *stylo unico est.* R.

† 780. BANISTERIA. † *Horst. A. A.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, subtus tuberculis rigidum, persistens.

Glandulæ melliferæ binæ sub laciniis calycis, (excepta unica, adeoque numero octo.)

Cor. *Petala* quinque, orbiculata, maxima, patentia, crenata: *unguibus* oblongis, linearibus.

Stam. *Filamenta* decem, minima, inferne coalita. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germina* tria, alata, coalita. *Styli* tres, simplices. *Stigmata* obtusa.

Per. *Capſulæ* tres, in *alam* longam excurrentes, uniloculares; ad latera appendiculis parvis notatæ, non dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, tecta, margine laterali dentata.
Obs. *Affinitatem cum* Malpighia *docet flos, præcipue autem calycis glandulæ.*

† 781. HIRÆA. *Jacq. amer.* 137. *t.* 176. *f* 42.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, erectis, minimis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, *unguibus* longis.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, (baſi coalita?) quorum exteriora breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, ſimplices, erecti. *Stigmata* bifida, obtuſa, patentia.
Per. *Capſulæ* tres, erectæ, dorſo carinatæ: *ſingula* aucta externe baſi unica, & apice duplici *ala* patente, non dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

† 782. TRIOPTERIS. † *Gen. pl.* 1. *n.* 860.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* (Seminum alæ) ſex, ovata, erecto-patula, æquâlia, perſiſtentia.
Alia tria minora, priora circumſtant, inter ſe æqualia.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, (baſi coalita?) extrâ petala (ſic dicta) poſita: exterioribus brevioribus. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* trifidum. *Styli* tres, erecti. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* tres, erectæ, dorſo carinatæ: ſingula *ala* baſeos unica, apice gemina patente, non dehiſcentes.
Sem. ſolitaria.
Obs. Alæ *mentiuntur Petala, vera tamen non ſunt. Ab* Hiræa *differt inprimis abſentia petalorum verorum.*

783. ERYTHROXYLON. † *Brown. p.* 278. *Jacq. amer.* 134.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, turbinatum: *laciniis* ovatis, acutis; minimum, marceſcens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, convata, patentia.
Nectarium ſquamis quinque, emarginatis, erectis, coloratis, baſi petalorum inſertis.
Stam. *Filamenta* decem, longitudine corollæ, baſi connexa membrana truncata. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, filiformes, distantes, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa, crassiuscula.
Per. *Drupa* ovata, unilocularis.
Sem. *Nux* oblonga, obtuse quadrangularis.

IV. PENTAGYNIA.

784. AVERRHOA. †

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum, parvum: *foliolis* lanceolatis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, inferiori parte surrecta, superiori patentia.
Stam. *Filamenta* decem, setacea: alterna longitudine corollæ; alterna breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, obsolete pentagonum. *Styli* quinque, setacei, erecti. *Stigmata* simplicia.
Per. *Pomum* turbinatum, pentagonum, quinqueloculare.
Sem. angulata, membranis distincta.

* 785. JONCQUETIA. Tapirira *Aubl.* 188.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* subrotundis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, patentia, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* decem, corolla breviora, glandulæ adnata. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* pentagonum, glandula cinctum. *Styli* nulli. *Stigmata* quinque.
Per. *Capsula* subglobosa, subrotundo-pentacocca, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. quinque, ovata, arillata, singula valvulis affixa.

786. SPONDIAS. † *Jacq. amer.* 138. Monbin *Plum.* 22.

Cal. *Perianthium* monophyllum, subcampanulatum, parvum, quinquefidum, coloratum, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, erecta, corolla breviora: alterna longiora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, breves, distantes, erecti. *Stigmata* obtusa.
Per. *Drupa* oblonga, magna, notata punctis quinque a casu stylorum.

Sem. *Nux* ovata, lignoſa, fibroſa, ſubquinquangularis, quinquelocularis.

* 787. ROBERGIA. Rourea *Aubl.* 187.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* ſubrotundis, concavis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* decem, receptaculo inſerta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſum, ſuperum. *Styli* quinque, capillares. *Stigmata* craſſiuſcula, ſulcata.

Per. *Drupa* ovata, hinc convexior, inde leviſſime excavata.

Sem. *Nux* figura drupæ, uniloculariſ: *putamine* bivalvi.

788. COTYLEDON.* *Dill. elth.* 95. *Tourn.* 19.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, minimum.

Cor. *Petalum* campanulatum, quinquefidum.

Nectarium e ſquama concava, ad baſin exteriorem ſinguli germinis ſingula.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, recta, longitudine corollæ. *Antheræ* erectæ, quadriſulcæ.

Pist. *Germina* quinque, oblonga, craſſiuſcula, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, ſtaminibus longiores. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſulæ* quinque, oblongæ, ventricoſæ, acuminatæ, univalves, longitudinaliter introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, parva.

Obs. C. laciniatæ *unica quinta pars numeri, in ſingulis fructificationis partibus excluditur.*

789. SEDUM.* *Tournef.* 140. A. B. G. H. K. M. — *Gærtn.* 65. Anacampſeros *Tourn.*

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, acuminata, plana, patentia.

Nectaria quinque: *ſingulum* Squamula minima emarginata, ſingulo germini ad baſin extrorſum inſerta.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* quinque, oblonga, deſinentia in *Stylos* tenuiores. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſulæ* quinque, patentes, acuminatæ, compreſſæ, verſus baſin emarginatæ, longitudinaliter futura introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, minima.

790. PENTHORUM. * *Gronov. virg.* 51. — *Gærtn.* 65.

Cal. *Perianthium* monophyllum, 5-10-fidum, acutum, perſiſtens.

Cor. *Petala* ſæpe quinque (rarius nulla,) linearia, minima, inter calycis lacinias.

Stam. *Filamenta* decem, ſetacea, æqualia, calyce duplo longiora, perſiſtentia. *Antheræ* ſubrotundæ, deciduæ.

Pist. *Germen* coloratum, deſinens in *Styles* quinque, conicos, erectos, longitudine ſtaminum, diſtantes. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* ſimplex, quinquefida, angulis conicis diſtantibus, quinqueloculari.

Sem. numeroſa, minima, parum compreſſa.

Obs. *Differt abſentia Nectariorum a* Sedo.

791. BERGIA. †

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, patens; *foliolis* lanceolatis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, patula, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* decem, ſetacea, mediocria. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Styli* quinque, breviſſimi, approximati. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

Per. *Capſula* ſimplex, ſubgloboſa, mucronata, quinquetoruloſa, quinquelocularis, quinquevalvis: *valvulis* ovatis, planis, ſecundum ſulcos dehiſcentibus, perſiſtentibus, patentiſſimis.

Sem. numeroſa, minuta.

792. SURIANA. † *Plum.* 40. *Jacq. amer.* 140.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obovata, longitudine calycis, patentia.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germina* quinque, ſubrotunda. *Styli* ſolitarii, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum, inſerti lateri medio & interiori germinis. *Stigmata* obtuſa.

Per. nulla.

Sem. quinque, ſubrotunda.

Obs. *Styli non ex apice prodeunt, ſed e latere germinis.*

793. GRIELUM. — *Gærtn.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, profunde quinquefidum, basi planum, acutum, æquale, persistens.

Cor. *Petala* quinque, patentia, magna, obovata, sessilia, basi attenuata.

Nectaria Glandulæ oblongæ, germen circumstantes, connatæ in coronulam.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, rigidiuscula, æqualia, lia, persistentia, longitudine calycis. *Antheræ* ovato-oblongæ, erectæ.

Pist. *Germina* quinque, distincta, subulata, erecta, staminibus breviora. *Styli* nulli. *Stigmata* verrucosa.

Per. quinque, oblonga, acuminata, dura.

Sem. solitaria? oblonga.

Obs. *An* sexus *differentia vel pistilli in quibusdam emarcescentia, nondum constat.*

794. OXALIS. * Oxys *Tournef.* 13. Oxyoides *Garc. A. A.* 1730. *n.* 415. *t.* 2.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, breviſſimum, persistens.

Cor. quinquepartita, unguibus cohærens, erecta, obtusa, emarginata.

Stam. *Filamenta* decem, capillaria, erecta: *exteriora* breviora. *Antheræ* subrotundæ, sulcatæ.

Pist. *Germen* quinquangulare. *Styli* quinque, filiformes, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

Per. *Capsula* pentagona, quinquelocularis, angulis dehiscens longitudinaliter.

Sem. subrotunda, prosilientia.

Obs. Capsula *in aliis brevis, Seminibus solitariis; in aliis longa, Seminibus plurimis. Quarumdam filamenta basi coalita.*

795. AGROSTEMA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, tubulosum, quinquedentatum, persistens.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* longitudine tubi calycis. *Limbus* laminis patentibus, obtusis.

Stam. *Filamenta* decem, subulata: *alterna* seriora, singulo ungui petalorum inserta. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, filiformes, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.

Per. *Capsula* oblongo-ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, reniformia, punctata. *Receptacula* libera, tot quot semina, interiora gradatim longiora.

Obs. A. Githago *Corolla non coronata est, ut in reliquis.*

†796 LYCHNIS. * *Tourn.* 175. A. B. K. L. M.

Cal. *Perianthium* monophyllum, oblongum; membranaceum, quinquedentatum, persistens.

Cor. *Petala* quinque: *Ungues* longitudine calycis, plani, marginati. *Limbus* laminis sæpe fissis, planis.

Stam. *Filamenta* decem, calyce longiora; *alterna* seriora, singulo ungui petalorum affixa. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* subovatum. *Styli* quinque, subulati, staminibus longiores. *Stigmata* reflexa contra solem, pubescentia.

Per. *Capsula* ad ovatam figuram accedens, tecta, uni-tri-s. quinque locularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, rotundiuscula.

Obs. L. dioica *sexu distincta est.* — *Capsula* 1-*loc. apice* 10-*valvis.*
L. Viscaria *petalis indivisis, capsula quinqueloculari est.*
L. quadridentata *stylis* 3, 4, 5. *variat.* R.
L. alpinæ *styli sunt quatuor.* R.

†797. CERASTIUM. * Myosotis *Tourn.* 126.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum; *foliolis* ovato-lanceolatis, acutis, patentibus, persistentibus.

Cor. *Petala* quinque, bifida, obtusa, erecto-patentia, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corolla breviora: *alterna* breviora. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, capillares, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

Per. *Capsula* ovato-cylindracea s. globosa, obtusa, unilocularis, dehiscens apice decemdato, s. sexvalvis.

Sem. plurima, subrotunda.

Obs. *Species* 5. 4. *staminibus quinque tantum instruuntur.*
Primaria divisio specierum ex Capsula oblonga & globosa petenda. C. repens *petalis* 4-*s.* 5-*fidis est.*

†798. SPERGULA. * *Dill. gen.* 7.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, patentibus, persistentibus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyce majora, indivisa.

Stam. *Filamenta* decem, subulata, corolla breviora. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, erecto-reflexi, filiformes. *Stigmata* crassiuscula.
Per. *Capsula* ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. plurima, depresso-globosa, margine emarginato cincta.
Obs. *Petalis integris a* Cerastio *distinguitur.*
S. pentandra *stamina tantum* 5. *habet.*

V. DECAGYNIA

799. NEURADA. * *B. Jussieu.* — *Gærtn.* 32.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, superum, minimum.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* decem, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* gibbum, inferum. *Styli* decem, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* orbicuiata, depressa, subtus convexa, undique aculeis adscendentibus munita, decemlocularis.
Sem. solitaria.

800. PHYTOLACCA. * *Tournef.* 154. — *Gærtn.* 77.

Cal. nullus (*nisi corollam calycem coloratum dicas.*)
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, patentia, apice inflexa, persistentia.
Stam. *Filamenta* 10 s. 8 s. 20. subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, laterales.
Pist. *Germen* orbiculatum, depressum, torulis externe divisum, desinens in *Stylos* 8. s. 10. breviſſimos, patenti-reflexos. *Stigmata* simplicia, persistentia.
Per. *Bacca* orbiculata, depressa, sulcis decem longitudinalibus exarata, pistillis umbilicata, totidem locularis.
Sem. solitaria, reniformia, glabra.
Obs. Ph. dioica *sexu distincta est. Datur & species octandra & icosandra.*

Classis XI.

DODECANDRIA

I. MONOGYNIA.

801. *Asarum.*
802. *Tomex.*
803. *Bocconia.*
804. *Dodecas.*
805. *Bassia.*
806. *Rhizophora.*
807. *Crenæa.*
808. *Apactis.*
809. *Banara.*
810. *Blakea.*
811. *Befaria.*
812. *Vatica.*
813. *Garcinia.*
814. *Halesia.*
815. *Decumaria.*
816. *Aristotelia*
817. *Canella.*
818. *Crateva.*
819. *Triumfetta.*
820. *Eurya.*
821. *Peganum.*
822. *Hudsonia.*
823. *Nitraria.*
824. *Portulaca.*
825. *Lythrum.*
826. *Ginora.*
827. *Kleinhofia.*
828. *Sterculia.*

II. DIGYNIA.

829. *Heliocarpus.*
830. *Agrimonia.*

III. TRIGYNIA.

831. *Reseda.*
832. *Euphorbia.*
833. *Vismea.*
834. *Pallasia.*

IV. TETRAGYNIA.

835. *Aponogeton.*

V. PENTAGYNIA.

836. *Glinus.*

VI. POLYGYNIA.

837. *Sempervivum.*

DODECANDRIA

Stamina ab 11 *ad* 19 *inclusive.*

I. MONOGYNIA.

801. ASARUM. * *Tournef.* 286. — *Gærtn.* 14.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, tri-s. quadrifidum, coriaceum, coloratum, persistens; *laciniis* erectis, apice inflexis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* duodecim, subulata, calyce dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, filamentorum parieti medio adnatæ.

PIST. *Germen* inferum s. intra substantiam calycis reconditum. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* stellatum, sexpartitum: *laciniis* reflexis.

PER. *Capsula* coriacea, intra substantiam calycis, subsexlocularis.

SEM. plura, ovata.

* 802. TOMEX. *Thunb. fl. jap.* 10. *nov. gen.* 65.

CAL. *Involucrum universale* pentaphyllum, quinqueflorum, persistens: *foliolis* ovatis, valde concavis, externe tomentosis, obtusissimis, inæqualibus, imbricatis: *exterioribus* minoribus.

Perianthium proprium pentaphyllum, persistens: *foliolis* lanceolatis, externe villosis, erecto-patulis.

COR. nulla, nisi Perianthium proprium.

Nectarium: *Squamæ* quinque, inter stamina interiora sitæ, plicatæ, crenatæ, glabræ, longitudine filamentorum.

STAM. *Filamenta* duodecim, filiformia, inæqualia: *exteriora* quinque, longitudine Perianthii; *interiora* septem, breviora. *Antheræ* didymæ.

PIST. *Germen* triquetrum, glabrum, superum. *Stylus* nullus. *Stigma* subulatum. . .

PER. . .

SEM. . .

OBS. *Involucrum raro hexaphyllum, sexflorum.* Th.

† 803. BOCCONIA. † *Plum.* 25. *Jacq. amer.* 146. — *Gærtn.* 44.

Cal. *Perianthium* diphyllum, ovatum, obtuſum, concavum, caducum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* duodecim, breviſſima. *Antheræ* lineares, maximæ, longitudine calycis.

Pist. *Germen* ſubrotundum, utrinque contractum, magnum. pedicellatum. *Stylus* unicus, bifidus. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

Per. *Capſula* ſubovata, utrinque attenuata, compreſſa, unilocularis, bivalvis. *Valvulæ* coriaceæ, a baſi dehiſcentes, perſiſtente *futura* annulari, ſtylo coronata.

Sem. unicum, globoſum, baſi pulpa involutum, fundo capſulæ affixum.

Obs. *Capſula ad Siliculas accedit forma, futuraque perſiſtente ſtylo terminata. S.*

* 804. DODECAS. *Linn. fil. ſuppl.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, perſiſtens, ſemiquadrifidum, ſuperum: *laciniis* ovatis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ſeſſilia, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* duodecim, capillaria, calyce breviora, receptaculo? inſerta. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſemiſuperum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ovata, unilocularis, infera, calyci patulo adnata, intra quem *apex* denudatus, quadrivalvis.

Sem. numeroſa, oblonga, minuta.

805. BASSIA. *Auth. D. Kœnigio.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* coriaceis, ovatis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* inflatus, ovatus, carnoſus. *Limbus* tubo brevior, octopartitus: *laciniis* ovatis, erectiuſculis.

Stam. *Filamenta* ſedecim: octo ſupra faucem; octo intra tubum. *Antheræ* lineares, ſagittatæ, acutæ, introrſum villoſæ, corolla breviores.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* ſubulatus, corolla duplo longior. *Stigma* acutum.

Per. *Drupa* carnoſa, lacteſcens.

Sem. *Nuces* 5, oblongæ, trigonæ.

806. RHIZOPHORA. † *Gærtn.* 43. Mangles *Plum.* 15.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadri - ſ. multipartitum, patulum: *laciniis* oblongis, acuminatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor ſ. plura, oblonga, calyce ferme breviora.
Stam. *Filamenta* vix ulla: *alterna* breviora. *Antheræ* (4-12,) parvæ, acuminatæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, ſemibifidus, utrinque ſulco exaratus. *Stigmata* acuta.
Per. carnoſum, ſubovatum, baſin tantum ſeminis includens.
Sem. unicum, clavato-oblongum, acuminatum, baſi carnoſum.
Obs. *Stamina numero differunt uti Calyx & Corolla.*

* 807. CRENÆA. *Aubl.* 209.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, perſiſtens, ſemiquadrifidum: *laciniis* ovatis, acutis, æqualibus, patentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ſeſſilia, calyci inſerta, eoque longiora.
Stam. *Filamenta* quatuordecim, capillaria, demum ad unum latus flexa, ſub petalis calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* globoſum, calycis fundo innatum. *Stylus* longus, incurvus. *Stigma* oblongum, craſſiuſculum.
Per. *Capſula* globoſa, quinquelocularis, calyce obvoluta, intra quem apex denudatus prominet.
Sem. plurima, minutiſſima.
Obs. *Rhexiæ affinis.*

* 808. APACTIS. *Thunb. fl. jap.* 11. *nov. gen.* 66.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, crenata, concava, inæqualia: oppoſitis latioribus.
Stam. *Filamenta* circiter ſedecim usque ad viginti. *Antheræ*. .
Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* unicus. *Stigma*. .
Per. .
Sem. .

* 809. BANARA. *Aubl.* 217.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, perſiſtens: *laciniis* ovatis.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, patentia, calyce triplo majora, receptaculo inſerta.

Stam. *Filamenta* quindecim & plura, capillaria, longitudine corollæ, glandulæ, germen cingenti, inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, glandulæ inſidens. *Stylus* filiformis, altitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Bacca* globoſa, parum ſucculenta, unilocularis, ſtylo perſiſtente coronata.

Sem. plurima, minima, angulata, ſtriata.

810. BLAKEA. † *Brown. t.* 35.

Cal. *Perianthium Fructus* inferum, hexaphyllum: *foliolis* ovalibus, concavis, patentibus, magnitudine floris.

Perianthium Floris ſuperum: margo integerrimus, ſexangularis, membranaceus.

Cor. *Petala* ſex, ovata, patentia, æqualia.

Stam. *Filamenta* duodecim, ſubulata, erecta. *Antheræ* triangulares, depreſſæ, concatenatæ in annulum.

Pist. *Germen* inferum, obovatum, margine calycino coronatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine floris. *Stigma* acutum.

Per. *Capſula* obovata, ſexlocularis.

Sem. plurima.

Obs. Stamina *B. triplinerviæ deſinunt in antheras, nec* Antheræ *filamentis impoſitæ.* R.

811. BEFARIA. *Aut. D. Mutis.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, deorſum gibbum, ſubventricoſum, ſeptemfidum: *laciniis* ſubæqualibus, ovatis, acutis, conniventibus, parvis: exterioribus latioribus; perſiſtens.

Cor. *Petala* ſeptem, oblonga, ſuperne latiora, obtuſa, patula, receptaculo inſerta.

Stam. *Filamenta* quatuordecim, ſubulata, corolla fere breviora: alternis minoribus. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* teres, mediocris, perſiſtens. *Stigma* craſſiuſculum, ſeptemſtriatum.

Per. *Bacca* exſucca, heptagona, depreſſa, umbilicata, ſeptemlocularis.

Sem. numeroſa, oblongo-teretia, imbricata.

812. VATICA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, baſi

obtuſum, erectum: *laciniis* lanceolatis, corolla brevioribus.

Cor. *Petala* quinque, ſeſſilia, elliptica, magna.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quindecim, ſeſſiles, breviſſimæ, quadriloculares: loculis 2 exterioribus terminatis ſpina interjecta; loculis 2 interioribus dimidio brevioribus, muticis.

Pist. *Germen* conicum, ſubpentagonum. *Stylus* cylindricus, quinqueſtriatus. *Stigma* obtuſum.

Per.

Sem.

Obs. *Diſtinctum genus, fructu licet ignoto.*

813. GARCINIA. † Mangoſtans *Garc. A. A.* 431. t. 1.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentia, calyce paullo majora.

Stam. *Filamenta* ſedecim, erecta, in cylindrum poſita, ſimplicia, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubovale. *Stylus* vix ullus. *Stigma* planum, patens, peltatum, octifidum, obtuſum, perſiſtens.

Per. *Bacca* coriacea, globoſa, magna, unilocularis, coronata ſtigmate.

Sem. octo, hinc convexa, inde anguloſa, villoſa, carnoſa.

814. HALESIA. † *D. Elliſii.* — *Gærtn.* 32.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, ſuperum, quadridentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, ventricoſa: *ore* quadrilobo, obtuſo, patulo.

Stam. *Filamenta* duodecim (raro 16,) ſubulata, erecta, corolla paullo breviora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* ſimplex.

Per. *Nux* corticata, oblonga, utrinque anguſtata, tetragona angulis membranaceis; bilocularis.

Sem. ſolitaria.

815. DECUMARIA. † *Fabric. Willich.*

Cal. *Perianthium* ſuperum, ſub-decaphyllum, minimum: *foliolis* ovatis, coloratis, acutis, reflexis.

Cor. *Petala* decem, lanceolata, obtuſa, æqualia, ſimplici orbe digeſta, patentia.
Stam. *Filamenta* 16-25, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* didymæ, depreſſæ.
Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* cylindricus, corolla brevior. *Stigma* gibbum, torulis circiter decemlobatum.
Per. - - - decemloculare.
Sem. ſolitaria.
Obs. *Genus obſcurum latente in hunc diem Fructu. An dioica?*

* 816. ARISTOTELIA. *L'Hérit. t.* 16.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, concavis, acutis, erectis.
Cor. *Petala* quinque, cuneiformia, concava, erecta, lateribus ſibi incumbentia, calyce vix longiora.
Stam. *Filamenta* quindecim, (ad ſingula petala tria: quorum unum interius, petalo oppoſitum,) breviſſima. *Antheræ* lineares, germine breviores.
Pist. *Germen* ſubrotundum, obſolete triquetrum, ſuperum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigmata* tria, recurva.
Per. *Bacca* triquetro-globoſa, trilocularis.
Sem. ſolitaria vel bina, angulata.
Obs. *An dioïca? l'Hérit.*

817. CANELLA. † *Brown. p.* 275. — *Gærtn.* 77.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, trilobum: *lobis* rotundatis, concavis.
Cor. *Petala* quinque, oblongiuſcula, ſeſſilia, calyce longiora. *Nectarium* urceolatum, conicum, concavum, truncatum, longitudine corollæ.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſedecim, lineares, parallelæ, diſtinctæ, adnatæ extus nectario.
Pist. *Germen* ovatum, intra nectarium. *Stylus* cylindricus, aperturam nectarii tranſiens. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis.
Sem. bina, cordata.
Obs. *Affinis Tini* 547. *Loculamenta* 1-2 *ſæpe abortiunt. Gærtn.*

818. CRATEVA. † Tapia *Plum.* 21.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, deciduum, baſi planum: *laciniis* patentibus, ovatis, inæqualibus.

Cor.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, ad idem latus deflexa, *unguibus* tenuibus, longitudine calycis, diviſuris inſerta.

Stam. *Filamenta* ſedecim vel plura, ſetacea, ad latus petalis oppoſitum declinata, corolla breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

Pist. *Germen*, *Pedicello* filiformi longiſſimo, ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile, capitatum.

Per. *Bacca?* carnoſa, globoſa, maxima, pedicellata, unilocularis, bivalvis?

Sem. plura, ſubrotunda, emarginata, nidulantia.

Obs. *Species* 1. *floribus gynandris.* R.

C. Marmelos *calyce quinquefido*, *petalis nullis? ſtaminibus* 60. *An diſtincti generis? Linn.* R.

819. TRIUMFETTA. * *Plum.* 8.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, ſub apice ariſtatis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, linearia, erecta, obtuſa. concava, retroflexa, ſub apice ariſtata.

Stam. *Filamenta* ſedecim, æqualia, adſcendentia, longitudine corollæ, ſubulata, erecta. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. *Capſula* globoſa, aculeis uncinatis undique obvallata, quadrilocularis.

Sem. bina, hinc convexa, inde angulata.

Obs. T. Lappulæ *Calyx nullus*, *mihi in uno viſo flore*, *& pluribus Jacquino*, *at* T. ſemitrilobæ *Jacq. Calyx perfectus uti Plumierio*, *Browneo*; *utrasque ſimillimas diſtinguere an ſpecie liceat?*

*820. EURYA. *Thunb. fl. jap.* 11. *nov. gen.* 67.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, glabris, baſi cinctis *calyculo* diphyllo, ſimili, calyce triplo minore.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotundo-ovata, concava, magnitudine calycis.

Nectarium: puncta vel margo purpureus, ad baſin filamentorum.

Stam. *Filamenta* tredecim, breviſſima, ut fere nulla. *Antheræ* erectæ, tetragonæ, longitudine fere corollæ.

Pist. *Germen* ſuperum, convexum, glabrum. *Stylus* ſubulatus, antheris brevior. *Stigmata* tria, reflexa.

Per. *Capſula* globoſa, ſtylo perſiſtente acuta, glabra, quinquelocularis, quinquevalvis.
Sem. ſubtrigona, punctata. (plurima, 10, 20, *Kæmpf.*)
Obs. *Dioïci videntur flores ſæpius eſſe.* Th.

821. PEGANUM. * Harmala *Tournef.* 133.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* linearibus, ſæpe dentatis, erectis, longitudine corollæ, acutis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblongo-ovata, erecto-patentia.
Stam. *Filamenta* quindecim, ſubulata, corolla dimidio breviora, baſi dilatata in *Nectarium* ſub germine. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* trigono-ſubrotundum, receptaculo e baſi floris elevatum. *Stylus* filiformis, teres, longitudine antherarum. *Stigma* oblongum, triquetrum.
Per. *Capſula* trigono-ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovata, acuminata.
Obs. Peganum *differt a* Ruta, *uti* Celaſtrus *ab* Evonymo; *quidquid enim Piſtilli numero demitur, ſtaminibus additur, & vice verſa.*

822. HUDSONIA.

Cal. *Perianthium* triphyllum, tubuloſum, cylindricum: ore patulo: *foliolis* lanceolato-linearibus, obtuſis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quindecim, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* cylindrica, calyce dimidio brevior, unilocularis, trivalvis.
Sem. tria, hinc rotundata, inde angulata.

823. NITRARIA. * *Act. petrop. VII. p. 315. t. 10. — Gærtn. 58.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, breviſſimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia, canaliculata, apice fornicata mucrone inflexo.
Stam. *Filamenta* quindecim, ſubulata, erectiuſcula, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* craſſiuſculum, ſtaminibus longiorem. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* unilocularis, ovato-oblonga, acuminata.
Sem. unicum, triloculare, ovatum, acuminatum.
Obs. *Germen immaturum triloculare. Nux ſcrobiculata, unilocularis, apice ſexvalvis. Gærtn.*

824. PORTULACA.* *Tourn.* 118. Anacampſeros *edit. prim.* Telephiaſtrum *Dill. elth.* 280. Orygia *Forſſk.*

Cal. *Perianthium* bifidum, parvum, ſuperum, apice compreſſum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, plana, erecta, obtuſa, calyce majora.
Stam. *Filamenta* multa, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigmata* quinque, oblonga, longitudine ſtyli.
Per. *Capſula* tecta, ovata, unilocularis. *Receptaculum* liberum.
Sem. plurima, parva.
Obs. *Sunt ſpecies capſula circumſciſſa; aliæ capſula trivalvi;* P. fruticoſa *calyce pentaphyllo eſt & capſula trivalvi.* R.

† 825. LYTHRUM.* — *Gærtn.* 62. Salicaria *Tourn.* 129. Cuphea *Brown. Gærtn.* 44.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, ſtriatum, denticulis duodecim: alternis minoribus.
Cor. *Petala* ſex, oblonga, obtuſiuſcula, patentia, unguibus calycis inciſuris inſerta.
Stam. *Filamenta* duodecim, filiformia, longitudine calycis: *ſuperiora* inferioribus breviora. *Antheræ* ſimplices, aſſurgentes.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* orbiculatum, aſſurgens.
Per. *Capſula* oblonga, acuminata, tecta, bilocularis (ſ. unilocularis.
Sem. numeroſa, parva.
Obs. *In quibusdam ſpeciebus unica ſexta pars numeri e flore eximitur; aliæ ſpecies ſex tantum gaudent ſtaminibus.*

826 GINORIA. *Jacq. amer.* 148.

Cal. *Perianthium* monophyllum: *Tubo* campanulato: *Limbo* ſexfido: *laciniis* lanceolatis, patentibus, coloratis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, patentia, calyce longiora, unguibus longis collo calycis inſerta.

Stam. *Filamenta* duodecim, ſubulata, patula; longitudine calycis, calyci inſerta. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* ſubulatus, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* depreſſo-ſubrotunda, nitida, colorata, ſubquadriſulcata, quadrivalvis, unilocularis, apice dehiſcens.

Sem. plurima, minuta. *Receptaculum* ſubrotundum, magnum.

† 827. KLEINHOFIA. † *Cavanill. p.* 288. *tab.* 146.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, ſubæqualibus: inferiore paullo breviore; deciduum.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, ſeſſilia, calyce paullo longiora: ſupremo breviore, latiore, fornicato-truncato.

Nectarium centrale, inſidens *columnæ* longitudine calycis, baſi glandulis cinctæ, apice adſcendens, campanulatum, minimum, ſemiquinquefidum: *laciniis* recurvis.

Stam. *Filamenta* quindecim, minima, terna ſingulis nectarii *laciniis* inſidentia: quorum duo terminalia, tertium paullo inferius. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* in cavo nectarii, ovatum, quinquangulare. *Stylus* ſimplex. *Stigma* ſubcrenatum.

Per. *Capſula* quinquelobata, quinquangularis, decemvalvis? inflata.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, ſubechinata.

Obs. *Affinis* Ageniæ, *ſed diverſiſſima.*

† 828. STERCULIA. † *Cavanill. p.* 284. *tab.* 141-145. Ivira *Aubl.* 279.

Cal. *Perianthium* monophyllum, maximum, coriaceum, planum, coloratum, deciduum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, acutis.

Cor. nulla.

Nectarium inſidens *Columnæ* cylindricæ, campanulatum, parvum, quinquedentatum: dentibus ſubtrifidis.

Stam. *Filamenta* decem ſ. quindecim circiter, breviſſima, bina ſ. terna ſingulis nectarii dentibus inſidentia. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* globoſum, quinqueſulcatum, in fundo nectarii.

Stylus filiformis, incurvus. *Stigma* clavatum, bifidum ſ. quinquelobum.

Per. *Capſulæ* quinque, ovato-reniformes, patenti-reflexæ, uniloculares, interiori angulo dehiſcentes.

Sem. plura, ovalia, futuræ affixa.

II. DIGYNIA.

† 829. HELIOCARPUS. * — *Gærtn.* 49. Montia *Houſt. A. A.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, coloratum: *foliolis* linearibus, longis, latiuſculis, patentibus, deciduis.

Cor. *Petala* quatuor, linearia, calyce multo breviora, anguſtiora.

Stam. *Filamenta* ſedecim, ſubulata, longitudine fere calycis. *Antheræ* didymæ, lineares, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, ſimplices, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* acuta, diſtantia.

Per. *Capſula* turbinato-ovata, pedunculata, compreſſa, perpendiculariter utrinque cincta radiis pinnatim ramoſis, bilocularis, bivalvis, *diſſepimento* contrario.

Sem. ſolitaria, ſubovata.

830. AGRIMONIA. * *Tournef.* 155. — *Gærtn.* 73. Agrimonoides *Tournef.* 155.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, ſuperum, perſiſtens, altero calyce obvallatum.

Cor. *Petala* quinque, plana, emarginata: *unguibus* anguſtis, calyci inſertis.

Stam. *Filamenta* capillaria, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ, didymæ, compreſſæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Calyx* collo coarctatus, induratus.

Sem. duo, ſubrotunda.

Obs. *Stamina valde numero incerta, aliis duodecim, rarius decem, aliis ſeptem.*

Agrimoniæ *T. Calyx exterior adnatus interiori. Semina duo, ſtamina duodecim ad viginti; fructus ſetis obvallatus.*

Agrimonoides *T. Calyx exterior liber ab interiori. Semen unicum. Stamina ſeptem circiter.*

III. TRIGYNIA.

831. RESEDA. * *Tournef.* 238. — *Gærtn.* 76. Luteola *Tournef.* 238. Sesamoides *Tournef.* 238.

Cal. *Perianthium* monophyllum, partitum: *laciniis* anguſtis, acutis, erectis, perſiſtentibus, quarum *duæ* magis dehiſcunt, in uſum petali melliferi.

Cor. *Petala* nonnulla, inæqualia, ſemper *aliqua* ſemitrifida, *ſupremo* ad baſin gibbo, mellifero, longitudine calycis.

Nectarium: Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere ſuperiore inter ſtamina & ſupremum petalum locata, connivens cum baſi petalorum ab eodem latere dilatata.

Stam. *Filamenta* undecim ſ. quindecim, brevia. *Antheræ* erectæ, obtuſæ, longitudine corollæ.

Pist. *Germen* gibbum, in *Stylos* nonnullos breviſſimos deſinens. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* gibba, angulata, ſtylis acuminata, inter ſtylos hians, unilocularis.

Sem. plurima, reniformia, angulis capſulæ adnata.

Obs. *Vix datur ullum genus, determinando characteri difficilius. Ludit enim numero & figura in diverſis ſpeciebus.*

Eſſentialis character *conſiſtit in petalis trifidis, unico ad baſin mellifero & capſula non clauſa, ſed hiante ſemper.*

Luteola; Perianthium *quadripartitum.* Petala *tria*: *ſupremum melliferum ſemiſexfidum; lateralia oppoſita trifida; adduntur luſu vel natura ſæpe duo infima minima integra.* Styli *tres.* Stamina *plurima.*

Alba. Perianthium *ſexpartitum.* Petala *ſex*, *ſubæqualia*, *omnia ſemitrifida.* Styli *quatuor.* Capſula *quadrangularis.* Stamina *undecim ſemper.*

Aliæ ſpec. Perianthium *quinquepartitum.* Petala *quinque*, *diſſimilia*, *trifida.* Styli *tres.* Stamina *plurima.*

832. EUPHORBIA. * Euphorbium *Iſnard.* A. G. 1720 Tithymalus *Tournef.* 18. Tithymaloides *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, ſubcoloratum, *ore* quadridentatum, (quinquedentatum paucioribus,) perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, (quinque paucis,) turbinata, gibba

craſſa, truncata, ſitu inæqualia, cum dentibus calycis alterna, unguibus margini calycis impoſita, perſiſtentia.

Stam. *Filamenta* plura (duodecim vel ſupra,) filiformia, articulata, receptaculo inſerta, corolla longiora, diverſo tempore erumpentia. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, triquetrum, pedicellatum. *Styli* tres, bifidi. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* ſubrotunda, tricocca, trilocularis, elaſtice diſſiliens.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

Obs. Euphorbium *If. caule angulato vel carnoſo gaudet, petalisque in quibusdam trifidis.*

Tithymalus *T. caule folioſo.*

Tithymaloides *T. calyx ad latus inferum gibbum, calceiforme. In quibusdam ſpeciebus flores maſculi primores ſunt.*

Petala *ſæpius* 4, *quibusdam* 5, *ſæpe in eadem planta, ſexu diverſis floribus; hæc in plerisque glanduloſa, in aliis lunata vel dentata, in paucis membranæ inſtar tenuia, communiter quaſi extra calycem poſita.*

Capſula *lævis, ſ. hirſuta, ſ. verrucoſa eſt.*

Stamina *non eodem tempore erumpunt.*

Obs. Cal. *Perianthium* monophyllum, 8-10 fidum: *laciniis* alternis (exterioribus) majoribus, coloratis; (quæ *Petala Linn.*)

Cor. *Petala* 8 ad 100, linearia ſ. filiformia, ſæpe fiſſa ſ. pubeſcentia, erecta. *Adanſon fam.* 349. 355.

* 833. VISMEA. *Linn. fil. ſuppl.* 36.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, ? perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, recurvatis: *tribus exterioribus* piloſis.

Cor. *Petala* quinque, elliptica, patentia, calyce vix longiora.

Stam. *Filamenta* duodecim, filiformia, erecta, petalis breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* quadrangulares, erectæ, ariſta terminatæ.

Pist. *Germen* hirtum, ſuperum, attenuatum quaſi in ſtylum hirtum breviſſimum. *Styli* tres, filiformes, glabri. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Nux?* ovata, glabra, acuminata, bi-ſ. trilocularis, ſemi-infera, calycis foliolis conniventibus incluſa, & maximam partem monophylla calycis parte (at calyx pentaphyllus ſupra dicitur *S.*) tecta, quæ cum nuce connata; at ſuperior tertia pars nucis intra calycem nuda.

Sem. in ſingulo loculamento unicum.

* 834. PALLASIA. Calligonum *Edit. prior.* Polygonoïdes *Tournef.* 478. Pterococcus *Pallas. it.* 2. *p.* 738.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* ſubrotundis, patentibus, coloratis, perſiſtentibus, tandem (maturo fructu) reflexis: *duobus* oppoſitis minoribus, oblongioribus.

Cor. nulla. (niſi calycem pro corolla aſſumas.)

Stam. *Filamenta* decem ad quindecim, ſetacea, erecta, perſiſtentia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

Pist. *Germen* conico-tetragonum, angulatum. *Styli* duo ſ. tres, breves. *Stigmata* capitata.

Per. nullum, niſi cruſta ſeminis.

Sem. *Nux* oblonga, tetragona: angulis ſpinoſo-criſtatis ſ. alatis. *Nucleus* tetragonus, profunde ſulcatus.

Obs. Calligonum L. Polygonoïdes T. *ſtylis duobus, angulis nucis criſtatis ſpinis dichotomis.*

Pterococcus Pall. *ſtylis tribus ſ. quatuor reflexis, angulis nucis ſingulis ala duplici auctis, diſtinguuntur.*

IV. TETRAGYNIA.

* 835. APONOGETON. *Thunb. nov. gen.* 72.

Cal. nullus, niſi *Squama* ſpathacea, externum floris latus cingens, ſimplex, ſeſſilis, ovata, obtuſa, integra, erecta, glabra, colorata.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* undecim ad novemdecim, ſuperioribus floribus pauciora, inter ſpatham & capſulas inſerta, ſubulata, glabra, alba, ſpatha multoties breviora. *Antheræ.*

Pist. *Germina* plerumque quatuor, raro tria ſ. quinque. *Styli* nulli. *Stigmata* ſubulata, incurvata.

Per. *Capſulæ* quatuor, rarius tres ſ. quinque, ovatæ, ſubulato-acutæ, exteriore latere gibbæ, interiore planæ, glabræ, uniloculares.

Sem. in quacumque capſula tria, baſi capſula affixa, ſeſſilia, obovata, obtuſiſſima, ſubcompreſſa, glabra.

V. PENTAGYNIA.

836. GLINUS. * *Læfling.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis; intus coloratis, perſiſtentibus.

Cor. nulla. *Nectaria* ſæpe quinque, plana, mentientia petala, anguſta, calyce breviora, inæqualiter bifida ſ. trifida.

Stam. *Filamenta* quindecim circiter, ſubulata, plana, longitudine calycis. *Antheræ* erectæ, oblongæ, compreſſæ, didymæ.

Pist. *Germen* pentagonum. *Styli* quinque, breves. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ovata, quinquelocularis, quinquangularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, ſubrotunda, ſimplici ſerie ſub valvulis, tubereulata, baſi affixa membranulæ tumidæ.

VI. POLYGYNIA.

837. SEMPERVIVUM. * *Gærtn.* 65. Sedi ſpecies *Tournef.* 140. C. E. I.

Cal. *Perianthium* ſex ad duodecim-partitum, concavum, acutum, perſiſtens.

Cor. *Petala* ſex ad duodecim, oblonga, lanceolata, acuta, concava, calyce paulo majora.

Stam. *Filamenta* ſex ad duodecim, ſubulato-tenuia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* ſex ad duodecim, in orbem poſita, erecta, deſinentia in *Stylos* totidem, patentes. *Stigmata* acuta.

Per. *Capſulæ* ſex ad duodecim, oblongæ, compreſſæ, breves, in orbem poſitæ, extrorſum acuminatæ, introrſum dehiſcentes.

Sem. plura, ſubrotunda, parva.

Obs. Numerum *ſæpius luxurians major evadit, præſertim in partibus femininis.*

Sedo *affine, ſed Petalis pluribus quam quinque diverſum.*

Classis XII.

ICOSANDRIA

I. MONOGYNIA.

838. *Cactus.*
839. *Melaleuca.*
840. *Philadelphus.*
841. *Psidium.*
842. *Eugenia.*
843. *Caryophyllus.*
844. *Myrtus.*
845 *Calyptranthes.*
846. *Scolopia.*
847. *Punica.*
848. *Amygdalus.*
849. *Prunus.*
850. *Chrysobalanus.*
851. *Plinia.*
852. *Robinsonia.*
853. *Sonneratia.*

II. DIGYNIA.

854. *Cratægus.*

III. TRIGYNIA.

855. *Sorbus.*
856. *Sesuvium.*

IV. PENTAGYNIA.

857. *Mespilus.*
858. *Pyrus.*
859. *Tetragonia.*
860. *Mesembryanthemum.*
861. *Aizoon.*
862. *Spiræa.*

V. POLYGYNIA.

863 *Rosa.*
864. *Rubus.*
865. *Fragaria.*
866. *Potentilla.*
867. *Geum.*
868. *Dryas.*
869. *Comarum.*
870. *Calycanthus.*

ICOSANDRIA

Character Claſſicus, & notæ quibus a Polyandria differt, ſunt:

1. *Calyx* monophyllus, concavus.
2. *Corolla* unguibus parieti calycis affixa.
3. *Stamina* plura quam novemdecim, calycis parieti vel corollæ inſerta.

Dicitur Icoſandria, quod Staminum numerus in hac familia circa vigeſimum numerum circiter conſiſtat, in maxima generum parte; pro charactere tamen non aſſumendus eſt numerus, *cum omnes polyandri ſtaminibus parieti interno calycis inſertis (non vero receptaculo) huc amandandi ſint.*

I. MONOGYNIA.

838. CACTUS. * Melocactus *Tournef.* 425. Cereus *Juſſ. A. G.* 1716. Opuntia *Tournef.* 123. Tuna *Dill. elth.* 295-299. Pereskia *Plum.* 26.

CAL. *Perianthium* monophyllum, imbricatum, tubulato-cavum: *foliolis* ſquamoſis adſperſum, ſuperum, deciduum.

COR. *Petala* numeroſa, obtuſiuſcula, lata: *exteriora* breviora; *interiora* majora, conniventia.

STAM. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum, cylindraceus. *Stigma* capitatum, multifidum.

PER. *Bacca* oblongiuſcula, unilocularis, umbilicata, uti calyx exaſperata.

SEM. numeroſa, ſubrotunda, parva, nidulantia.

OBS. Cereus *J. dicta fuit planta longa, recta, angulata.*
Melocactus T. *ſubrotunda, angulata.*
Opuntia T. *ramoſa dichotoma.*
Pereskia P. *arborea, folioſa: Fructu folioſo.*
Ad monocotyledones Melocacti, ad dicotyledones vero Opuntiæ, ejusdem tamen generis naturalis.

† 839. MELALEUCA. -- *Gærtn.* 35. Leptoſpermum *Forſt. gen.* 36. *Gærtn.* 35. Metroſideros *Banks. Gærtn.* 34. Fabricia *Gærtn.* 35?

Cal. *Perianthium* turbinatum, germini adnatum, quinquefidum ſ. quinquedentatum.

Cor. *Petala* quinque, rotundata, calycis margini interiori inſerta.

Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, libera ſ. in faſciculos quinque connata. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* turbinatum, fundo calycis adnatum. *Stylus* filiformis, erectus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ſubgloboſa, calycis (nunc ſæpe edentuli) ventre corticata, ſummitate nuda, trilocularis, trivalvis, (ſ. quinquelocularis, quinquevalvis,) *diſſepimentis* contrariis.

Sem. plurima, oblonga, ſ. rotundato-angulata, ſ. alata.

Obs. Metroſideros *Banks. & Gærtn. Stamina libera. Capſ. trilocularis.*

Melaleuca *Linn. Gærtn, Stamina in 5. faſciculos connata. Capſ. trilocularis.*

Leptoſpermum. *Gærtn. Stamina libera. Capſ. quinquelocularis.*

Fabricia. *Gærtn. Stam. libera. Capſ. octo-ſ. multilocularis, octo-ſ. multivalvis.*

† 840. PHILADELPHUS. * — *Gærtn.* 35. Syringa *Tournef.* 389.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadri-ſ. quinquepartitum, acuminatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor ſ. quinque, ſubrotunda, plana, magna, patentia.

Stam. *Filamenta* viginti ſ. viginti quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* erectæ, quadriſulcæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, quadri-ſ. quinquepartitus. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ovata, utrinque acuminata, calyce corticata ſummitate nuda, quadri-ſ. quinquelocularis, quadri-ſ. quinquevalvis: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. numeroſe, oblonga, exigua, decumbentia, arillata, margini diſſepimentorum incraſſato affixa. *Arilli* clavati, acuminati, baſi denticulati.

841. PSIDIUM. † Guajava. *Tournef.* 443. *Gærtn.* 38. Decaſpermum *Forſt.* 37. Nelitris *Gærtn.* 27.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, perſiſtens: *laciniis* ovatis.
Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* numeroſa, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* rotundiuſculum, inferum. *Stylus* ſubulatus, longiſſimus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ovalis, maxima, calyce coronata, uni-ſ. multilocularis.
Sem. numeroſa, minima, nidulantia.

† 842. EUGENIA. * *Mich.* 108.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, medio in orbiculum ſubvilloſum elevatum, quadripartitum: *laciniis* oblongis, obtuſis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, calyce duplo majora, oblonga, obtuſa, concava.
Stam. *Filamenta* plurima, orbiculo calycis inſerta, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* quadrangularis, coronata, unilocularis.
Sem. *Nux* ſubrotunda, glabra.

† 843. CARYOPHYLLUS. † *Sonnerat nov. Guin.* 197. *t.* 119. *Gærtn.* 33. Caryophyllus aromaticus *Tournef.* 432. Caryophyllodendron *Vaill. A. G.* 1722.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, obtuſum, parvum, ſuperum, circum umbilicum in vallum quadrangulum carnoſum elevatum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, calyci inſerta, eoque majora, caduca.
Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, corolla paullo longiora, lateri exteriori valli calycini inſerta. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* inferum, oblongum, biloculare: ſeminibus

viceris, diſſepimento affixis. *Stylus* ſubulatus, craſſus, ſtaminibus brevior, vallo calycino ad baſin cinctus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca* ovalis, calyce perſiſtente valloque coronata, uni-ſ. bilocularis.

Sem. unicum, ovato-cylindricum; ſ. ſolitaria, oblonga, magna.

† 844. MYRTUS. * *Tournef.* 409. *Gærtn.* 38. Murcia *Fl. zeyl.* 83. Syzygium *Gærtn.* 33. Greggia *Soland. Gærtn.* 33. Petaloma *Swartz. prodr.* 73. Mouriri *Aubl.* 180.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadri-ſ. quinquefidum, obtuſiuſculum, ſuperum, interne elevatum in annulum ſubvilloſum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor ſ. quinque, ovata, integra, magna, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* decem, ſ. plurima, capillaria, longitudine corollæ, annulo calycino inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* inferum, bi-ſ. triloculare: ſeminibus diſſepimento affixis. *Stylus* ſimplex, filiformis. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* ovalis, calyce umbilicata, uni-bi-ſ. trilocularis.

Sem. pauca, reniformia.

* 845. CALYPTRANTHES. *Swartz. prodr.* 79. Chyrraculia *Brown. jam.* 239. Syzygium *Brown.* 240. Jambolifera *Edit. prior. Gærtn.* 36.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, truncatum, edentulum ſ. obſoletiſſime quadridentatum, ſuperum, perſiſtens; tectum *operculo* orbiculato, concavo, deciduo.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, calyci interne ad marginem inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, fundo calycis adnatum, biloculare: ſeminibua paucis, diſſepimento affixis. *Stylus* ſimplex, filiformis, inflexus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* globoſa ſ. oblonga, calyce coronata, unilocularis.

Sem. unicum; ſ. pauca, ſubangulata.

Obs. *Jambolifera, a b. Linneo, ut videtur ad imperfectum ſpecimen, deſcripta, & ad Octandriam relata, cum reliquis ſpeciebus hujus generis convenit calyce campanulato, operculato, ſtaminibus plurimis, ad marginem calycis inſertis & ante antheſin in ejus cavitatem deflexis, germine biloculari polyſpermo cet. & ſolummodo bacca oblonga, medio ſæpe paullulum conſtricta, ſimilique ſemine, diſtinguitur; vix itaque peculiare genus conſtituere poteſt. S.*

* 846. SCOLOPIA. † *Schreb.* Limonia *Gærtn.* 58.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tri-ſ. quadripartitum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* tria ſ. quatuor, oblonga, ſubcoriacea, obtuſa, patentia, perſiſtentia, corolla duplo longiora.

Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, inferne planiuſcula, ad baſin villoſa, patentia, perſiſtentia, longitudine corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* lineares.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* teres, rectus, ſtaminibus longior. *Stigma* incraſſatum, trilobum, ſupra foveolis tribus impreſſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, ſtylo perſiſtente coronata, unilocularis.

Sem. ſex, rotundato-tetraëdra, arillata. *Arilli* membranacei, tenues, pulpoſi, angulati, bini affixi *Coſtis* tribus, elevatis, parieti interno baccæ agglutinatis.

Obs. *Coſtæ facile a bacca abſcedunt & reſolvuntur in fila ſena, inæqualia, e quorum apice arilli dependent.*

† 847. PUNICA. * *Tournef.* 407. — *Gærtn.* 38.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, acutum, coloratum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, erecto-patentia, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, calyce breviora, calyci inſerta. *Antheræ* oblongiuſculæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Pomum* ſubgloboſum, magnum, coronatum calyce, ſepto transverſo in duas concamerationes diviſum, quarum ſuperior ſubnovemlocularis, inferior ſubtrilocularis, *Diſſepimentis* membranaceis.

Sem. plurima, angulata, ſucculenta. *Receptaculum* carno-

ſum, ſcrobiculatum, ſingulum loculamentum pericarpii bifariam dividens.

Obs. *Botanici* Piſtilla *quinque & pingunt, & deſcribunt; mihi ſemper unicum obvium fuit.*

848. AMYGDALUS. * *Tournef.* 402. Perſica *Tournef.* 400.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquefidum: *laciniis* patentibus, obtuſis; deciduum.

Cor. *Petala* quinque, oblongo-ovata, obtuſa, concava, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* triginta, filiformia, erecta, corolla dimidio breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, villoſum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Drupa* ſubrotunda, villoſa, magna, ſulco longitudinali.

Sem. *Nux* ovata, compreſſa, acuta, ſuturis utrinque prominulis, ſulcis reticulata, foraminulis punctata.

Obs. Amygdalus *T. cujus Drupa ſicca, ut corium.*
Perſica *T. cujus Drupa mollis, ut bacca.*

849. PRUNUS. * *Tournef.* 398. Armeniaca *Tournef.* 399. Ceraſus *Tournef.* 401. Lauroceraſus *Tournef.* 403. Padus *edit. pr.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, deciduum: *laciniis* obtuſis, concavis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, magna, patentia, unguibus calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* viginti ad triginta, ſubulata, longitudine fere corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* didymæ, breves.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* orbiculatum.

Per. *Drupa* ſubrotunda.

Sem. *Nux* ſubrotunda, compreſſa, ſuturis prominulis.

Padus; *Lauroceraſus* T. 1-6.
Armeniaca T. 7, 8.
Ceraſus T. 9, 10.
Prunus T. 11-13.

850. CHRYSOBALANUS. † Icaco *Plum.* 5. *Jacq. amer.* 154.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum: *laciniis* patentibus; marceſcens.

Cor.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, plana, patentia, unguibus calyci inserta.

Stam. *Stamina* plurima, in orbem posita, erecta, calyci inserta. *Antheræ* parvæ, didymæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* figura & longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

Per. *Drupa* ovata, magna, unilocularis.

Sem. *Nux* ovata, quinque sulcis exarata, rugosa, quinquevalvis.

851. PLINIA. *Plum.* 11.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinque-s. quadripartitum: *laciniis* acutis, planis, parvis.

Cor. penta-s. tetrapetala: *petalis* ovatis, concavis.

Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* superum, parvum. *Stylus* subulatus, staminibus longior. *Stigma* simplex.

Per. *Drupa* maxima, globosa, sulcata.

Sem. unicum, maximum, globosum, glabrum.

* 852. ROBINSONIA. *Scop.* Touroulia *Aubl.* 194.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquedentatum: *denticulis* acutis.

Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, patentia, calyci inserta.

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, apicem versus incrassata, infra petala calyci inserta. *Antheræ* biloculares: *loculis* oblongis, basi divaricatis.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* nullus. *Stigma* oblongum, striatum.

Per. *Bacca* depresso-globosa, sulcis plurimis contiguis secundum longitudinem exarata, denticulis calycis coronata, carnosa, septemlocularis: *dissepimentis* membranaceis.

Sem. solitaria, oblonga, compressa, externe convexa, villosa.

* 853. SONNERATIA. *Linn. fil. suppl.* 38. Pagapate *Sonnerat nov. Guin. p.* 16. *t.* 10. 11. Aubletia *Gærtn.* 78. Rhizophoræ *sp. Edit. pr.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, planum, sexfidum, persistens: *laciniis* ovatis.

Cor. *Petala* ſex, ſubulata, patentia, baſi calycis inſerta, eoque vix longiora.
Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, baſi calycis inſerta, longa. *Antheræ* globoſæ.
Pist. *Germen* ſuperum, globoſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* calyci perſiſtenti patulo inſidens, ſubgloboſa, acuminata, glabra, pulpa veſiculis conſtante, multilocularis.
Sem. aliquot in ſingulis loculamentis.
Obs. Loculamenta plerumque ſunt viginti ſex. *Sonnerat.*

II. DIGYNIA.

854. CRATÆGUS. * *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, ſeſſilia, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, filiformes, erecti. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* carnoſa, ſubrotunda, umbilicata.
Sem. bina, oblongiuſcula, diſtincta, cartilaginea.
Obs. Piſtillorum *numerus in hoc & ſequentibus generibus variat.* R.

III. TRIGYNIA.

855. SORBUS. * *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* tres, filiformes, erecti. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* mollis, globoſa, umbilicata.
Sem. tria, oblongiuſcula, diſtincta, cartilaginea.

856. SESUVIUM. Halimum. *Lœfl. it.* 191.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, intus coloratis, marceſcentibus.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, calyci infra lacinias inſerta, calyceque breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, in fundo calycis, ſuperius trigonum. *Styli* ſæpe tres, capillares, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, trilocularis, circumſciſſa.
Sem. ſubrotunda, planiuſcula, margine roſtrello aucta.

IV. PENTAGYNIA.

857. MESPILUS. * *Tournef.* 410.

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* quinque, ſimplices, erecti. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* globoſa, umbilicata, calyce connivente clauſa, ſed umbilico fere perforata.
Sem. quinque, oſſea, gibba.
Obs. *Ex dictis patet valde affinia eſſe genera*: Cratægum, Sorbum & Meſpilum, *ut aut ſolo numero feminarum, aut vix ulla ſufficienti nota diſtingui poſſint. Folia Sorbis pinnata, Cratægis angulata, Meſpilis integra communiter ſunt.*

858. PYRUS. * *Tournef.* 404. Malus *Tournef.* 406. Cydonia *Tournef.* 405.

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavum, quinquefidum, perſiſtens: *laciniis* patentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, magna, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Pomum* ſubrotundum, umbilicatum, carnoſum, loculis membranaceis, quinqueloculare.
Sem. nonnulla, oblonga, obtuſa, baſi acuminata, hinc convexa, inde plana.
Obs. *Mirum omnes a ſeculis genus notiſſimum in tria diſpeſciſſe, dum genera e ſpeciebus, ſpecies e varietatibus conſtituerunt.*

† 859. TETRAGONIA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, ſuperum: *foliolis* quatuor, ovatis, deflexo-planis, margine revolutis, coloratis, perſiſtentibus.
Cor. nulla: niſi calycem velis.
Stam. *Filamenta* viginti, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, quinquangulare, inferum. *Styli* quatuor, ſubulati, recurvi, longitudine ſtaminum. *Stigmata* longitudinalia ſtyli, pubeſcentia.
Per. *Drupa* coriacea, alis quatuor longitudinalibus tetragona; angulis oppoſitis anguſtioribus, non dehiſcens.
Sem. unicum, oſſeum, quadriloculare. *Nuclei* oblongi.
Obs. *Flos primus addit quintam partem numeri in omni fructificationis parte, hinc ad pentagynas amandanda ex lege Phil. Bot.* §. 178.

860. MESEMBRYANTHEMUM. * *Dill. gen.* 9. *elth.* 179. &c. Ficoides *Tournef. A.* G. 1705.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, ſuperum, acutum, patens, perſiſtens.
Cor. monopetala: *Petala* lanceolato-linearia, numeroſiſſima, ſerie multiplici nata, calyce paullo longiora, unguibus leviter connatis in unum.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* inferum, angulis quinque obtuſis. *Styli* quinque ſæpius, ſubulati, erecto-reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* carnoſa, ſubrotunda, umbilico radiis notato, loculamentis numero ſtylorum reſpondentibus.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Tetragyna: *geniculiflorum*, *noctiflorum*, *tortuoſum*.
Decagyna: *linguiforme*, *pomeridianum*, *pugioniforme*, *barbatum*, *aciniforme*, *loreum*.

861. AIZOON. * — *Gærtn.* 76. Ficoidea *Niſſ. A.* G. 1711. *Dill. gen.* 12. *elth.* 177.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, ſinui calycis per pha-

langes inſerta, nec per receptaculum æqualiter diſtributa. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* pentagonum, ſuperum. *Styli* quinque, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ventri oſa, retuſa, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. plura, ſubrotunda.

Obs. *Character eſſentialis conſiſtit in ſtaminibus per phalanges ſinubus calycis inſertis, tribus communiter ubique approximatis.*

† 862. SPIRÆA. *Tournef. 389. — Gærtn. 69. Filipendula Tournef. 150. Ulmaria Tournef. 141. Aruncus *edit. prior.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, baſi planum: *laciniis* acutis; perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, calyci inſerta, oblongo-rotundata.

Stam. *Filamenta* viginti plura, filiformia, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* quinque ſ. plura. *Styli* totidem, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.

Per. *Capſulæ* oblongæ, acuminatæ, compreſſæ, bivalves.

Sem. pauca, acuminata, parva, ſuturæ internæ affixa.

Obs. Filipendula T. *Capſulis plurimis in orbem digeſtis.*
Ulmaria T. *Capſulis plurimis contortis inſtar Helicteris.*
Aruncus *Fructificatione* dioïca *a reliquis differt.*
Opulifolia *trigyna eſt.*

V. POLYGYNIA.

863. ROSA. * *Tournef. 408. — Gærtn. 73.*

Cal. *Perianthium* monophyllum: *Tubo* ventricoſo: collo coarctato: *Limbo* patente quinquepartito globoſum: *laciniis* longis, lanceolato-anguſtis (quarum in quibusdam *duæ alternæ* utrinque appendiculatæ; *duæ aliæ alternæ* utrinque nudæ; *quinta* hinc tantum appendiculata.)

Cor. *Petala* quinque, obcordata, longitudine calycis, calycis collo inſerta.

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, breviſſima, calycis collo inſerta. *Antheræ* trigonæ.

Pist. *Germina* numeroſa, in fundo calycis. *Styli* totidem, villoſi, breviſſimi, collo calycis arcte compreſſi, lateri germinis inſerti. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Bacca* carnoſa, turbinata, colorata, mollis,

unilocularis, laciniis rudibus coronata, collo coarctata, e calycis tubo facta.

Sem. numerosa, oblonga, hispida, calycis interiori lateri affixa.

Obs. Pericapii calyx *baccam mentitur*.

864. RUBUS. * *Tournef.* 385. — *Gærtn.* 73.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum: *laciniis* oblongis, patentibus, persistentibus.

Cor. *Petala* quinque, subrotunda, longitudine calycis, erecto-patentia.

Stam. *Filamenta* numerosa, corolla breviora, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ, compressæ.

Pist. *Germina* numerosa. *Styli* parvi, capillares, e latere germinis orti. *Stigmata* simplicia, persistentia.

Per. *Bacca* composita: *acinis* subrotundis, in capitulum convexum, infra concavum collectis: singulis unilocularibus.

Sem. solitaria, oblonga. *Receptaculum* pericarpiorum conicum.

Obs. Acini *Baccarum coaliti sunt in Baccam compositam, nec sine laceratione distinguibiles.*

R. saxatilis *acinis distinctis Baccas profert.*

R. Chamæmorus *dioicus est.*

865. FRAGARIA. * *Tournef.* 152. — *Gærtn.* 73.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planum, decemfidum: *laciniis alternis* exterioribus, angustioribus.

Cor. *Petala* quinque, subrotunda, patentia, calyci inserta.

Stam. *Filamenta* viginti, subulata, corolla breviora, calyci inserta. *Antheræ* lunulares.

Pist. *Germina* numerosa, minima, in capitulum collecta. *Styli* simplices, lateri germinis inserti. *Stigmata* simplicia.

Per. nullum. *Bacca* fit *Receptaculum commune seminum* rotundo-ovatum, pulposum, molle, magnum, coloratum, basi truncatum, deciduum.

Sem. numerosa, minima, acuminata, per superficiem receptaculi sparsa.

Obs. *Receptaculum commune hic Bacca vulgo salutatur.*

866. POTENTILLA. * Quinquefolium *Tournef.* 153. Pentaphylloides *Tournef. ibidem.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, planiusculum, decemfidum: *laciniis alternis* minoribus reflexis.

Cor. *Petala* quinque, subrotunda, patentia, unguibus calyci inserta.

Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* elongato-lunulatæ.

Pist. *Germina* numeroſa, minima, in capitulum collecta. *Styli* filiformes, longitudine ſtaminum, lateri germinis inſerti. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* ſubrotundum, exſuccum, minimum, perſiſtens, ſeminibus tectum, calyce incluſum.

Sem. numeroſa, acuminata.

Obs. *Demta unica quinta parte numeri in omnibus partibus fructificationis, habes Tormentillam;* Tormentilla *ſolo numero differt a Potentilla, hinc poſſunt ambo genera combinari.*

867. GEUM. * — *Gærtn.* 74. Caryophyllata *Tournef.* 151. *A. D. F. G.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, decemfidum, erectiuſculum: *laciniis alternis* minimis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, rotundata: *unguibus* longitudine calycis, anguſtis, calyci inſertis.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, longitudine calycis, cui inſerta. *Antheræ* breves, latiuſculæ, obtuſæ.

Pist. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta. *Styli* lateri germinis inſerti, piloſi, longi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* oblongum, hirſutum, calyci reflexo impoſitum.

Sem. numeroſa, compreſſa, hiſpida, *Stylo* longo ariſtata.

† 868. DRYAS. * — *Gærtn.* 74.

Cal. *Perianthium* monophyllum, octopartitum: *laciniis* patentibus, linearibus, obtuſis, æqualibus, corolla paullo brevioribus.

Cor. *Petala* octo, oblonga, emarginata, patentia, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, brevia, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germina* multa, conferta, parva. *Styli* capillares, lateri germinis inſerti. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum.

Sem. numeroſa, ſubrotunda, compreſſa, *Stylis* longiſſimis lanigeris inſtructa.

Obs. *Calyx variat laciniis* 6-10. *Petala tot quot laciniæ calycis.* S.

869. COMARUM. * — *Gærtn.* 73.

Cal. *Perianthium* monophyllum, decemfidum, maximum,

patens, coloratum: *laciniis alternis* minoribus, inferioribus; perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, acuminata, calyce, cui inſerta, triplo minora.

Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta, longitudine corollæ, perſiſtentia. *Antheræ* lunulares, deciduæ.

Pist. *Germina* numeroſa, ſubrotunda, minima, in capitulum collecta. *Styli* ſimplices, breves, e latere germinis. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* ovatum, carnoſum, maximum, perſiſtens.

Sem. numeroſa, acuminata, receptaculum tegentia.

870. CALYCANTHUS. † Beureria *Ehret.* Büttneria *Du Hamel.* Baſteria. *Miller.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, urceolatum, ſquamoſum: *foliolis* coloratis, lanceolatis: ſuperioribus ſenſim majoribus, petala mentientibus.

Cor. nulla, *præter calycina foliola petala mentientia.*

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, calycis collo inſerta. *Antheræ* oblongæ, ſulcatæ, filamentorum apici adnatæ.

Pist. *Germina* plurima, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, compreſſos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* glanduloſa.

Per. nullum. *Calyx* incraſſatus, obovatus, baccatus.

Sem. plurima, caudata.

Classis XIII.

POLYANDRIA

I. MONOGYNIA.

871. *Marcgravia.*
872. *Ternstrœmia.*
873. *Trilix.*
874. *Doliocarpus.*
875. *Rheedia.*
876. *Capparis.*
877. *Actæa.*
878. *Sanguinaria.*
879. *Podophyllum.*
880. *Chelidonium.*
881. *Papaver.*
882. *Argemone.*
883. *Cambogia.*
884. *Muntingia.*
885. *Sarracenia.*
886. *Nymphæa.*
887. *Bixa.*
888. *Sloanea.*
889. *Aubletia.*
890. *Trewia.*
891. *Ochna.*
892. *Grias.*
893. *Sparrmannia.*
894. *Tilia.*
895. *Lætia.*
896. *Grewia.*
897. *Microcos.*
898. *Elæocarpus.*
899. *Dicera.*
900. *Legnotis.*
901. *Myrodendrum.*
902. *Lemniscia.*
903. *Ascium.*
904. *Lecythis.*
905. *Delima.*
906. *Vateria.*
907. *Mentzelia.*
908. *Loosa.*
909. *Sterbeckia.*
910. *Lagerstrœmia.*
911. *Thea.*
912. *Alstonia.*
913. *Cistus.*
914. *Vallea.*
915. *Bonnetia.*
916. *Prockia.*
917. *Corchorus.*
918. *Seguieria.*
919. *Rittera.*

II. DIGYNIA.

920. *Pæonia.*
921. *Curatella.*
922. *Fothergilla.*
923. *Trichocarpus.*
924. *Lacis.*

III. TRIGYNIA.

925. *Homalium.*
926. *Euryandra.*
927. *Delphinium.*
928. *Aconitum.*

IV. TETRAGYNIA.

929. *Wintera.*
930. *Tetracera.*
931. *Caryocar.*
932. *Rhizobolus.*
933. *Cimicifuga.*

V. PENTAGYNIA.

934. *Aquilegia.*
935. *Nigella.*
936. *Reaumuria.*
937. *Brathys.*

VI. DECAGYNIA

938. *Braſenia.*

VII. POLYGYNIA.

939. *Dillenia.*
940. *Illicium.*
941. *Liriodendrum.*
942. *Magnolia.*
943. *Michelia.*
944. *Uvaria.*
945. *Annona.*
946. *Xylopia.*
947. *Unona.*
948. *Anemone.*
949. *Atragene.*
950. *Clematis.*
951. *Thalictrum.*
952. *Adonis.*
953. *Ranunculus.*
954. *Trollius.*
955. *Iſopyrum.*
956. *Helleborus.*
957. *Caltha.*
958. *Hydraſtis.*

POLYANDRIA

I. MONOGYNIA.

871. MARCGRAVIA. † *Plum.* 29. *Jacq. amer.* 156.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, imbricatum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis: extimis duobus majoribus.

Cor. monopetala, conico-ovata, integra, calyptræ inſtar clauſa, diſcedens baſi, caduca.

Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, brevia, patentia, decidua. *Antheræ* erectæ, magnæ, ovato-oblongæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, perſiſtens.

Per. *Bacca* coriacea, globoſa, multilocularis, multivalvis.

Sem. numeroſa, exigua, oblonga, in pulpa molli nidulantia.

* 872. TERNSTROEMIA. *Mutis. Linn. ſuppl.* 39. *Swartz. prodr.* 81. Cleyera *Thunb. jap.* 12. *nov. gen.* 68. *ſec. cl. Vahlium.* Taonabo *Aubl.* 227. 228. *ſec. cl. Swartzium.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, cui incumbunt duæ minores *Squamæ*. *Laciniæ* omnes orbiculatæ, concavæ, perſiſtentes.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* orbiculatis, concavis, emarginatis, calyce longioribus.

Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, duplici ſerie baſi corollæ inſerta, eaque breviora. *Antheræ* lineares, erectæ, longitudine filamentorum.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Bacca* exſucca, ovata, lævis, bilocularis.

Sem. ſuboctona, hinc convexa, inde plana.

873. TRILIX. Jacquinia. *Mutis.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, patentibus, planis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, lanceolata, acuta, calyce minora.

Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, didymæ, minutæ.
Pist. *Germen* pentagonum. *Stylus* cylindricus. *Stigma* simplex.
Per. *Bacca* subpentagona, quinquelocularis, calyce tecta.
Sem. numerosa, subrotunda, minuta.

* 874. DOLIOCARPUS. *Rolander. act. holm.* 1756. Calinea *Aubl.* 221.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongo-rotundatis, concavis, inæqualibus, coloratis, persistens.
Cor. *Petala* tria, subrotunda, concava, plicata.
Stam. *Filamenta* plurima, receptaculo inserta, capillaria. *Antheræ* compressæ.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* longus, incurvus. *Stigma* compressum, planum, subbifidum.
Per. *Bacca* globosa, unilocularis, stylo coronata.
Sem. duo, arillata, oblongo-rotundata, hinc plana, inde convexa.
Obs. *Aubletius Calineæ suæ Calycem monophyllum tripartitum, cum laciniis duabus accessoriis minoribus (quas bracteas appellat) tribuit; genere tamen a Doliocarpo distinguenda esse non videtur.*

Soramia *Aubl.* 219. *differt laciniis calycis subæqualibus; petalis quinque; bacca uniloculari; semineque unico: an satis, ut pro distincto genere haberi possit?*

875. RHEEDIA. Vanrheedia *Plum.* 18.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, obovata, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* cylindricus, longitudine staminum. *Stigma* infundibuliforme.
Per. ovatum, parvum, succulentum, uniloculare.
Sem. tria, ovato-oblonga, characteribus notata, maxima.

876. CAPPARIS. * *Tournef.* 139. Breynia *Plum.* 11. Cadaba *Forsk.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, coriaceum: *foliolis* ovatis, concavis, gibbis.
Cor. *Petala* quatuor, obtusa, patentia, maxima.

Stam. *Filamenta* numerosa, filiformia, patula. *Antheræ* oblongæ, versatiles, inclinatæ.
Pist. *Germen* pedicellatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum, sessile.
Per. *Bacca* corticosa, unilocularis, pedicellata.
Sem. numerosa, reniformia, nidulantia.
Obs. *Fructus figura in diversis diversissima.*

877. ACTÆA. * Christophoriana *Tourn.* 154.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* subrotundis, obtusis, concavis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, utrinque acuminata, calyce majora, caduca.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta sæpius,) capillaria, superne latiora. *Antheræ* subrotundæ, didymæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* crassiusculum, oblique depressum.
Per. *Bacca* ovali-globosa, glabra, unisulca, unilocularis.
Sem. plurima, semiorbiculata, gemino ordine incumbentia.
Obs. A. racemosa *fructu coriaceo, nec pulposo est.*

878. SANGUINARIA. * *Dill. elth.* 252.

Cal. *Perianthium* diphyllum, ovatum, concavum, corolla brevius, caducum.
Cor. *Petala* octo, oblonga, obtusa, patentissima: *alterna* interiora, angustiora.
Stam. *Filamenta* plurima, simplicia, corolla breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* nullus. *Stigma* crassiusculum, bisulcatum stria, altitudine staminum, persistens.
Per. *Capsula* oblonga, ventricosa, utrinque acuta, bivalvis.
Sem. plurima, rotunda, acuminata.

879. PODOPHYLLUM. * Anapodophyllum *Tournef.* 122.

Cal. *Perianthium* triphyllum, magnum, coloratum, concavo-erectum: *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.
Cor. *Petala* novem orbiculata, concava, margine plicata.
Stam. *Filamenta* plurima, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, magnæ, erectæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum, plicatum.

Per. *Bacca* ovata, coronata ſtigmate, unilocularis,
Sem. plurima, ſubrotunda. *Receptaculum* liberum.

880. CHELIDONIUM. * *Tournef.* 116. Glaucium *Tournef.* 130.

Cal. *Perianthium* diphyllum, ſubrotundum: *foliolis* ſubovatis concavis, obtuſis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta,) plana, ſuperne latiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, obtuſæ, erectæ, didymæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, bifidum.
Per. *Siliqua* cylindracea, ſubbivalvis.
Sem. plurima, ovata, aucta, nitida. *Receptaculum* lineare, inter valvulas ſuturæ inſtar circumambiens, non dehiſcens.
Obs. *Pericarpio ſiliquoſo a Papavere diverſum.*
Chelidonium T. *Siliqua unilocularis.*
Glaucium T. *Siliqua bicapſularis.*
Ch. hybridum *Siliqua trivalvis eſt.*

881. PAPAVER. * *Tournef.* 119. — *Gærtn.* 60.

Cal. *Perianthium* diphyllum, ovatum, emarginatum: *foliolis* ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora: *alterna* minora.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, corolla longe breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, erectæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* peltatum, planum, radiatum.
Per. *Capſula* coronata ſtigmate plano, magno, unilocularis, ſemimultilocularis, apice ſub corona foraminibus plurimis dehiſcens.
Sem. numeroſa, minima. *Receptacula*: Plicæ longitudinales, numero radiorum ſtigmatis, parieti pericarpii adnatæ.
Obs. Pericarpium *diverſum eſt varia figura ex globoſa & oblonga, nec non radiis ſtigmatis. Primaria* diviſio ſpecierum *a Pericarpio lævi & hiſpido deſumenda eſt.*

882. ARGEMONE. *Tourn.* 121. — *Gærtn.* 60.

Cal. *Perianthium* triphyllum, ſubrotundum: *foliolis* ſubrotundis cum acumine, concavis, caducis.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, erecto-patentia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum, quinquangulare. *Stylus* nullus. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum, reflexum, quinquefidum, perſiſtens.
Per. *Capſula* ovata, quinquangularis, unilocularis, ſemivalvis.
Sem. numeroſa, minima. *Receptacula* linearia, angulis pericarpii adnata, non dehiſcentia.
Obs. Capſula *ſemivalvata a Papavere diſtincta.*
Argemone 2 *trivalvis*, 3 *quadrivalvis*, 1 *ſexvalvis fere eſt.*

† 883. CAMBOGIA.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, deciduis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotundo-oblonga, concava; unguibus oblongis.
Stam. *Filamenta* plurima, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſtriatum. *Stylus* nullus. *Stigma* quadrifidum, obtuſum, perſiſtens.
Per. *Pomum* ſubrotundum, octangulare, uniloculare.
Sem. ſolitaria, ſ. bina, reniformi-oblonga, compreſſiuſcula.

884. MUNTINGIA. † *Plum.* 6. *Jacq. amer.* 166. — *Gærtn.* 59.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, baſi concavum: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, magnis; deciduum.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patentia, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* globoſum, villis veſtitum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, pentagonum, radiatum, perſiſtens.
Per. *Bacca* globoſa, umbilicata ſtigmate, quinquelocularis.
Sem. numeroſa, ſubrotunda, minima, nidulantia.
Obs. *Numerus loculamentorum baccæ ſæpe quinario major eſt. Gærtn.* S.

885. SARRACENIA. † *Tournef.* 476.

Cal. *Perianthium* duplex.
P. inferius triphyllum: *foliolis* ovatis, minimis, deciduis.

P. ſuperius pentaphyllum: *foliolis* ſubovatis, maximis, coloratis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, inflexa, tegentia ſtamina: *unguibus* ovato oblongis, rectis.

Stam. *Filamenta* numeroſa, parva. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* cylindraceus, breviſſimus. *Stigma* clypeatum, peltatum, quinquangulare, ſtamina tegens, perſiſtens.

Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquelocularis.

Sem. plurima, ſubrotunda, acuminata, parva.

886. NYMPHÆA. * *Tourn.* 137. 138. *Gærtn.* 19. Nelumbo *Tourn.* — *Gærtn.* 19.

Cal. *Perianthium* inferum, tetraphyllum, magnum, ſupra coloratum, perſiſtens.

Cor. *Petala* numeroſa (quindecim ſæpe,) germinis lateri inſidentia, ſerie plus quam ſimplici.

Stam. *Filamenta* numeroſa (ſeptuaginta ſæpe,) plana, curva, obtuſa, brevia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum margini adnatæ.

Pist. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, planum, peltato-ſeſſile, radiis notatum, margine crenatum, perſiſtens.

Per. *Bacca* dura, ovata, carnoſa, rudis, collo anguſtata, apice coronata, multilocularis (decem ad quindecim loculis,) pulpa plena.

Sem. plurima, ſubrotunda.

N. lutea *Calyce pentaphyllo: foliolis ſubrotundis, Petalis minimis a reliquis differt.*

Nelumbo *Pericarpium turbinatum, truncatum, loculis monoſpermis, propriis foraminibus per diſcum dehiſcentibus.*

† 887. BIXA. † — *Gærtn.* 61.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, minimum, obtuſum, planum, perſiſtens.

Cor. duplex.

Exterior Petalis quinque, oblongis, æqualibus, magnis, rudioribus.

Interior Petalis quinque, ſimilibus exterioribus, tenuioribus.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, corolla dimidio breviora. *Antheræ* erectæ.

Pist.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* parallele bifidum, compreſſum.

Per. *Capſula* ovato-cordata, compreſſa, ſetis obvallata, bivalvis, angulis dehiſcens, unilocularis, *membrana* interiore bivalvi.

Sem. numeroſa, turbinata, umbilico truncato, baccata. *Receptaculum* lineare, longitudinale, medio valvularum adnatum.

† 888. SLOANEA. *Aubl. guian.* 533. *t.* 212. *Swartz. prodr.* 82. Sloana *Plum.* 15.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, ſubinæqualibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* numeroſa, (ultra centum,) breviſſima, receptaculo villoſo inſerta. *Antheræ* oblongæ, lateri filamentorum adnatæ.

Pist. *Germen* oblongum, angulatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* quinquefidum, acutum.

Per. *Capſula* magna, ſubrotunda, echinata *aculeis* deciduis, quinquelocularis, quinquevalvis: *diſſepimentis* valvulis oppoſitis.

Sem. ſolitaria ſ. bina, oblonga, *arillo* baccato involuta.

Obs. *Numerus partium variat a* 3 *ad* 6. *Aubl. Sw.*

* 889. AUBLETIA. Apeiba *Aubl.* 213. *Swartz. prodr.* 82. Sloanea *Læſl.* 311.

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, rigidum, intus coloratum, externe pubeſcens, deciduum, quinquepartitum: *laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, marginibus craſſis, ante antheſin contiguis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotundo-oblonga, calyce minora: *unguibus* breviſſimis.

Stam. *Filamenta* plurima, breviſſima. *Antheræ* ovato-oblongæ, extus gibbæ, latere interiore dehiſcentes, apice foliaceæ, acutæ: *exteriores* ſteriles, lanceolatæ, in acumen foliaceum deſinentes; corolla breviores.

Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* longus, ſtriatus, ſenſim craſſeſcens, leviter incurvus. *Stigma* patens, perforatum, decemdentatum.

Per. *Capſula* magna, orbiculata, depreſſa, coriacea, echinata, decemlocularis, baſi dehiſcens.

Sem. plurima, parva, ſubrotunda, ſubcompreſſa. *Receptaculum ſeminum* carnoſum.

890. TREWIA.

Cal. *Perianthium* triphyllum : *foliolis* ovatis, reflexis, coloratis, perſiſtentibus.
Cor. nulla, niſi calycem ſumas.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* turbinata, triquetra, coronata, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Suſpicor etiam flores mere maſculos adeſſe.*

† 891. OCHNA. † *Fl. zeyl.* 210.

Cal. *Perianthium* monophyllum, inferum, coriaceum, perſiſtens, quinquepartitum : *laciniis* ovatis, obtuſis, patentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plura, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum, angulatum, quinquefidum. *Stylus* angulatus, erectus, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
Per. nullum.
Sem. *Nuces* quinque, ovatæ, erectæ, exterius ſubcompreſſæ, convexiuſculæ, interius leniter excavatæ, obtuſæ; putamine tenui. *Receptaculum* maximum, carnoſum, depreſſum, pentagonum: angulis protuberantibus, rotundatis, vertice carinatis; quorum ſingulo affixa eſt nux, cicatrice triangulari-rotundata. *Coſtæ* quinque, inter angulos receptaculi, a vertice ad baſin decurrentes, elevatæ.

892. GRIAS. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme: *ore* quadrifido demumque lacero.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, coriacea.
Stam. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, corolla longiora, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* depreſſiuſculum, calyci immerſum. *Stylus* nullus. *Stigma* craſſiuſculum, tetragonum, cruciato-excavatum.
Per. *Drupa* magna, unilocularis, baſi apiceque acuminata.
Sem. *Nucleus* ſulcis octo exaratus.

* 893. SPARRMANNIA *Thunberg. nov. gen.* 88. *Linn ſuppl.* 41.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolatis, integris, reflexis, villoſis.

COR. *Petala* quatuor, æqualia, cuneiformia, integra, plana, calyce duplo longiora.

Nectaria propria, difformia, filiformia, toruloſa, ſtaminibus breviora: *torulis* inflatis, turbinatis.

STAM. *Filamenta* plurima, germini inſerta, filiformia: exteriora nectariis ſimilia, ſed longiora, corollâ breviora. *Antheræ* ovato-cordatæ, filamentis inſidentes.

PIST. *Germen* ſubgloboſum, quinquangulare, hiſpidum, ſuperum. *Stylus* filiformis, rectus, dependens inter ſtamina, iisque multo longior. *Stigma* truncatum, papillis elongatis terminatum.

PER. *Capſula* pentagona, quinquelocularis, echinata *ſetis* rectis, rigidis, piloſis, *ſpina* pellucida, recta, pungente terminatis, ad angulos majoribus, pungentibus.

SEM. bina, oblonga, glabra, altero latere carinata.

894. TILIA. * *Tournef* 381.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, coloratum, magnitudine fere corollæ, deciduum.

COR. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, apice crenata.

STAM. *Filamenta* plurima (triginta & ſupra) ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* pentagono-obtuſum.

PER. *Capſula* coriacea, globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

OBS. Semen *unicum communiter adoleſcit, quod reliqua abortientia ad latus pellit, ut unilocularis videatur capſula incautis.*

T. americana *ſquamis quinque germini circumpoſitis, corollæ unguibus annexis.* D. *Kalm.*

895. LAETIA. † *Læſl. it.* 190. *Jacq. amer.* 167.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, reflexis, coloratis, marceſcentibus.

COR. nulla, ſ. *Petala* quinque.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, calyce paullo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum, desinens in *Stylum* filiformem, staminibus longiorem. *Stigma* capitatum, depressum.
Per. *Bacca* globosa, trigona, lineis tribus exarata, unilocularis, interne aucta membrana cartilaginea.
Sem. plurima, nidulantia, angulata, arillo pulposo vestita.
L. completa *pentapetala*, *capsula trivalvi.*
L. apetala *Bacca carnosa.*

896. GREWIA. * Mallococca *Forst.* 39.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, coriaccis, interne coloratis, patentibus, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, figura calycis, sæpe minora, basi emarginata.
Nectarium e squamula, singulo petalo ad basin inserta, crassiuscula, incurva, inclinata ad marginem stylum cingentem.
Stam. *Filamenta* numerosissima, longitudine petalorum, setacea, basi germinis inserta. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* pedicellatum, subrotundum, insidens *Receptaculo* columnari, erecto, cincto margine pentagono. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, quadrifidum.
Per. *Bacca* quadriloba, quadrilocularis.
Sem. solitaria, globosa, bilocularia.

897. MICROCOS. † *Burm. Gærtn.* 57.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtusiusculis, patulis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, omnium minima, linearia, æqualia, emarginata, superna medietate patula.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* acutum.
Per. *Drupa* subrotunda.
Sem. *Osseculum* turbinatum, fibris capillaribus arcuatis undique crinitum, triloculare. *Nuclei* hinc convexi inde angulati.
Obs. *Grewiæ affinis.*

† 898. ELÆOCARPUS. † *Burm.* — *Retz. fasc. 4. p. 27. Gærtn.* 43.

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, persistens, quinquepartitum: *laciniis* lineari-lanceolatis, concavis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, unguiculata; multifido-laciniata: laciniis ultimis capillaceis, æqualia, calyce vix longiora, ad baſin nectarii inſerta.

Nectarium Glandula orbiculata, depreſſa, carnoſa, villoſa, in medio calycis.

Stam. *Filamenta* viginti ad triginta, capillaria, tenuiſſima, brevia, erecta, nectario inſerta. *Antheræ* corolla breviores, erectæ, lineares, ſcabræ, apice bivalves: *valvulis* patentibus, ciliatis *pilis* circiter quinis, tenuiſſimis, reflexo-patentibus; inæqualibus.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, villoſum, nectario inſidens. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* acutum. — *Schr.*

Per. *Drupa* oblonga, lævis.

Sem. *Nux* oblonga, ſulcato-tuberculata: putamine ſubtrivalvi. *Nucleus* ſubtrigonus. — *Gærtn.*

Obs. *Numerus laciniarum calycis & petalorum interdum ternarius eſt. Linn. Retz. laciniarum primariarum cujusque petali* 3-5. *Stamina* 8-20. *Linn.* 25. *Retz. Ego* 27. *numeravi. S.* — Elæocarpus copallifera *Retz. differt Cal. obtuſo, tomentoſo, ſupero! Petalis indiviſis ovatis. Stam.* 40. *Anth. apice filiformi. An hujus generis? quum calyx ſuperus ſit.*

* 899. DICERA. *Forſt. gen.* 40.

Cal. *Perianthium* quadri-ſ. quinquepartitum: *foliolis* æqualibus.

Cor. *Petala* quatuor ſ. quinque, obovata, trifida: *laciniis* obtuſis, intermedia longiore.

Nectarium e corpuſculis quatuor ſ. quinque, parvis, emarginatis, germen ambientibus.

Stam. *Filamenta* (12-30) plura, inter nectarium & germen orta, capillaria, brevia. *Antheræ* lineares, apice bicornes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca?* ovata, bilocularis.

Sem. plurima.

Obs. *Dicera ſerrata eſt tetragyna: bacca* 4-*loculari* 2-*ſperma. F.*

* 900. LEGNOTIS. *Swarz. prodr.* 84. Caſſipourea *Aubl.* 211. *Communicata* a *D. Crudy.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquadri-ſ. quinquefidum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, acutis, erectis.

Cor. *Petala* quatuor ſ. quinque, calyce longiora. *Ungues* tenues, fere longitudine calycis, receptaculo inſerti. *Laminæ* ovatæ, fimbriatæ laciniis plurimis, villoſis.

Stam. *Filamenta* ſedecim ſ. viginti, filiformia, æqualia, longitudine calycis, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* magna, trigona, trilocularis, trivalvis, elaſtica.

Sem. ſolitaria, hinc convexa, inde angulata.

Obs. *Numerus partium fructus interdum quinta, quarta parte augetur.*

* 901. MYRODENDRUM. Houmiri *Aubl. guian.* 564. *t.* 225.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, acutum.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, acuta, patentia, calyce multo majora.

Stam. *Filamenta* viginti, capillaria, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, parvum, ſuperum. *Stylus* longus, incurvus, villoſus. *Stigma* capitatum, quinquelobum.

Per. . . . quinqueloculare.

Sem. . . ſolitaria.

* 902. LEMNISCIA. Vantanea *Aubl.* 229.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, acutum, breve.

Cor. *Petala* quinque, linearia, longa, acuta, recurva, nectario adnata.

Nectarium cyathiforme, carnoſum, breviſſimum, germen cingens.

Stam. *Filamenta* numeroſa, 70-80, capillaria, corolla longiora, nectario inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, nectario immerſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. . . . . quinqueloculare.

Sem. ſolitaria.

* 903. ASCIUM. Norantea *Aubl.* 220.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, coriaceis, margine coloratis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, acuta, calyce majora, receptaculo inſerta.

Stam. *Filamenta* plurima, (40-50,) brevia, triquetra, receptaculo inserta. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca*? unilocularis.
Sem. plurima.

904. LECYTHIS *Læfl.* 189. *Jacq. amer.* 168.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* subrotundis, concavis, persistentibus.
Cor. *Petala* sex, oblonga, obtusa, plana, maxima: quorum duo superiora patentissima.
Nectarium petaliforme, monophyllum, lingulatum: basi plana, perforata pro germine, marginata: *Ligula* a latere inferiore floris sursum inflexa: linearis, toris convexa, apice crassa, ovata, cum staminibus obtegens genitalia.
Stam. *Filamenta* copiosissima, disco interiori baseos nectarii undique inserta, brevissima, superius crassiora. *Antheræ* oblongæ, parvæ.
Pist. *Germen* depressum, acuminatum, cinctum receptaculo floris. *Stylus* brevissimus. *Stigma* obtusiusculum, conicum.
Per. basi subrotundum, lignosum, superius cinctum calycis rudimentis, truncatum, subquadriloculare, circumscissum, operculo orbiculato.
Sem. plura, nitida, margine scabro.

905. DELIMA.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtusis, æqualibus, persistentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, calyci subæqualia. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subovatum. *Stylus* cylindricus, longitudine floris. *Stigma* simplex, persistens.
Per. *Bacca* calyce major, ovata, acuminata, bivalvis.
Sem. duo.
Obs. Rheedi *suam pentandram facit, adeoque dubia.*

906. VATERIA.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, parvum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, patentia.
Stam. *Filamenta* numerosa, corolla breviora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* turbinata, coriacea, calyci reflexo inſidens, ſuturis tribus notata, unilocularis, trivalvis.
Sem. unicum, ovatum.

†907. MENZELIA. *Plum. 6. Jacq. amer.* 164.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, patens, ſuperum, deciduum: *foliolis* lanceolatis, concavis, acuminatis.
Cor. *Petala* quinque, obovata, acuminata, calyce paullo longiora, patentia.
Stam. *Filamenta* plurima, (30,) longitudine calycis, erecta, ſetacea; decem exteriora ſuperne membranacea. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* cylindricum, longiſſimum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Capſula* cylindrica, longa, unilocularis, apice trivalvis.
Sem. circiter ſex, oblonga, angulata.

908. LOOSA. *Auct. Cl. Jacquino.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, ſuperum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, patentiſſimis; lateribus reflexis.
Cor. *Petala* quinque, obovata, cucullata, magna, patentiſſima, in ungues baſi attenuata.
Nectarium foliolis quinque, cum petalis alternantibus, conniventibus in conum acutum, corolla paullo brevioribus, lanceolatis, rugoſis, ariſtatis duplici filamento.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, nectario longiora, ad quodlibet petalum 15-17. *Antheræ* incumbentes, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubovatum, ſemiinferum. *Stylus* filiformis erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Capſula* turbinata, unilocularis, apice trivalvis: *valvulis* ſemiovatis, acutis, patulis.
Sem. plurima, ovata, parva. *Receptacula* tria, linearia, capſulæ longitudinales.
Obs. *Affinitate* Mentzeliæ *accedit. Jacq.*

* 909. STERBECKIA. Singana *Aubl.* 230.

Cal. *Perianthium* tri-ſ. pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, acutis.

Cor. *Petala* tria ſ. quinque, ſubrotunda, crenata, unguiculata, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* longus, apice incurvus. *Stigma* capitatum, concavum.

Per. *Capſula?* cylindracea, longa, corticoſa, unilocularis, non dehiſcens.

Sem. plura, magna, angulata, ſibi incumbentia, in pulpa nidulantia.

† 910. LAGERSTROEMIA. — *Medicus Act. palat. 4. p. 253.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexfidum, campanulatum, acutiuſculum, læve, perſiſtens.

Cor. *Petala* ſex, ovata, obtuſa, criſpa, undulata, contorta: *unguibus* filiformibus, calyce longioribus, receptaculo inſertis.

Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, calyce longiora; horum *ſex* exteriora duplo craſſiora, petalis longiora. *Antheræ* ovales, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum majorum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ovata (*Thunb.*) ſtylo coronata, ſexlocularis. (*Medic.*)

Sem. plurima, (*Thunb. Medic.*) ſubrotunda, compreſſa, ſubulata. (*Gærtn. in litt.*)

† 911. THEA. † *Kæmpfer.* — *Lettſom monogr. Lond.* 1770.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, planum, inferum, perſiſtens: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, æqualibus.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, magna, quorum duo exteriora, paulloque minora. (*Lettſom.*)

Stam. *Filamenta* plurima, (ultra 200,) filiformia, corolla breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* cordatæ, dorſo affixæ. (*Lettſ.*)

Pist. *Germen* globoſo-trigonum. *Styli* tres, baſi coaliti, inferne erecti arcteque approximati & quaſi in unum conjuncti, ſupra ſtamina divergentes, apice ſubrecurvi; poſt antheſin ad baſin usque ſeparati, apice reflexi. (*Lettſ.*) *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* tricocca, trilocularis, apice trifariam dehiſcens.

Sem. ſolitaria, globoſa, introrſum angulata.

Obs. *Partes floris numero admodum variant; eſt enim interdum Cal. ſexpartitus. Cor. Petala tria, & plura, uſque ad novem: quorum ſex interiora majora, æqualia, tria exteriora paullo minora.* (*Linn. Lettſ.*) *Stamina ad* 280. (*Lettſ.*) — *In Thea japonica eſt Cal. Per. 5-phyllum: foliolis ovatis, obtuſis, concavis. Cor. Pet. ſex, ovata, obtuſiſſima, quorum tria inferiora minora. Germen ſubſquamoſum. Stylus filiformis, erectus, breviſſimus. Stigmata tria, filiformia, erecta, longitudine filamentorum. Thunb. jap.* 226. *S.*

*912. ALSTONIA. *Mutis. Linn. fil. ſuppl.* 39.

Cal. *Perianthium* imbricatum: *ſquamis* ovatis, concavis, obtuſiſſimis: internis ſenſim majoribus, quaſi calycem quadri-ſ. quinquepartitum formantibus.

Cor. monopetala, calyce brevior. *Tubus* brevis. *Limbus* patens, octo-ſ. decempartitus: *laciniis* æqualibus, duplici ſerie poſitis: *alternis* interioribus, obovatis, obtuſis, integerrimis.

Stam. *Filamenta* plurima, tubo inſerta, breviſſima, imbricata, glaberrima: *exteriora* longiora, linearia, apice attenuata. *Antheræ* orbiculatæ, ſulcatæ.

Pist. *Germen* ovatum, parvum, ſuperum. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ, filiformis, erectus. *Stigma* capitato-obovatum.

Per. . . .

Sem. . .

913. CISTUS. * *Tournef.* 136. — *Gærtn.* 76.
Helianthemum *Tourn.* 128. — *Gærtn.* 76.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, quorum *duo alterna* inferiora, minora.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, plana, patentia, maxima.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* planum, orbiculatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, calyce obtecta.

Sem. numeroſa, ſubrotunda, parva.

Obs. *Character eſſentialis conſiſtit in calycis foliolis duobus alternis minoribus.*

Helianthemum *T. capſula unilocculari, trivalvi diſtincta fuit.*
Ciſtus *Tournef. capſula quinque-vel decemlocculari gaudet.*

* 914. VALLEA. Auct. D. Mutis. *Linn. fil. suppl. 42.*

Cal. *Perianthium* tetra-f. pentaphyllum : *foliolis* ovato-lanceolatis, ſtriatis, coloratis, deciduis.

Cor. *Petala* quatuor f. quinque, obovata, trifida, calyce paullo majora.

Nectarium margo planiuſculus, ora undulatus, nitidus, coloratus.

Stam. *Filamenta* plura, (triginta ad quadraginta,) planiuſcula, colorata, incurva, ſerie ſimplici, intra nectarium receptaculo inſerta, brevia. *Antheræ* lineares, erectæ, apice biperforatæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* teretiuſculus, longitudine floris. *Stigma* quadri-f. quinquefidum, tenue.

Per. *Capſula* quadri-f. quinquangularis, bilocularis.

Sem. plura.

* 915. BONNETIA. Mahuria *Aubl.* 222.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum : *laciniis* concavis, acutis: duabus majoribus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, obtuſiuſcula, concava, calyce longiora, quorum tria minora, erecta; duo majora, declinata, hiantia.

Stam. *Filamenta* plurima, (170.) receptaculo inſerta, corolla breviora, apice dilatata. *Antheræ* oblongæ, tetragonæ.

Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* longitudine germinis, incurvus. *Stigma* trilobum.

Per. *Capſula* oblonga, trilocularis, trivalvis: *valvulis* acuminatis.

Sem. plurima, minima, oblonga, membrana colorata involuta, affixa *Receptaculo* triquetro.

916. PROCKIA. *Authore Cl. Brownio in literis ex America.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis. (raro duo foliola minima ad baſin.)

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſubquinquangulare. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiuſculum.

Per. *Bacca* quinquangularis.

Sem. plurima.

917. CORCHORUS. * *Tournef.* 135. — *Gærtn.* 64.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, acutis, erectis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtusa, inferne angustiora, erecta, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* oblongum, sulcatum. *Stylus* crassus, brevis. *Stigma* bifidum.

Per. *Capsula* oblonga, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. plurima, angulata, acuminata.

Obs. C. siliquosus *gaudet Siliqua lineari, compressa, bivalvi, biloculari.*

C. capsularis & hirsutus *capsulas subrotundas retusas profert.*

C. tridens & æstuans *stylos tres, bifidos habet.* R.

918. SEGUIERIA. *Læfl. it.* 191.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, patens: *foliolis* oblongis, concavis, coloratis, persistentibus.

Cor. nulla (*nisi calycem dicas.*)

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, patentia, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, planiusculæ.

Pist. *Germen* oblongum, compressum, superne membranaceum latere altero crassiore. *Stylus* brevissimus, ad latus crassius germinis. *Stigma* simplex.

Per. *Capsula* oblonga, ala maxima aucta; latere altero rectiore crassior, basi utrinque notata alulis tribus, unilocularis, non dehiscens.

Sem. unicum, oblongum, glabrum.

* 919. RITTERA. Possira *Aubl.* 355. *Swartz. prodr.* 81.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, rotundatis, concavis, deciduis.

Cor. *Petalum* unicum, latum, subrotundum, erectum, fimbriatum, laterale, *ungue* brevissimo.

Stam. *Filamenta* plura, corolla longiora, receptaculo inserta, quorum aliqua petalo opposita breviora, sterilia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* pedicellatum, oblongum, compressum, incurvum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.

Per. *Legumen* oblongum, ventricoſum, compreſſum, uniloculare, bivalve.
Sem. tria vel quatuor, compreſſa, angulata.
Obs. *Ab Aubletio ad Polygamiam Monœciam refertur.*

II. DIGYNIA.

920. PÆONIA. *Tournef.* 146. — *Gærtn.* 65.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, parvum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, reflexis, inæqualibus magnitudine & ſitu.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, baſi anguſtiora, patentia, maxima.
Stam. *Filamenta* numeroſa (trecenta circiter,) capillaria, brevia. *Antheræ* oblongæ, quadrangulæ, erectæ, quadriloculares, magnæ.
Pist. *Germina* duo, ovata, erecta, tomentoſa. *Styli* nulli. *Stigmata* compreſſa, oblonga, obtuſa, colorata.
Per. *Capſulæ* totidem, ovato-oblongæ, reflexo-patentes, tomentoſæ, uniloculares, univalves, longitudinaliter introrſum dehiſcentes.
Sem. plura, ovalia, nitida, colorata, ſuturæ dehiſcenti affixa.
Obs. Numerus germinis *naturaliſſimus videtur binarius, maxime tamen variat in ſpeciebus: ad quinarium numerum vix aſcendit.*

921. CURATELLA. * *Læſl. it.* 260.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, rotundatum: *foliolis* ſubrotundis, concavis: quinto interiore petalis ſimillimo.
Cor. *Petala* 3. ſ. 4, ſubrotunda, concav, calyci ſimillim.
Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* bipartitum, ſubrotundum. *Styli* duo, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.
Per. *Capſula* bilocularis, bipartita: lobis ſubrotundis, uniloculariibus.
Sem. bina, oblonga, nitida.

922. FOTHERGILLA. *Linn. fil. ſuppl.* 42.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, arctum, truncatum, breve, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, ſuperne craſſiora, longa. *Antheræ* minutæ, erectæ, quadrangulares.

Pist. *Germen* ovatum, bifidum. *Styli* duo, ſubulati, terminales, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* indurata, biloba, bilocularis: *lobis* bivalvibus.
Sem. ſolitaria, oſſea.

* 923. TRICHOCARPUS. Ablania *Aubl.* 234.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadri-ſ. quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima (60-70,) capillaria, calyce longiora, receptaculo inſerta. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum, villoſum. *Styli* duo, longi, apice bifidi. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovato-tetragona, ſetoſa: ſetis longis, rigidis, deciduis; unilocularis, quadrivalvis.
Sem. numeroſa, parva, *receptaculo* libero, ovato-oblongo, adfixa, membrana viſcoſa involuta.

* 924. LACIS. Mourera *Aublet.* 233.

Cal. nullus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima, (40.) capillaria, inferne utrinque alata, inſerta receptaculo ſpinis duodecim cincto. *Antheræ* oblongæ, baſi bifidæ, acutæ, incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum, angulato-ſtriatum. *Styli* duo, incurvi. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ovata, octoſtriata, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, minutiſſima, *receptaculo* libero ovato affixa.

III. TRIGYNIA.

* 925. HOMALIUM. *Jacq. amer.* 170. *Swartz. prodr.* 86. Racoubea *Aubl.* 236.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſex-ſ. ſeptemfidum: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis patentiſſimis.
Cor. *Petala* ſex ſ. ſeptem, ovata, plana, calyce paullo longiora, patentiſſima.
Nectarium: Glandulæ ſex ſ. ſeptem, planæ, cum petalis alternæ.
Stam. *Filamenta* plura (18-28,) ſubulata, erecta, longitudine corollæ, quorum tria vel quatuor ſimul inter glandulas ante baſin petalorum receptaculo inſeruntur. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſum, baſi calycis immerſum. *Styli* tres, erecti. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* lignoſa, ovata, unilocularis.
Sem. plurima, minima.

* 926. EURYANDRA. *Forſter. gen.* 41.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis concavis: duobus exterioribus minoribus.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, concava, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, apice valde dilatata. *Antheræ* didymæ, loculis disjunctis.
Pist. *Germina* tria, ovata. *Styli* tres, breviſſimi. *Stigmata* bina, leviter diviſa.
Per. *Folliculi* tres, ovati, divaricati, latere interiore longitudinaliter dehiſcentes.
Sem. aliquot.

927. DELPHINIUM. * *Tournef.* 241. — *Gærtn.* 65.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quinque, inæqualia, in orbem poſita: quorum
α. *ſupremum* antice reliquis obtuſius, poſtice extenſum in cornu tubulatum, rectum, longum; obtuſum.
β. γ. δ. ε. *reliqua* ovato-lanceolata, patentia, ſubæqualia.
Nectarium bifidum, antice intra orbem petalorum poſitum a parte ſuperiori, poſtice protenſum, tubo petali α. involutum.
Stam. *Filamenta* plurima (quindecim vel triginta,) ſubulata, baſi latiora, minima, verſus petalum α. inclinata. *Antheræ* erectæ, parvæ.
Pist. *Germina* tria vel unum, ovata, in *Stylos* longitudine ſtaminum deſinentia. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.
Per. *Capſulæ* totidem, ovato-ſubulatæ, rectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.
Sem. plurima, angulata.
Obs. *Species* 1, 2, *Piſtilla tria*, *Nectarium interius monophyllum habent.*
Nectarium *diphyllum diſpoſitum in formam eandem, qua reliquæ ſimplici nectario gaudentes ſuperbiunt, plurimæ obtinent ſpecies.*

928. ACONITUM. * *Tournef.* 239. 240. — *Gærtn.* 65.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, inæqualia, per paria oppoſita:

α. *ſupremum* galeato-tubulatum, inverſum, dorſo ſurſum ſpectans, obtuſum; apice ad baſin reflexo, acuminato, cui apici baſis annectens oppoſita eſt.

β. γ. *lateralia duo* lata, ſubrotunda, oppoſita, conniventia.

δ. ε. *infima duo* oblonga, deorſum ſpectantia.

Nectaria duo, ſub petalo α. recondita, fiſtuloſa, nutantia, ore obliquo, cauda recurva, pedunculis ſubulatis longis inſidentia.

Squamulæ ſex, breviſſimæ, coloratæ, in orbem cum nectariis.

Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, minima, baſi latiora, verſus petalum α. inclinata. *Antheræ* erectæ, parvæ.

Pist. *Germina* tria (quinque,) oblonga, deſinentia in *Stylos*, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

Per. *Capſulæ* totidem, ovato-ſubulatæ, rectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, angulata, rugoſa.

Obs. A. Anthora & variegatum *floribus pentagynis*, Cammarum & uncinatum *ſubpentagynis eſt.* R.

IV. TETRAGYNIA.

* 929. WINTERA. *Murr.* Drimys *Forſt. gen.* 42. *nov. act. upſ.* 3. *p.* 181.

Cal. *Perianthium* monophyllum, integrum, dehiſcens, inferum.

Cor. *Petala* ſex, ovata, patentia.

Stam. *Filamenta* numeroſa, cylindrica, apice craſſiora, brevia. *Antheræ* ovales, didymæ, loculis ſummo apice tantum cohærentibus, filamentorum apici adnatis.

Pist. *Germina* quatuor, obovata. *Styli* nulli. *Stigmata* plano-depreſſa.

Per. *Baccæ* quatuor, obovatæ, ſubpedicellatæ, tetraſpermæ.

Sem. quatuor, ovata, ſubtriquetra.

Obs. Drimys granadenſis *Linn. fil. habet petala duodecim, germina & baccas octo, ſingulas diſpermas.*

930. TETRA-

930. TETRACERA. † — *Gærtn.* 69.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, perſiſtentibus, patentibus: alternis exterioribus brevioribus.
Cor. nulla (*nobis viſa?*)
Stam. *Filamenta* numeroſa, ſimplicia, longitudine calycis, perſiſtentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* quatuor, ovata, dehiſcentia a ſe invicem. *Styli* ſubulati, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* quatuor, ovatæ, reflexæ, univalves, ſutura ſuperiori dehiſcentes, uniloculares.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, involuta.
Cal. quadrifidus. Cor. o. Arilli laciniato-multifidi. Gærtn. S.

931. CARYOCAR. *Auth. D. Allamand.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, coloratum: *laciniis* obtuſis, concavis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, ovalia, concava, magna.
Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Styli* quatuor (interdum pauciores.) *Stigmata* obtuſa.
Per. *Drupa* carnoſa, ſphærica, maxima.
Sem. *Nuces* 4. (1-4,) ovali-triquetræ, ſulcis reticulatæ, hinc ſutura angulatæ.

*932. RHIZOBOLUS. *Gærtn.* Pekea *Aubl.* 238.

Cal. *Perianthium* monophyllum, carnoſum, tomentoſum, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſubrotundis, concavis.
Cor. *Petala* quinque, ovata, rotundata, concava, carnoſa, infra diviſuras calycis inſerta, eoque multo majora.
Stam. *Filamenta* numeroſiſſima, filiformia, corolla longiora, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* tetragonum, in fundo calycis. *Styli* quatuor, filiformes, corolla longiores. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Drupæ* quatuor, reniformes, compreſſæ, margine interno cuneiformi receptaculo conico inſertæ, uniloculares, cortice carnoſo: carne molli, butyracea.
Sem. *Nuces* ſolitariæ, reniformes, putamine fragili, ſtimulis tecto. *Nuclei* ſolitarii, reniformes.

933. CIMICIFUGA. * *Amœn. acad.* 8. *p.* 196.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, caducis.

Cor. *Petala* quatuor, urceolata, margine affixa, vix calyce majora, caduca.

Nectarium petaliforme, infimum, cartilagineum, perſiſtens.

Stam. *Filamenta* viginti, filiformia. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germina* quatuor ad ſeptem. *Styli* recurvati. *Stigmata* ſtylo longitudinalia.

Per. *Capſulæ* quatuor, oblongæ, ſutura dorſali dehiſcentes.

Sem. plurima, obtecta ſquamis patentibus.

Obs. *Variat omnium maxime numero Calycis, Corollæ, Piſtillorum, ut neque ſexus conſtans ſit, nec proportio.*

V. PENTAGYNIA.

934. AQUILEGIA. * *Tournef.* 242.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolato-ovata, plana, patentia, æqualia.

Nectaria quinque, æqualia, cum petalis alterna: *ſingulum* corniculatum, ſuperne ſenſim latius, ore obliquo extrorſum adſcendente, introrſum receptaculo annexo; inferne productum in tubum longum, attenuatum, apice obtuſo.

Stam. *Filamenta* plurima (triginta ad quadraginta,) ſubulata: exteriora breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ, altitudine nectariorum.

Pist. *Germina* quinque, ovato-oblonga, deſinentia in *Styllos* ſubulatos, ſtaminibus longiores. *Stigmata* erecta, ſimplicia.

Paleæ decem, rugoſæ, breves, germina diſtingunt, involvunt.

Per. *Capſulæ* quinque, diſtinctæ, cylindraceæ, parallelæ, rectæ, acuminatæ, univalves, ab apicibus introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, ovata, carinata, ſuturæ dehiſcenti annexa.

935. NIGELLA. * *Tournef.* 134.

Cal. nullus. (*cave ne folia floralia in quibusdam pro perianthio ſumas.*)

Cor. *Petala* quinque, ovata, plana, obtuſa, patentia, baſi contractiora.

Nectaria octo, in orbem poſita, breviſſima: *ſingulum* bilabiatum: *Labio exteriore* majore, inferiore, bifido,

plano, convexo, punctis duobus notato. *L. interiore* breviore, anguſtiore, ex ovato in lineam deſinente.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, petalis breviora. *Antheræ* compreſſæ, obtuſæ, erectæ.

Pist. *Germina* nonnulla (quinque vel decem,) oblonga, convexa, compreſſa, erecta, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, angulatos, longiſſimos, ſed revolutos, perſiſtentes. *Stigmata* longitudinalia, adnata.

Per. *Capſulæ* totidem, oblongæ, compreſſæ, acuminatæ, ſutura introrſum connexæ, ſuperne introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, angulata, ſcabra.

Obs. N. orientalis *gerit Piſtilla* 10, *recta*, *corolla longiora*; *Semina membranaceo-marginata*.

N. hiſpanica *decem etiam habet piſtilla*, *corollam æquantia*. R.

936. REAUMURIA. *Haſſelquiſt.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, ſquarroſum: *foliolis* ſubulatis, acuminatis, perſiſtentibus, imbricatis minoribus.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, æqualia, ſeſſilia, calyce vix majora, apice recurva.

Nectaria 5, ad petalorum commiſſuras, ex lamina ſemilanceolata petalorum lateri inferiori adnata, oppoſita alteri margini ciliato.

Stam. *Filamenta* numeroſa, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, filiformes, recti, approximati, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ovata, quinquelocularis, quinquevalvis.

Sem. numeroſa, oblonga, undique lanata: lana erecta.

Obs. Nectaria *ſingularia*, *fere ut in Hydrophyllo*, *ſed lateralia petalorum*.

* 937. BRATHYS. *Auct. D. Mutis. Linn. fil. ſuppl.* 43.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, calyce duplo longiora.

Stam. *Filamenta* plura, ultra viginti, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Styli* quinque, patuli, filiformes. *Stigmata* capitata.

Per. *Capſula* ovata, quinquetoruloſa, unilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda.

VI. DECAGYNIA.

* 938. BRASENIA. *Schreb.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, recurvis, obtuſis, coloratis: tribus alternis interioribus, paullo longioribus anguſtioribusque.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octodecim ad viginti quinque, capillaria, erecta, receptaculo inſerta, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germina* quinque ad decem, oblonga, compreſſa, apice attenuata. *Styli* erecti, apice inflexi, pubeſcentes, ſtaminibus breviores. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* tot quot germina, oblongæ, compreſſæ, margine exteriore recto, interiore gibbo, acuminatæ, ſubcarnoſæ, uniloculares, evalves.
Sem. duo ſ. tria, ovalia, compreſſa.
Obs. *Calyx poſt antheſin erectus, viridus. Affinis Nectridi. — Pericarpium in utraque rectius forte Bacca appellaretur. Sæpe unicum tantummodo ſemen ad muritatem pervenit.*

VII. POLYGYNIA.

939. DILLENIA. †

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, coriaceis, magnis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, ſubcoriacea, magna.
Stam. *Filamenta* numeroſiſſima, globum mentientia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germina* viginti (circiter,) ovato-oblonga, acuminata, compreſſa, introrſum connexa. *Styli* nulli. *Stigmata* lanceolata, extrorſum plana, magna, perſiſtentia, ſimul ſtellam formantia.
Per. ſubrotundum, extus tectum totidem *Capſulis* oblongis, longitudinalibus, ſulco diviſis; introrſum *Receptaculo* columnari, maximo, pulpoſo.
Sem. numeroſa, minima, nidulantia ſub capſulis.

940. ILLICIUM. *Elliſ. Act. Angl.* 1770. *ex vivo.* — *Gærtn.* 69.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, deciduum: *foliolis* tribus

inſerioribus ovalibus; tribus ſuperioribus alternis anguſtioribus, petaloideis.

Cor. *Petala* 27, in triplicem ambitum digeſta: inferiora 9 obtuſa, concava; media 9 breviora, anguſtiora; intima 9 adhuc breviora, anguſtiora.

Stam. *Filamenta* plurima (30,) brevia, depreſſa. *Antheræ* erectæ, oblongæ, obtuſæ, emarginatæ.

Pist. *Germina* plurima (20,) in orbem digeſta, deſinentia in *Stylos* breviſſimos, patulos. *Stigmata* ad latus ſummum ſtyli, oblonga.

Per. *Capſulæ* plures, ovatæ, compreſſæ, duræ, in orbem patulæ, bivalves.

Sem. ſolitaria, ovata, compreſſiuſcula, nitida.

941. LIRIODENDRUM. * Tulipifera *Catesb.* 48.

Cal. *Involucrum* proprium diphyllum: *foliolis* triangulis, planis, deciduis.

Perianthium triphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, patentibus, petaliformibus, deciduis.

Cor. hexapetala, campanulata: *Petalis* ſpathulatis, obtuſis, baſi canaliculatis: exterioribus tribus deciduis.

Stam. *Filamenta* numeroſa, corolla breviora, linearia, receptaculo fructificationis inſerta. *Antheræ* lineares, filamenti lateribus longitudinaliter adnatæ.

Pist. *Germina* numeroſa, in conum digeſta. *Stylus* nullus. *Stigma* ſingulis globoſum.

Per. nullum. *Semina* imbricata in corpus ſtrobili figura.

Sem. numeroſa, in ſquamam lanceolatam deſinentia, juxta baſin ſquamæ a latere interiore angulum acutum emittentia, baſi compreſſa, acuta.

942. MAGNOLIA. * *Plum.* 7. *Dill. elth.* 168. — *Gærtn.* 70.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, petaliformibus, deciduis.

Cor. *Petala* novem, oblonga, concava, obtuſa, baſi anguſtiora.

Stam. *Filamenta* numeroſa, brevia, acuminata, compreſſa, receptaculo communi piſtillorum infra germina inſerta. *Antheræ* lineares, margini filamentorum utrinque adnatæ.

Pist. *Germina* numeroſa, ovato-oblonga, biloculatia, recep-

taculum clavatum tegentia. *Styli* recurvi, contorti, breviſſimi. *Stigmata* longitudinalia ſtyli, villoſa.

Per. *Strobilus* ovatus, tectus *Capſulis* compreſſis, ſubrotundis, vix imbricatis, confertis, acutis, unilocularibus, bivalvibus, ſeſſilibus, extrorſum dehiſcentibus, perſiſtentibus.

Sem. bina ſ. ſolitaria, ſubrotunda, baccata, filo pendentia ex ſinu ſingulæ ſquamæ ſtrobili.

943. MICHELIA. †

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* petaliformibus, oblongis, concavis, deciduis.

Cor. *Petala* quindecim, lanceolata; exterioribus majoribus.

Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* erectæ, acutæ.

Pist. *Germina* numeroſa, in ſpicam oblongam imbricata. *Styli* nulli. *Stigmata* reflexa, obtuſa.

Per. *Baccæ* totidem, globoſæ, uniloculares, in racemum diſperſæ.

Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata.

944. UVARIA. †

Cal. *Perianthium* triphyllum, planum: *foliolis* ovatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, ſeſſilia, patentia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* numeroſæ, truncatæ, oblongæ, tegentes germen cui inſident.

Pist. *Germen* ovatum, tectum antheris. *Styli* numeroſi, longitudine antherarum, capitulum terminantes. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Baccæ* numeroſæ, diſtinctæ, globoſæ, pedunculatæ; *Receptaculo* oblongo affixæ.

Sem. plurima.

945. ANNONA. † Guanabanus *Plum.* 10.

Cal. *Perianthium* triphyllum, parvum: *foliolis* cordatis, concavis, acuminatis.

Cor. *Petala* ſex, cordata, ſeſſilia: tria alterna interiora minora.

Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* numeroſiſſimæ, receptaculo inſidentes.

Pist. *Germen* receptaculo ſubrotundo inſidens, ſubrotundum. *Styli* nulli. *Stigmata* obtuſa, numeroſa, totum germen obſidentia.

Per. *Bacca* maxima, ſubrotunda, cortice ſquamato veſtita, unilocularis.

Sem. plurima, dura, ovato-oblonga, in orbem poſita, nidulantia.

† 946. XYLOPIA. † *Aubl.* 601. *Gærtn.* 69. Xylopicrum. *Brown.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis acutiuſculis, deciduis.

Cor. *Petala* ſex, ſeſſilia, lineari-lanceolata, coriacea: *exteriora* tria majora, craſſiora.

Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* numeroſæ, oblongæ, ad baſin germinum receptaculo adfixæ.

Pist. *Germina* plura, (2-15,) minima, receptaculo trigono adfixa. *Styli* nulli. *Stigmata* longa, tenuiſſima.

Per. *Capſulæ* plures, (2-15,) pedicellatæ, tetragonæ, compreſſæ, coriaceæ, uni-ſ. bi-loculares, bivalves.

Sem. ſolitaria vel bina, ſubrotunda, glabra, *arillo* hemiſphærico ſucculento excepta.

* 947. UNONA. *Linn. fil. ſuppl.* 44.

Cal. *Perianthium* triphyllum, minimum, acutum, appreſſum.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, ſeſſilia, baſi extus gibba, intus ſimul excavata in urceolum.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* numeroſiſſimæ, oblongæ, in globum intra urceolum corollæ congeſtæ.

Pist. *Germina* plura, ſeſſilia. *Styli* ſubdeni, ſetacei, approximati, antheris fere longiores. *Stigma*. . .

Per. *Baccæ* plures, pedicellatæ, umbellatim divergentes, ovatæ, gibbæ.

Sem. duo, ovata, glaberrima, baſi mutilata: altero ſupra alterum.

Obs. *Xylopiæ valde adfinis. L.*

948. ANEMONE. * *Tournef.* 147. — *Gærtn.* 74. Anemonoides *Dill. gen.* 4. 4. *Vaill. A.* G. 1719. Anemone-Ranunculus *Dill. gen.* 4. Hepatica *Dill. gen.* 5. Pulſatilla *Tournef.* 148.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* duorum triumve ordinum, in ſingula ſerie tria, oblongiuſcula.

Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* didymæ, erectæ.
Pist. *Germina* numerosa, in capitulum collecta. *Styli* acuminati. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Receptaculum* globosum sive oblongum, excavato-punctatum.
Sem. plurima, acuminata, stylum retinentia.
Obs. Hepatica D. *Perianthio triphyllo, sed a flore remoto; involucro.*
Pulsatilla T. *involucro foliaceo multifido seminibus caudatis pilosis.*
Anemonoides D. & Hepatica D. *seminibus nudis, nec cauda plumosa.*

949. ATRAGENE. — *Gærtn.* 74.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovalibus, patentibus, obtusis, deciduis.
Cor. *Petala* duodecim, linearia, basi angustissima, obtusa, patula.
Stam. *Filamenta* plurima, brevissima. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, calyce breviores.
Pist. *Germina* plurima, oblonga. *Styli* villosi. *Stigmata* simplicia, longitudine antherarum.
Per. nullum.
Sem. plurima, desinentia in caudam pilosam.
Obs. *In* A. capensi *petala circiter viginti sunt.* R.

950. CLEMATIS. * *Dill. elth.* 73. — *Gærtn.* 74. Clematitis *Tournef.* 150. Viticella *Dill. gen.* 14.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, laxa.
Stam. *Filamenta* plurima, subulata, corolla breviora. *Antheræ* lateri filamentorum adnatæ.
Pist. *Germina* plurima, subrotunda, compressa, desinentia in *Stylos* subulatos, staminibus longiores. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Receptaculum* capitatum, parvum.
Sem. plurima, subrotunda, compressa, stylo (figura varia) instructa.
Obs. Clematitis T. *Petala lanceolata. Semina seta villosa longissima.*
Flammula *Pistilla octo. Semina orbiculata pluma longissima.*

Viticella *Petala deltoidea. Semina acumine adunco nudo; erecta petalis quinque.*

Virginiana & dioica *sunt dioicæ ambæ.*

951. THALICTRUM. * *Tournef.* 270. — *Gærtn.* 74.

Cal. nullus (*nisi corollam velis.*)

Cor. *Petala* quatuor, subrotunda, obtusa, concava, caduca.

Stam. *Filamenta* plurima, superne latiora, compressa, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Styli* plurimi, brevissimi. *Germina* plura, pedicellata sæpius, subrotunda. *Styli* nulli. *Stigmata* crassiuscula.

Per. nullum.

Sem. plura, sulcata, ovata, ecaudata.

Obs. T. tuberosum & cornutum *corolla est pentapetala.*

T. dioicum *sexu distinctum est.*

T. aquilegifolium & contortum *Seminibus pedicellatis pendulis triquetro-alatis.*

Numerus *staminum & Pistillorum in diversis diversus est.*

952. ADONIS. * *Dill. gen.* 4. — *Gærtn.* 74.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* obtusis, concavis, coloratiusculis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque ad quindecim, oblonga, obtusa, nitida.

Stam. *Filamenta* plurima, brevissima, subulata. *Antheræ* oblongæ, inflexæ.

Pist. *Germina* numerosa, in capitulum collecta. *Styli* nulli. *Stigmata* acuta, reflexa.

Per. nullum. *Receptaculum* oblongum, spicatum.

Sem. numerosa, irregularia, angulata, basi gibba, apice reflexa, prominula, mutica.

953. RANUNCULUS. * *Tournef.* 149. a. c. *Gærtn.* 74. Ficaria *Dill. gen.* 5. Ranunculoïdes *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, coloratiusculis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, obtusa, nitida: *unguibus* parvis. *Nectarium* fovea in singulo petalo supra unguem.

Stam. *Filamenta* plurima, corolla dimidio breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ, obtusæ, didymæ.

Pist. *Germina* numerosa, in capitulum collecta. *Styli* nulli. *Stigmata* reflexa, minima.

Per. nullum. *Receptaculum* pedunculis minutiſſimis ſemina adnectens.

Sem. plurima, irregularia, figura incerta, nuda, apice reflexo.

Obs. Eſſentia *conſiſtit in Nectario. Syſtem. Natur. Reliquæ inconſtantes ſemper ſunt partes fructificationis, hinc nectario incognito, tanta confuſio generis.*

Nectarium *hoc in aliis* porus *nudus, in aliis margine cylindraceo cinctus, in aliis ſquamula emarginata clauſus.*

Ficaria. *Calyx triphyllus, petala plura.*

Aliis *Semina ſubrotunda; aliis depreſſa; echinata, pauciora.*

hederaceus *ſtamina modo quinque.*

falcatus *Semina cauda enſiformi & Calyx baſi appendiculatus.*

ſceleratus. *Receptaculum ſubulatum & fructus ſpicatus.*

954. TROLLIUS. *

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quatuordecim circiter, ſubovata, decidua, in ſeriebus exterioribus tribus terna; in intima ſerie quina.

Nectaria novem, linearia, plana, incurva, baſi introrſum perforata.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, corolla breviora. *Antheræ* erectæ.

Pist. *Germina* numeroſa, ſeſſilia, columnaria. *Styli* nulli. *Stigmata* mucronata, ſtaminibus breviora.

Per. *Capſulæ* numeroſæ, in capitulum collectæ, ovatæ, acumine recurvo.

Sem. ſolitaria.

955. ISOPYRUM. * — *Gærtn.* 65.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, æqualia, patentia, decidua.

Nectaria quinque, æqualia, tubulata, breviſſima, ore triloba: *lobo* exteriore majore; receptaculo intra petala inſerta.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germina* plurima, ovata. *Styli* ſimplices, longitudine germinis. *Stigmata* obtuſa, longitudine ſtaminum.

Per. *Capſulæ* plures, lunulatæ, recurvæ, uniloculares.

Sem. plurima.

Obs. Helleboris *maxime affine, ſed habitu diverſiſſimum.* I. thalictroides *germina* 2, 3. R.

956. HELLEBORUS. * *Tournef.* 144. — *Gærtn.* 65.

Cal. nullus (nisi corollam in quibusdam persistentem pro calyce habeas.)

Cor. *Petala* quinque, subrotunda, obtusa, magna.

Nectaria plura, brevissima, in orbem posita, monophylla, tubulata, inferne angustiora: *ore* bilabiato, erecto, emarginato: interiore breviore.

Stam. *Filamenta* numerosa, subulata. *Antheræ* compressæ, inferne angustiores, erectæ.

Pist. *Germina* subsena, compressa. *Styli* subulati. *Stigmata* crassiuscula.

Per. *Capsulæ* compressæ, bicarinatæ: *carina inferiore* breviore: *superiore* convexa, dehiscente.

Sem. plura, rotunda, suturæ affixa.

H. hyemalis *petala dimittit*, *reliquæ petala retinent viridia facta.*

957. CALTHA. * Populago *Tournef.* 145.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, ovata, plana, patentia, decidua, magna.

Stam. *Filamenta* numerosa, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* compressæ, obtusæ, erectæ.

Pist. *Germina* quinque ad decem, oblonga, compressa, erecta. *Styli* nulli. *Stigmata* simplicia.

Per. *Capsulæ* totidem, breves, acuminatæ, patentes, bicarinatæ, sutura superiore dehiscentes.

Sem. plurima, subrotunda, aucta, suturæ superiori affixa.

958. HYDRASTIS. *Elliſii a nobiliſſ. virgine americ.* Warneria *Miller. ic.* 190. *t.* 285.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* tria, ovata, regularia.

Stam. *Filamenta* numerosa, linearia, compressa, corolla paullo breviora. *Antheræ* compressæ, obtusæ.

Pist. *Germina* numerosa, ovata, in capitulum ovatum. *Styli* brevissimi. *Stigmata* latiuscula, compressa.

Per. *Bacca* composita acinis oblongis.

Sem. solitaria, oblonga.

CAROLI A LINNÉ

ORDIN. REG. STELLÆ POLARIS EQUITIS,
ARCHIATRI REGIS SUEC. MEDIC. ET BOTAN.
IN ACAD. REG. UPS. PROFESSOR. REL.

GENERA PLANTARUM

EORUMQUE

CHARACTERES NATURALES

SECUNDUM
NUMERUM, FIGURAM, SITUM
ET PROPORTIONEM
OMNIUM FRUCTIFICATIONIS PARTIUM.

EDITIO OCTAVA

POST REICHARDIANAM SECUNDA
PRIORIBUS LONGE AUCTIOR ATQUE EMENDATIOR
CURANTE

D. JO. CHRISTIANO DAN. SCHREBER
SEREN. MARG. BRAND. ONOLD. ET CULMB. CONS. AUL. MED. BOT.
HIST. NAT. ET OECON. PROF. P. O. IN ACAD. ERLANGENSI ACAD.
IMP. NAT. CUR. ADJ. ACAD. R. SCIENT. HOLM. ET SOC. R. BOHEM.
AGRIC. PARIS. BOT. FLORENT. PHYS. LUND. ET BEROL. OEC.
FLORENT. LIPS. PATAV. UDIN. SODAL.

VOLUMEN II.

FRANCOFURTI AD MOENUM
SUMTU VARRENTRAPPII ET WENNERI
1791.

PRAEFATIO.

Pauca habeo, quæ de altero hoc *Generum plantarum* volumine dicenda mihi videantur; et potueram illud absque præfatione emittere, niſi mearum partium eſſe judicarem, *OLAVO SWARZIO*, M. D. et Muſ. R. Suec. Præfecto digniſſimo, viro celeberrimo mihique amiciſſimo, gratias agere maximas pro ſingulari favore, quo generum, in India occidentali a ſe detectorum, characteres mecum communicare voluit; quos, ſingulare meæ editionis ornamentum, partim ſuis locis inſerui, partim appendici. Quod dum grata mente commemoro, prædicanda quoque eſt celeberrimi *RETZII*, Profeſſoris Lundenſis optime meriti, erga me benevolentia. Is, quum a *VAHLIO*,

apud Hafnienſes Profeſſore clariſſimo, Londino reduce, accepiſſet, Schreberam ſchinoiden Linn. nihil aliud eſſe, quam Cuſcutam, Myricæ cuidam innatam, novum genus, inter plantas ſiccas, e promontorio bonæ ſpei adlatas, repertum, meo nomine appellare voluit, cujus character, prout eum per literas mecum communicavit, eſt ſequens:

CAL *Perianthium* monophyllum, inferum, perſiſtens, planiuſculum, quinquefidum: *laciniis* brevibus, latis, rotundatis.

COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, (alba,) patentia, a baſi ad medium (fuſco-) tomentoſa.
Nectarium orbiculatum, margine elevato, rugoſo germen cingens, perſiſtens.

STAM. *Filamenta* quinque, brevia, ex ipſo nectarii margine prodeuntia, poſt antheſin inter petala ſub calyce reflexa. *Antheræ* quaſi ex corporibus binis cylindricis, filamenti apici dilatato impoſitis, conflatæ, quæ ſingula fiſſura transverſali aperiuntur et pollen emittunt.

PIST. *Germen* nectario immerſum, in ſtylum conicum, brevem deſinens. *Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ſicca, ovali oblonga, acuminata, calyce et nectario fulta.

SEM. *Nux* nucleo ſemibiloculari.

Characterem eſſentialem novi generis ponit vir celeb. in *Drupa* nuce ſemi biloculari, et *Staminibus* e necta-

rii perſiſtentis margine prodeuntibus. De Schrebera illa ſchinoïde L. commemorandum eſt, ill. de *Juſſieu* in ramo ejus ſiccato fructum paullo aliter, quam a b. Linneo deſcriptus fuit, obſervaſſe; ita ſcilicet, ut *Drupa* olivæformis, tenuis, exſiccatione fragilis, nucleo unico (an alterius abortu?) prædita, ſit dicendus; unde vir clariſſ Hartogiam Thunbergii ſolo numero quaternario partium floris, et nuce diſperma diverſam, illi congenerem eſſe concludit. Vid. Ejus *Genera plantarum p. 379.*

Potioribus libris, quibus in hac editione paranda uſus ſum, dum alterum volumen recognoſcerem, acceſſerunt: *Ant. Joſ. Cavanilles diſſ. 6 -- 8. Pariſ. 1788. 1789. et diſſ. 9.* 10. *Madriti 1790. 4.* cum ſequenti titulo totius operis: *Monadelphiæ claſſis diſſertationes decem, auctore Antonio Joſepho Cavanilles, presbytero Valentino. Matriti 1790.* cum tab. æn. 296. *Car. Lud. L'Héritier Sertum anglicum, ſeu plantæ rariores, quæ in hortis juxta Londinum, inprimis in horto regio Kewenſi excoluntur, ab anno 1786. ad an. 1787. obſervatæ. Pariſ. 1788.* Fol. max. cum

tab. æn. plurimis nitidiſſimis. *Chriſt. Schkuhr botaniſches Handbuch, Wittenb. 1788. et ſeqq. faſc. 1 - 8.* utilis accurati obſervatoris liber. *Thomæ Walter Flora Caroliniana, Lond. 1788. 8.* cura et ſumtibus cel. *Jo. Fraſer* M. D. edita. Hortus Kewenſis, or *a Catalogue of the Plants, cultivated in the Royal Botanic Garden at Kew, by William Aiton. Vol. I-- III. Lond. 1789. 8. Ant. Lud. de Juſſieu Genera plantarum, ſecundum ordines naturales diſpoſita. Pariſ. 1789. 8.* quem tamen librum, ſerius ad me perlatum, in paucis tantum generibus conſulere potui. *Jacobi Edv. Smith, M. D. Plantarum icones hactenus ineditæ, plerumque ad plantas in herbario Linnæano conſervatas delineatæ. Faſc. I. Lond. 1789. Faſc. II. Lond. 1790.* fol. maj. quorum ſinguli plantas quinque et viginti, nitide delineatas ærique inſculptas, et amplis accuratisque deſcriptionibus illuſtratas, continent; qui liber, ſive plantarum raritatem, ſive nominum veritatem, ſive tabularum venuſtatem ſpectes, primariis in re herbaria utique eſt adnumerandus. *Joſ. Gærtner Seminum Cent. 6 et 7. 1791.* cujus dum mentionem facio, non poſſum quin gratias celeberrimo

Auctori agam debitas, qui magnam tabularum partem, antequam publici fierent juris, mecum benevole communicavit. --- Plura genera ſecundum obſervationes, a me ipſo in plantis factas, vel caſtigavi, vel nova addidi.

Vix eſt, quod veniam expetam rigori, quo e claſſe vigeſima genera, in quibus ſtamina piſtillo non adhærent, et ad claſſes quibus adnumerari debuerant, amandavi. Quum enim illius characterem eſſentialem non præ ſe ferant; nullam vidi rationem, cur in iſta diutius tolerarentur. Vltima quoque claſſis, Cryptogamiæ nomine notiſſima, facie penitus mutata prodit; quod quidem nemo huic editioni vitio vertet, qui, quantum inde ab aliquibus annis in ea illuſtranda et reformanda a multis collocatum ſit ſtudii, non ignorat. In hac celeb. *Hedwigii* libris, quos ſuis locis laudavi, præter meas obſervationes uſus ſum.

Ad calcem libri nova addidi genera, quæ ſerius quam ut ſuo quodque loco potuiſſet inſeri, mihi innotuerunt. Horum agmen claudit emendandorum

quorumdam ſyllabus; ſphalmata vero, quæ operarum vel tarditas vel incuria fudit, indicem quo minus adderem, penuria temporis impedivit. Scr. Erlangæ menſe Aprili cIↃIↃccxci.

Classis XIV.

DIDYNAMIA

DIDYNAMIA. * *Labiati & Personati* Tournef. *Monopetali irregulares* Riv.

Calyx. *Perianthium* monophyllum, erectum, tubulatum, quinquefidum, segmentis inæquaiibus, persistens.

Corolla monopetala, erecta, cujus *basis* tubulata mel continet, & nectarii vices subit.

Limbus communiter ringens: *Labio superiori* recto; *L. inferiori* patente, trifido: *medio* latiore.

Stamina. *Filamenta* quatuor, linearia, corollæ tubo inserta, versus dorsum ejus inclinata, quorum *duo* intermedia & proxima breviora: omnia parallela, longitudinem corollæ raro superantia. *Antheræ* a labio superiore corollæ sæpius tectæ & per paria conniventes.

Pistillum. *Germen* sæpius superum. *Stylus* unicus, filiformis, eodem modo quo filamenta inflexus, inter ea sæpius positus, eaque longitudine parum superans, summitate leviter incurvatus. *Stigma* communiter bifidum.

Pericarpium. *vel* nullum, (*Gymnosperma*); vel præsens (*Angiosperma*), sæpius biloculare.

Semina. *vel* (si Pericarpium nullum) quatuor, in sinu calycis tanquam capsula recondita; *vel* (si pericarpium aliquod) plura, affixa receptaculo in medio pericarpii posito.

Obs. *Flores hujus familiæ maximam partem erecti fere, sed parum a caule ad angulum acutum inclinati, quo corolla facilius tegat antheras, nec a pluvia combibatur, sed polen cadat super stigma.*

Essentialis Character consistit in staminibus quatuor, quorum duo *proxima breviora, conniventia, cum Pistilli stylo unico, intrà corollam inæqualem recepta.*

DIDYNAMIA

I. GYMNOSPERMIA.

959. *Ajuga.*
960. *Teucrium.*
961. *Satureja.*
962. *Thymbra.*
963. *Hyſſopus.*
964. *Nepeta.*
965. *Lavandula.*
966. *Sideritis.*
967. *Mentha.*
968. *Perilla.*
969. *Hyptis.*
970. *Glechoma.*
971. *Lamium.*
972. *Galeopſis.*
973. *Betonica.*
974. *Stachys.*
975. *Ballota.*
976. *Marrubium.*
977. *Leonurus.*
978. *Phlomis.*
979. *Moluccella.*
980. *Clinopodium.*
981. *Origanum.*
982. *Thymus.*
983. *Meliſſa.*
984. *Dracocephalum.*
985. *Melittis.*
986. *Ocymum.*
987. *Plectranthus.*
988. *Trichoſtema.*
989. *Scutellaria.*
990. *Prunella.*
991. *Cleonia.*
992. *Praſium.*
993. *Lippia.*
994. *Phryma.*
995. *Selago.*

II. ANGIOSPERMIA.

996. *Bartſia.*
997. *Rhinanthus.*
998. *Euphraſia.*
999. *Melampyrum.*
1000. *Lathræa.*
1001. *Schwalbea.*
1002. *Tozzia.*
1003. *Pedicularis.*
1004. *Gerardia.*
1005. *Chelone.*
1006. *Geſnera.*
1007. *Antirrhinum.*
1008. *Cymbaria.*
1009. *Tourretia.*
1010. *Martynia.*
1011. *Torenia.*
1012. *Besleria.*
1013. *Brunfelſia.*
1014. *Scrophularia.*
1015. *Celſia.*

1016. *Hemimeris.*
1017. *Digitalis.*
1018. *Bignonia.*
1019. *Citharexylon.*
1020. *Halleria.*
1021. *Crescentia.*
1022. *Tanaecium.*
1023. *Gmelina.*
1024. *Petrea.*
1025. *Premna.*
1026. *Lantana.*
1027. *Spielmannia.*
1028. *Cornutia.*
1029. *Loeselia.*
1030. *Capraria.*
1031. *Lindernia.*
1032. *Manulea.*
1033. *Hebenstreitia.*
1034. *Erinus.*
1035. *Büchnera.*
1036. *Browallia.*
1037. *Linnæa.*
1038. *Sibthorpia.*
1039. *Limosella.*
1040. *Vandellia.*
1041. *Russelia.*
1042. *Conopea.*
1043. *Stemodia.*
1044. *Obolaria.*
1045. *Orobanche.*
1046. *Hyobanche.*
1047. *Dodartia.*
1048. *Sesamum.*
1049. *Mimulus.*
1050. *Ruellia.*
1051. *Barleria.*
1052. *Duranta.*
1053. *Myoporum.*
1054. *Ovieda.*
1055. *Millingtonia.*
1056. *Volkameria.*
1057. *Clerodendrum.*
1058. *Thunbergia.*
1059. *Castilleja.*
1060. *Vitex.*
1061. *Amasonia.*
1062. *Bontia.*
1063. *Avicennia.*
1064. *Columnea.*
1065. *Acanthus.*
1066. *Alectra.*
1067. *Pedalium.*
1068. *Melianthus.*

I. GYMNOSPERMIA.

959. AJUGA. * Bugula *Tournef.* 98. Chamæpitys *Tournef.* 98.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breve, ſemiquinquefidum, ſubæquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, incurvus. *Labium ſuperius* minimum, erectum, bifidum, obtuſum. *L. inferius* magnum, patens, trifidum, obtuſum: *lacinia media* maxima, obcordata: *lateralibus* parvis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, labio ſuperiore longiora, quorum *duo* breviora. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuia, quorum *inferius* brevius eſt.

Per. nullum. *Calyx* connivens, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, oblongiuſcula.

960. TEUCRIUM. * *Tournef.* 93. Polium *Tournef.* 98. Chamædrys *Tournef.* 97.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, acutum, ſubæquale, baſi hinc gibbum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, brevis, in faucem incurvatam deſinens. *Labium ſuperius* erectum, acutum, ultra baſin profunde bipartitum: laciniis ad latera diſtantibus. *Lab. inferius* patens, trifidum: *laciniis lateralibus* figura labii ſuperioris, erectiuſculis: *media* maxima, ſubrotundata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, labio ſuperiori corollæ longiora, interque ejus diviſuram adſcendentia, prominentia. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & magnitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuia.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo ſemina fovens.

Sem. quatuor, ſubrotunda.

Obs. *Corollæ Labium ſuperius, ultra baſin diviſum & debiſcens, refert corollam labio ſuperiore deſtitutam.*

Teucrium *T. Calyx campanulatus, corollæ labii inferioris lacinia concava.*

Polium *T. Flores in capitula congeſti, ramos terminantia.*

Chamædrys *T. Flores ex foliorum alis, Calyx tubulatus.*

Marum *Boerh. Folia ſerpylli, Odor acer.*

Scordii *T. Raj. Odor Allii.*
Iva. *Dill. Calyx inferne admodum gibbus.*

961. SATUREJA. * *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſtriatum, erectum, perſiſtens: *ore* quinquedentato, ſubæquali, erecto.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce brevior. *Faux* ſimplex. *Labium ſuperius* erectum, obtuſum, acute emarginatum, longitudine labii inferioris. *Lab. inferius* tripartitum, patens: *laciniis* obtuſis, æqualibus; media paulo majori.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, diſtantia, longitudine vix labii ſuperioris, quorum *duo* inferiora paulo breviora. *Antheræ* conniventes.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* ſetaceus, longitudine corollæ. *Stigmata* duo, ſetacea.
Per. nullum. *Calyx* connivens, in fundo ſemina fovens.
Sem. quatuor, ſubrotunda.

962. THYMBRA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubcylindricum, lateribus carinatum, ore bilabiatum: *Labio ſuperiore* latiore, ſemitrifido, æquali, connivente: *L. inferiore* anguſtiore bipartito.
Cor. ringens. *Tubus* ſubcylindricus. *Labium ſuperius* planum, rectum, ſemibifidum, obtuſum; *Lab. inferius* trifidum, ſubæquale, planum.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, per paria approximata: quorum duo inferiora breviora. *Antheræ* bilobæ: lobis remotis, ſub labio ſuperiore corollæ.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus. *Stigmata* duo, acuta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. quatuor.

963. HYSSOPUS. * *Tournef. 95.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, oblongum, ſtriatum, acute quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, tenuis, longitudine calycis. *Faux* inclinata. *Labium ſuperius* rectum, planum, breve, ſubrotundum, emarginatum. *L. inferius* trifidum: *laciniis lateralibus* brevioribus, obtuſis: *intermedia* crenata, obcordata, acuta, lobis diſtantibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, corolla longiora, diſtan-

tia, quorum ſuperiora duo breviora; duo vero longiora labio inferiori propiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſub labio ſuperiori, ejusque longitudine. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* ſemina in ſinu continens.

Sem. quatuor, ſubovata.

964. NEPETA. * Cataria *Tournef.* 95.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum: *ore* quinquedentato, acuto, erecto: *denticulis ſuperioribus* longioribus; *inferioribus* magis patulis.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, incurvus. *Limbus* dehiſcens. *Faux* patens, cordata, in lacinias duas reflexas, obtuſas, breviſſimas terminata. *Labium ſuperius* erectum, ſubrotundum, emarginatum; *Lab. inferius* ſubrotundum, concavum, majus, integrum, crenulatum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori poſita, approximata, quorum *duo* breviora. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* rectus, ſemina in ſinu continens.

Sem. quatuor, ſubovata.

Obs. *Si lacinias faucis labio inferiori annumeres, erit labium inferius tripartitum.*

965. LAVANDULA. * *Tournef.* 93. — *Gærtn.* 66. Stœchas *Tournef.* 95.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum: *ore* obſcure dentatum, breve, perſiſtens, bractea ſuffultum.

Cor. monopetala, ringens, reſupinata. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* patens. *Labium alterum* ſuperiora ſpectans majus, biſidum, patens. *L. alterum* inferiora reſpiciens trifidum: *laciniis* omnibus ſubrotundis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, brevia, intra tubum corollæ, deflexa, quorum duo breviora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* bilobum; obtuſum, connivens.

Per. nullum. *Calyx* ore connivens, ſemina fovens.

Sem. quatuor, obovata.

Obs. Lavandulæ T. *Flores in ſpicam ſimplicem digeſti.*

Stœchas T. *Flores in ſpicum, ſeriebus variis ordinatam, coma ſuperbientem congeſti.*

966. SIDERITIS. * *Tournef.* 90.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum, ſubſemiquinquefidum: *laciniis* acutis, ſubæqualibus.

Cor. monopetala, ſubæqualis. *Tubus* cylindraceus, oblongus. *Faux* oblonga, teretiuſcula. *Labium ſuperius* erectum, bifidum, anguſtum; *Lab. inferius* trifidum: *laciniis lateralibus* acutioribus, labio ſuperiori fere minoribus: *media* ſubrotunda, crenata.

Stam. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ, fauce breviora; quorum *duo* minora. *Antheræ* ſubrotundæ: binæ didymæ.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus fere longior. *Stigmata* duo, quorum ſuperius cylindricum, concavum, truncatum; inferius membranaceum, brevius, vaginans ſuperius.

Per. nullum. *Calyx* in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor.

967. MENTHA. * *Tournef.* 89.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, quinquedentatum, æquale, perſiſtens.

Cor. monopetala. *Petalum* erectum, tubulatum, calyce paulo longius. *Limbus* quadripartitus, ſubæqualis: *lacinia* ſuperiori latiore, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, diſtantia, quorum *duo* proxima longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, erectus, corolla longior. *Stigma* bifidum, patens.

Per. nullum. *Calyx* erectus, in ſinu ſemina fovens.

Sem, quatuor, parva.

968. PERILLA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, ſemiquinquefidum: *laciniis* æqualibus: ſuprema breviſſima, perſiſtens.

Cor. monopetala, irregularis, quadrifida: *lacinia* ſuperiore emarginata; lateralibus patulis; infima longiore, obtuſa.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, diſtantia, corolla breviora. *Antheræ* bifidæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Styli* duo, filiformes, connexi, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Calyx* immutatus.

Sem. quatuor.

* 969. HYPTIS. *Jacq. coll.* 1. *p.* 101.

Cal. *Perianthium* turbinatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis, ſubæqualibus, erectis.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* infundibuliformis. *Faux* ampliata. *Limbus* patentiſſimus, reſupinatus. *Labium ſuperius* (ſitu inferius) trifidum: *laciniis* lateralibus ovatis, acutis; intermedia ſubrotunda, concava, obtuſa. *Labium inferius* (ſitu ſuperius) ſemibifidum: *laciniis* ſemiovatis, planis, acutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, quorum duo breviora. *Antheræ* didymæ, dependentes.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum ſ. ſimplex.

Per. nullum. *Calyx* ſemina fovens.

Sem. quatuor.

970. GLECHOMA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum, ſtriatum, minimum, perſiſtens: *ore* quinquefido, acuminato, inæquali.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* tenuis, compreſſus. *Labium ſuperius* erectum, obtuſum, ſemibifidum. *Lab. inferius* patens, majus, obtuſum, trifidum: *lacinia intermedia* majori, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum *duo* breviora. *Antherarum* ſingulum par connivens in formam crucis.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſub labio ſuperiori inclinatus. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata.

971. LAMIUM. *Tournef.* 85. Orvala. *Gen. pl. ed. VI. n.* 715. Papia *Mich.* 17.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſuperne patentius, quinquedentatum, ariſtatum, ſubæquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* dehiſcens. *Faux* inflata, compreſſa, gibba, margine utroque denticulo reflexo notata. *Labium ſuperius* fornicatum, ſubrotundum, obtuſum, integrum. *Lab. inferius* brevius, obcordatum, emarginatum, reflexum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori tecta, quorum *duo* longiora. *Antheræ* oblongæ, hirſutæ,

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis. longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* apertus, ſemina ſuperne plana in ſinu gerens.
Sem. quatuor, brevia, triquetra, hinc convexa, utrinque truncata.

972. GALEOPSIS. * Tetrahit *Dill. gen.* 3.4. Galeobdolon *Dill. gen.* 4.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, acuto-ariſtatum, deſinens in ariſtas longitudine ipſius tubi, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis. *Limbus* dehiſcens. *Faux* tubo paulo latior, calycis longitudine ſupra baſin labii inferioris utrinque denticulum acuminatum, ſubtus concavum exſerens. *Labium ſuperius* ſubrotundum, concavum, apice ſerratum. *Lab. inferius* trifidum: *laciniis lateralibus* ſubrotundis: *media* majore, emarginata, crenata.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, bifidæ.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* rigidus, rectus, in fundo ſemina continens.
Sem. quatuor, triquetra, truncata.
Obs. G. Ladanum *Corollæ labium ſuperius vix crenatum, apice ſubreflexo.*

973. BETONICA. * *Tournef.* 96.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindricum, quinquedentatum, ariſtatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* incurvus, cylindricus. *Labium ſuperius* ſubrotundum, integrum, planum, erectum. *Lab. inferius* trifidum: *lacinula media* latiore, ſubrotunda, emarginata.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine faucis, quorum *duo* breviora, ad labium ſuperius inclinata. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* figura, ſitu & magnitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Per. nullum. *Calyx* in ſinu ſemina fovens.
Sem. quatuor, ovata.

974. STACHYS. * *Tournef.* 86. Galeopſis *Tournef.* 86. Zietenia *Gled.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, angulatum, ſemiquinquefidum, acuminatum, perſiſtens: *denticulis* acuminatis, ſubulatis, ſubinæquale.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* breviſſimus. *Faux* oblonga, ad baſin deorſum gibba. *Labium ſuperius* erectum, ſubovatum, fornicatum, ſæpe emarginatum. *Lab. inferius* majus, lateribus reflexum, trifidum: *lacinula intermedia* maxima, emarginata, replicata.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum *duo* breviora, ſubulata, deflorata ad latera faucis recurvata. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. quatuor, ovata, angulata.

Obs. Galeopſis T. *Labium ſuperius fornicatum.*
Stachys T. *Labium ſuperius erectum.*
S. hirta *Corollæ labio ſuperiore divaricato.*
S. arvenſis *Corollæ labio ſuperiore integerrimo.*

975. BALLOTA. * Ballote *Tournef.* 85.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, hypocrateriforme, pentagonum, oblongum, decemſtriatum, erectum, perſiſtens, æquale: *ore* acuto, patulo, plicato, quinquedentato.
Involucrum verticillis ſubjectum foliolis linearibus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Labium ſuperius* erectum, ovatum, integrum, crenatum, concavum. *L. inferius* trifidum, obtuſum: *lacinula intermedia* majori, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum *duo* breviora, ſubulata, inclinata ad labium ſuperius, eoque breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis ſitu & figura ſtaminum. *Stigma* tenue, bifidum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, ſemina in ſinu fovens.

Sem. quatuor, ovata.

Obs. *Involucrum Clinopodii; Calyx Marrubii; Corolla Stachyos; Marrubii proxima.*

976. MARRUBIUM. * *Tournef.* 91. Pſeudodictamnus *Tournef.* 89.

Cal. *Perianthium* monophyllum, hypocrateriforme, rigidum, decemſtriatum: *ore* æquali, patulo, ſæpe decemdentato: *denticulis* alternis, minoribus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindricus. *Limbus* dehiſcens, *fauce* longa, tubulata, *Labium ſuperius* erectum, ctum, lineare, bifidum, acutum. *Lab. inferius* reflexum, latius, ſemitrifidum: *lacinia media* latiori, emarginata; *lateralibus* acutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, corolla breviora, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* collo coarctatus, ore expanſus, ſemina includens.

Sem. quatuor, oblongiuſcula.

Obs. Marrubii T. *Labium ſuperius corollæ erectum eſt.*
Pſeudodictamni T. *Labium ſuperius corollæ fornicatum.*
Species *quædam Dentibus calycinis quinque.*
M. criſpum *labio ſuperiore integro.*
hiſpanicum *corollæ labio ſuperiore* 3-*ſ.* 4-*fido.*

977. LEONURUS. * Cardiaca *Tournef.* 87.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceo-angulatum, pentagonum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* anguſtus. *Limbus* dehiſcens. *Fauce* longa. *Labium ſuperius* longius, ſemicylindraceum, concavum, gibbum, apice rotundato-obtuſum, integrum, villoſum. *Lab. inferius* reflexum, tripartitum: *laciniis* lanceolatis, ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiori tecta, quorum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, in medio bifidæ, incumbentes, adſperſæ *Punctis* elevatis, globoſis, nitidis, ſolidis, minimis.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, ſemina ſe ipſo breviora continens.

Sem. quatuor, oblonga, hinc convexa, inde angulata.

Obs. Corollæ *labia in diverſis diverſa.* R.

978. PHLOMIS * *Tournef.* 82. — *Gærtn.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum, quinquangulatum, dentatum, perſiſtens. *Involucrum* verticillo ſubjectum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus. *Labium ſuperius* ovatum, fornicatum, incumbens, compreſſum, villoſum, obſolete bifidum. *L. inferius* trifidum: *lacinula media* majori, biloba, obtuſa: *lateralibus* parvis, acutioribus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum: inferiore longiore.

Per. nullum. *Calyx* in fundo ſemina continens.

Sem. quatuor, oblonga, triquetra.

Obs. *Differt a* Leonuro *defectu punctorum in antheris.*] Calycis & labiorum *corollæ figura variat.* R.

† 979. MOLUCCELLA. * — *Gærtn.* 66. Molucca *Tournef.* 88.

Cal. *Perianthium* monophyllum, maximum, turbinatum, ſenſim deſinens in limbum ampliſſimum, campanulatum, dentato-ſpinoſum, incurvum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens, calyce minor. *Tubus* & *Faux* breves. *Labium ſuperius* erectum, concavum, integrum; *Lab. inferius* trifidum: *lacinia media* productiore, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore: quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* magnitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Fructus* turbinatus, truncatus, in fundo *calycis* aperti.

Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata, ſuperne latiora, truncata.

Obs. M. ſpinoſæ *Calyx ſpinis ſeptem longis.*
M. lævis *Calyx ſpinis quinque parvis.*
M. fruteſcenti *Calyx ſpinis duodecim patulis.*
Calyx *in aliis corolla longior, in aliis brevior.* R.

† 980. CLINOPODIUM. * *Tournef.* 92.

Cal. *Involucrum* multiſerum, longitudine perianthii, verticillo ſubjectum.

Perianthium monophyllum, cylindraceum, leviſſime incurvum, *ore* bilabiato: *Labio ſuperiore* latiore, trifido, acuto, reflexo; *Lab. inferiore* bipartito, tenui, inflexo.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis, ſenſim ampliatus in faucem. *Labium ſuperius* erectum, concavum, obtuſum, emarginatum. *L. inferius* trifidum, obtuſum; *laciniula media* latiore, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex ſ. bifidum, acutum, compreſſum.

Per. nullum. *Calyx* collo contractus, ventre gibbus, ſemina continens.

Sem. quatuor, ovata.

† 981. ORIGANUM. * *Tournef.* 64.

Cal. *Involucrum* ſpicatum: *Bracteis* imbricatis, ovatis, coloratis compoſitum,

Perianthium inæquale, varium.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, compreſſus. *Labium ſuperius* erectum, planum, obtuſum, emarginatum. *Lab. inferius* trifidum: *laciniis* ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longitudine corollæ, quorum *duo* longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ad labium ſuperius corollæ inclinatus. *Stigma* leviſſime bifidum.

Per. nullum. *Calyx* connivens, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata.

Obs. *Calycis* involucrum *eſſentiam generis in genere hoc conſtituit.*

Perianthium *in aliis fere æquale, quinquedentatum; in aliis bilabiatum: labio ſuperiori magno integro; inferiori vix ullo; in aliis diphyllo.*

Origanum *T. Flores ſolitarii ex ſquamulis propriis provenientes. Cal. 5-dentatus.*

Majorana *T. Flores e capitulo imbricato tetragono prodeuntes. Cal. 2-phyllus.*

Dictamnus *Raj. Boerh.* Amaracus *Gled. Flores e capitulo laxo imbricato exeuntes. Cal. labiatus. Cor. Tubus calcaratus ſ. gibbus.*

982. THYMUS. * *Tournef.* 93. Acinos *Dill. gen.* 4.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemibifidum in duo labia, perſiſtens, fauce villis clauſa: *Lab. ſuperiori* latiore, plano, erecto, tridentato. *Lab. inferiori* biſeto, longitudine æquali.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Faux* parva. *Labium ſuperius* brevius, planum, erectum, emarginatum, obtuſum. *L. inferius* longius, patens, latius, trifidum, obtuſum: *lacinia media* latiore.

Stam. *Filamenta* quatuor, incurva, quorum *duo* longiora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* collo anguſtatus, ſemina in ſinu fovens.

Sem. quatuor, parva, ſubrotunda.

Obs. Thymus *T. Stamina breviſſima ſunt.*

Serpyllum *T. differt a Thymo caulibus lignoſis, minus duris, humilioribus.*

Acinos *Riv. Dill. corollæ labii inferioris lacinia media emarginata.*

Maſtichina *Boerh. calycis dentes in ſetas longiſſimas & villoſas extenſi.*

983. MELISSA. * *Tournef.* 91. Calamintha *Tournef.* 92. Horminum *Ed. pr.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubcampanulatum, aridoſcarioſum, patentiuſculum, angulatum, ſtriatum, perſiſtens, *ore* bilabiato. *Labium ſuperius* tridentatum, reflexopatens, planum; *Lab. inferius* brevius, acutiuſculum, bipartitum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus. *Faux* dehiſcens. *Labium ſuperius* brevius, erectum, fornicatum, ſubrotundum, bifidum. *Lab. inferius* trifidum: *lacinia media* majori, cordata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, quorum *duo* longitudine corollæ, *duo* dimidio breviora. *Antheræ* parvæ, per paria conniventes.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, cum ſtaminibus ſub labio ſuperiore corollæ inclinatus. *Stigma* tenue, bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* major, immutatus, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata.

984. DRACOCEPHALUM. * *Tournef.* 83. *Hire A.* G. 1712. 11. *Gærtn.* 66. Moldavica *Tournef.* 85.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens, breviſſimum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Faux* maxima, oblonga, inflata, hians, dorſo parum compreſſa. *Labium ſuperius* rectum, fornicatum, complicatum, obtuſum. *Lab. inferius* trifidum; *laciniæ laterales* erectæ, tanquam laciniæ faucis; *intermedia* dependens, parva, baſi antrorſum prominens, ſubrotunda, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiore corollæ recondita, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* ſubcordatæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum, tenue, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* in fundo ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovato-oblonga, triquetra.

Obs. Dracocephalum. *T. calyx tubulatus, inflexus, quinquedentatus, æqualis.*

Moldavica *T. calyx ventricoſus, collo coarctatus, ore bilabiatus, labio ſuperiore latiore triſido, inferiore minore acutiore bipartito.*

Calycem *in genere hic nil valere, docent ſpecies aliquæ Moldavicæ T. calyce ut in Dracocephalo T. præditæ.*

985. MELITTIS. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, teres, rectum, *ore* bilabiato. *Labium ſuperius* altius, emarginatum, acutum. *Lab. inferius* brevius, bifidum, acutum, lacinulis dehiſcentibus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* calyce longe anguſtior. *Faux* vix tubo craſſior. *Labium ſuperius* erectum, ſubrotundum, integrum. *Lab. inferius* patens, trifidum, obtuſum: *lacinula intermedia* majori, plana, integra.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori, quorum *intermedia* breviora exterioribus. *Antheræ* conniventes per paria in crucem, bifidæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* obtuſum, quadrifidum, villoſum. *Stylus* fili-

formis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo ſemina continens.

Sem. quatuor.

Obs. *Calycis labium inferius interdum crenatum conſpicitur.*

986. OCIMUM. * *Tournef.* 96.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum, breviſſimum, perſiſtens. *Labium ſuperius* planum, orbiculatum, latius, adſcendens. *Lab. inferius* quadrifidum, acutum, connivens.

Cor. monopetala, ringens, reſupinata. *Tubus* breviſſimus, patens. *Labium alterum* ſurſum ſpectans latius, ſemiquadrifidum, obtuſum, æquale. *Labium alterum* deorſum ſpectans anguſtius, integrum, ſerratum, longius.

Stam. *Filamenta* quatuor, declinata, quorum *duo* paulo longiora, & duo baſi *proceſſum* reflexum exſerentia. *Antheræ* ſemilunares.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* clauſus, ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata.

Obs. *Petali labium ſuperius deorſum ſpectat, inferius vero ſurſum, dictante flexura ſtaminum.*

Eſſentialis character *conſiſtit in filamentorum duorum proceſſu reflexo.*

* 987. PLECTRANTHUS. *L'Herit. ſtirp. 85. t. 41. 42.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubcampanulatum, breve, bilabiatum. *Labium ſuperius* ovatum, latius, adſcendens. *Labium inferius* quadrifidum, acutum: laciniis duabus infimis paullo longioribus.

Cor. monopetala, ringens, reſupinata. *Tubus* compreſſus, calyce longior. *Labium alterum* ſurſum ſpectans latius, trifidum: *lacinia* media maxima, emarginata; lateralibus parvis. *Labium alterum* deorſum ſpectans anguſtius, integrum, ovatum, concavum.

Nectarium Calcar ſ. *Gibber* e baſi tubi corollæ ſurſum productum.

Stam. *Filamenta* quatuor, declinata, ſubulata, quorum duo paullo breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per.

Per. nullum. *Calyx* in fundo semina fovens.
Sem. quatuor, subrotunda.
Obs. *Essentia generis consistit in corolla resupinata: tubo basi gibbo s. calcarato; & staminibus simplicibus.*

988. TRICHOSTEMA. † *Gronov.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *Labio superiore* duplo majori, trifido, æquali, acuto. *L. inferiore* bipartito, acuto.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevissimus. *Labium superius* compressum, falcatum. *L. inferius* tripartitum: *lacinia intermedia* minima, oblonga.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, omnium longissima, incurva: quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* capillaris, longitudine & figura filamentorum. *Stigma* bifidum.
Per. nullum. *Calyx* major, reflexus ut labium superius evadat inferius, ventricosus, connivens.
Sem. quatuor, subrotunda.

989. SCUTELLARIA. * Cassida *Tournef.* 84.

Cal. *Perianthium* monophyllum, brevissimum, tubulatum; *ore* ferme integro: post florescentiam clauso, operculato.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevissimus, retrorsum flexus. *Faux* longa, compressa. *Labium superius* concavum, trifidum: *lacinula media* concava, emarginata: *lateralibus* planis, acutiusculis, *intermediæ* subjectis. *Lab. inferius* latius, emarginatum.
Stam. *Filamenta* quatuor, sub labio superiore recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, situ & longitudine staminum. *Stigma* simplex, incurvatum, acuminatum.
Per. nullum. *Calyx* operculo clausus, galeiformis, capsulæ vicem gerens, triqueter, margine inferiore dehiscens.
Sem. quatuor, subrotunda.
Obs. *Solo fructu ab omnibus aliis abunde distinguitur; Calyx enim galeam crista & operculo repræsentat.*

990. PRUNELLA. * *Tournef.* 84.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum, fauce brevius, persistens. *Labium superius* planum, latius truncatum, leviſſime tridentatum. *Lab. inferius* erectum, angustius, acutum, semibifidum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis, cylindraceus. *Faux* oblonga. *Labium ſuperius* concavum, integrum, nutans. *L. inferius* reflexum, trifidum, obtuſum: *lacinia media* latiori, emarginata, ſerrata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, apice bifurca, quorum *duo* paulo longiora. *Antheræ* ſimplices, inſertæ filamentis infra apices, tanquam in altero ramo.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, cum ſtaminibus ad labium ſuperius inclinatus. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* clauſus, ſemina fovens.

Sem. quatuor, ſubovata.

Obs. *Eſſentialis character conſiſtit in filamentis bifurcis, uti Crambes.*

991. CLEONIA. --- *Gærtn.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, angulatum, bilabiatum: *L. ſuperius* planiuſculum, latum, tridentatum; *L. inferius* bipartitum, breve.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* rectum, bifidum, carinatum. *L. inferius* trifidum: *intermedia* biloba: lateralibus patulis.

Stam. *Filamenta* quatuor, apice bifurca: duobus inferioribus longioribus. *Antheræ* apici exteriori filamentorum inſidentes, per paria cruciatæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* quatuor, ſetacea, ſubæqualia.

Per. nullum. *Calyx* villis clauſus.

Sem. quatuor, teretiuſcula, glabra.

Obs. *Stigmatibus quatuor ab omnibus hujus ordinis differt.*

992. PRASIUM. * --- *Gærtn.* 66.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulato-turbinatum, erectum, bilabiatum: *Lab. ſuperiore* latiore, ſemitrifido, acuto; *L. inferiore* paulo minore, bipartito.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* erectum, ovatum, obſolete emarginatum, concavum. *Lab. inferius* latius, trifidum, reflexum: *lacinia* media majori.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, labio ſuperiori adpreſſa, patentia, eoque breviora: horum *duo* reliquis breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum: lacinia altera breviore.

Per. *Baccæ* quatuor, in fundo calycis, ſubrotundæ, unilo-culares.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Obs. *Semina ipſa, epidermide baccata obducta, baccæ naturam induunt. Hinc planta tetragymnoſperma baccifera, qua nota ab aliis hujus ordinis dignoſcitur.*

† 993. LIPPIA. † *Houſt. Rel.* 12. *Jacq. amer.* 176. --- *Gærtn.* 56.

Cal. *Perianthium* monophyllum, compreſſum, quadridentatum, maturum bivalve: *valvulis* membranaceis, acuminatis, carinatis, erectis; perſiſtentibus.
Cor. monopetala, inæqualis. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* rotundatis, *inferiore* & *ſuperiore* majore: *ſuperiore* erecta.
Stam. *Filamenta* quatuor, corolla breviora; quorum *duo* reliquis longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſo-planum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* obliquum.
Per. nullum. *Calycis* valvulæ ſemina externe obtegunt.
Sem. ſolitaria, oblonga.
Obs. *Fructificationes plures in capitulum collectæ ſunt.*

994. PHRYMA. --- *Gærtn.* 75. Leptoſtachya *Mitch.* 11.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, baſi ſupra gibbum, ſtriatum, *ore* bilabiatum: *Labio ſuperiore* anguſto longiore: dentibus tribus, ſubulatis, conniventibus; *Lab. inferiore* obtuſo, bifido.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Labium ſuperius* brevius, ſubovatum, emarginatum, rectum: *L. inferius* majus, patentius, trifidum: intermedio productiore.
Stam. *Filamenta* quatuor, utrinque bina, ſuperiora breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, conniventes, in fauce corollæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus, ſulcatus, connivens.
Sem. unicum, oblongum, teretiuſculum, hinc ſulcatum.

995. SELAGO. * --- *Gærtn.* 51.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, parvum, perſiſtens: *lacinia inferiore* majori.
Cor. monopetala. *Tubus* minimus, filiformis, vix perfora-

tus. *Limbus* patens, quinquepartitus, ſubæqualis: *laciniis duabus ſuperioribus* minoribus; *infima* majori.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, longitudine corollæ, cui inſerta, quorum *duo ſuperiora* longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.

Per. nullum. *Corolla* ſemen involvens.

Sem. unicum, ſ. duo, ſubrotunda.

II. ANGIOSPERMIA.

996. BARTSIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens: *ore* obtuſo, bilobo: lobis emarginatis, apicibus coloratis.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* erectum, tenue, integrum, longius. *Lab. inferius* reflexum, trifidum, obtuſum, minimum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine labii ſuperioris, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, approximatæ, ſub apice labii ſuperioris.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, nutans.

Per. *Capſula* ovata, compreſſa, acuminata, bilocularis, bivalvis; *diſſepimento* valvis contrario.

Sem. numeroſa, angulata, parva.

Obs. *Eſt genus quaſi medium inter Rhinanthum, Euphraſiam & Pedicularem, calyce colorato diſtinctum.*

† 997. RHINANTHUS. * --- *Gærtn.* 54. Pedicularis ſpecies *Tournef.* 77. B. F. M. N. O. P. Elephas *Tournef.* 482.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, inflatum, compreſſum, quadrifidum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* ſubcylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* dehiſcens, baſi cõmpreſſus. *Labium ſuperius* galeatum, compreſſum, emarginatum, anguſtius. *Lab. inferius* patulum, planum, ſemitrifidum, obtuſum: *lacinia media* latiori.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine labii ſuperioris, ſub quo recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* incumbentes, hinc bifidæ, hirſutæ.

Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* filiformis, ſitu ſtaminum, eisque longior. *Stigma* obtuſum, inflexum.

Per. *Capſula* obtuſa, erecta, compreſſa, bilocularis, bivalvis, marginibus dehiſcens; *diſſepimento* contrario.

Sem. plura, compreſſa.

Obs. Elephas *T. Capſulæ margo obtuſus; Semina ſimplicia; Calyx inæqualis bilabiatus.*

Criſta gall. *Riv. Capſulæ margo auctus; Semina membrana laxa veſtita; Calyx æqualis, quadrifidus.*

† 998. EUPHRASIA. *Tournef.* 78. --- *Gærtn.* 54. Odontitis *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, quadrifidum, inæquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Labium ſuperius* concavum, emarginatum. *Lab. inferius* patens, tripartitum: *laciniis* æqualibus, obtuſis.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, ſub labio ſuperiore inclinata. *Antheræ* bilobæ: quarum inferiores lobo inferiore in ſpinulam acuminatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſitu & figura ſtaminum. *Stigma* obtuſum, integrum.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, compreſſa, bilocularis; *diſſepimento* contrario.

Sem. numeroſa, minima, ſubrotunda.

† 999. MELAMPYRUM. *Tournef.* 78. --- *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quadrifidum: *laciniis* tenuibus, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, recurvus. *Limbus* compreſſus. *Labium ſuperius* galeatum, compreſſum, emarginatum, marginulis lateralibus reflexis. *Lab. inferius* planum, erectum, longitudine ſuperioris, ſemitrifidum, *laciniis* æqualibus, obtuſum, *eminentiis* duabus in medio notatum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, curva, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* acuminatum. *Stylus* ſimplex, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* oblonga, obliqua, acuminata, compreſſa, *margine ſuperiore* convexo, *inferiori* recto; bilocula-

ris, bivalvis, ſutura ſuperiori dehiſcens; *diſſepimento* contrario.

Sem. gemina, (ſolitaria *Gærtn.*) ovata, gibba, baſi aucta.

† 1000. LATHRÆA. --- *Gærtn.* 52. Clandeſtina *Tournef.* 424.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, rectum: *ore* profunde quadrifido.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* calyce longior. *Limbus* ringens, ventricoſus. *Labium ſuperius* concavum, galeatum, latum apice anguſto, adunco, *L. inferius* minus reflexum, obtuſum, trifidum.

Nectarium: Glandula emarginata, utrinque depreſſa, breviſſima, receptaculo floris ad angulum alterum germinis inſerta.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine corollæ, ſub labio ſuperiore recondita. *Antheræ* obtuſæ, depreſſæ, conniventes.

Pist. *Germen* globoſo-compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* truncatum, nutans.

Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſa cum acumine, unilocularis, bivalvis, elaſtica, calyce maximo patente veſtita.

Sem. pauca, ſubgloboſa, medio valvularum affixa.

Obs. *Ad Orobanchen ob glandulam proxime accedit.*

† 1001. SCHWALBEA. † *Gronov. virg.* 71. --- *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulato-ventricoſum, ſtriatum, *ore* quadrifido, obliquo: *lacinia ſumma* breviſſima; *lateralibus* longioribus; *infima* adhuc longiore, latiore, emarginata.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* erectus. *Labium ſuperius* erectum, concavum, integerrimum; *Lab. inferius* ejuſdem longitudinis, trifidum, obtuſum, *lacinulis* æqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longitudine corollæ, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſitu, figura & longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, recurvum.

Per. *Capſula* ovata, compreſſa, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* duplicato.

Sem. plurima, paleacea, lanceolata, parva. *Gærtn.*

1002. TOZZIA. † *Mich.* 16.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, breviſſimum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* patens. *Labium ſuperius* bifidum; *Lab. inferius* trifidum: *laciniis* omnibus ſubæqualibus, rotundatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiori recondita. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, univalvis.

Sem. unicum, ovatum.

† 1003. PEDICULARIS. * *Tournef.* 77. A. D. E. H. I. K. L. — *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, ventricoſum, *ore* quinquefido, æquali, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, gibbus. *Labium ſuperius* galeatum, erectum, compreſſum, emarginatum, anguſtius; *L. inferius* patens, planum, ſemitrifidum, obtuſum: *lacinia media* anguſtiore.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine labii ſuperioris, ſub quo recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* incumbentes, ſubrotundæ, compreſſæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſitu ſtaminum, ſed longior. *Stigma* obtuſum, inflexum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, mucronata, obliqua, bilocularis, apice dehiſcens; *diſſepimento* contrario.

Sem. plura, ovata, angulata. *Receptaculum* ſubgloboſum, in baſi capſulæ.

Obs. *Capſula apice obliqua eſt in plurimis.*

Sceptrum Carolinum *Rudb. capſula regulari gaudet; & rictu clauſo.*

Dantur ſpecies, calycis ore bifido.

† 1004. GERARDIA. † *Plum:* 12: Nigrina *Mantiſſ.* Melaſma *Berg. cap. t.* 3. *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* teres, calyce longior: *Labium ſuperius* erectum, obtuſum, planum, latius, emar-

ginatum; *Lab. inferius* reflexum, tripartitum: *laciniis lateralibus* emarginatis; *media* breviore, bipartita.

Stam. *Filamenta* quatuor, vix tubi longitudine, quorum duo paulo breviora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* ovatum, parvum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigma* obtusum.

Per. *Capsula* ovata, bilocularis, bivalvis, basi dehiscens; *dissepimento* contrario.

Sem. ovata, solitaria.

† 1005. CHELONE. * *Dill. gen.* 11. --- *Gærtn.* 54. Anonymos *Gron. virg.* 71. 72.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, brevissimum, persistens: *laciniis* erectis, ovatis.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, brevissimus. *Faux* inflata, oblonga, supra convexa, infra plana. *Limbus* clausus, parvus. *Labium superius* obtusum, emarginatum; *L. inferius* cum superiori fere æquale, levissime trifidum.

Stam. *Filamenta* quatuor, sub dorso corollæ recondita, quorum *duo lateralia* paulo longiora. *Antheræ* incumbentes. *Rudimentum* quinti filamenti, mucronis instar, intra superius staminum par.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, situ & longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

Per. *Capsula* ovata, bilocularis, bivalvis, calyce longior. *Dissepimentum* duplicatum.

Sem. plurima, subrotunda, margine membranaceo cincta. *Receptáculum* oblongum, fungosum, liberum, in medio capsulæ.

Obs. CH. Pentstemon *in nonnullis differt; cui Stamina adscendentia, longitudine corollæ; quintum s. supremum stamen castratum, rectum, longitudine corollæ, supra longitudinaliter barbatum, crassius. Antheræ non villosæ.*

† 1006. GESNERA. † *Plum.* 9. *Jacq. amer.* 179.

Cal. *Perianthium* monophyllum, superum, quinquefidum, acutum, persistens.

Cor. monopetala, incurva, recurvaque. *Tubus* crassiusculus, collo coarctato faucequé infundibuliformi. *Limbus* quinquefidus, obtusus: *laciniis* superioribus concavis; inferioribus tribus planis patentibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum, depreſſum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, calyceque coronata patulo, ſubbilocularis; *diſſepimento* in medio longitudinaliter interrupto.
Sem. numeroſiſſima, minima. *Receptacula* utrinque diſſepimento adnata.

1007. ANTIRRHINUM. * *Tourneſ.* 75. — *Gærtn.* 53. Linaria *Tourneſ.* 76. Aſarina *Tourneſ* 76. Elatine *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* oblongis, perſiſtentibus; *inferioribus duabus* magis dehiſcentibus.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, gibbus. *Limbus* bilabiatus. *Labium ſuperius* bifidum, lateribus reflexum; *Lab. inferius* trifidum, obtuſum. *Palatum* convexum, ſæpius clauſum palato prominente inter labia, e labio inferiori, ſubtus gutture concavo, producto.
Nectarium ad baſin corollæ deorſum productum, prominens.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiori incluſa, longitudine fere corollæ, *duo* tamen breviora. *Antheræ* conniventes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſa, bilocularis, variæ in variis dehiſcentiæ & figuræ.
Sem. plurima. *Receptacula* reniformia, ſolitaria, diſſepimento affixa.
Obs. Nectarium & pericarpium *in hocce genere valde diverſa occurrunt.*
Linariæ *T. Nectarium longum, ſubulatum. Capſula æqualiter debiſcens.*
Antirrhini *T. Nectarium obtuſum, vix prominens. Capſula oblique apice debiſcens, baſi inæqualis.*
Elatine *Dill. Nectarium ſubulatum. Capſula debiſcendo utrinque deponens lamellam.*
A. bellidifolium & canadenſe *ſunt rictu aperto, palato deſtituta.*
In quibusdam ſpeciebus Rudimentum ſtaminis quinti, ſterile. S.

† 1008. CYMBARIA. *Amm. Ruth. I.* — *Gærtn. 53.*

Cal. *Perianthium* decemdentatum, erectum: *dentibus* duobus oppositis, validioribus, patentioribus; reliquis erectis, linearibus, persistens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, ventricosus. *Limbus* bilabiatus: *Lab. superiore* bipartito, reflexo, obtuso; *L. inferiore* trifido, obtuso.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine tubi. *Antheræ* bifidæ, prominentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, apice incurvo. *Stigma* obtusum.

Per. *Capsula* ovata, bilocularis, bivalvis. *Dissepimentum* valvulis contrarium.

Sem. plura, oblonga, compressa. *Receptacula* reniformia, solitaria, dissepimento affixa. *G.*

Obs. *Calyce solo ab omnibus facile distinguitur.*

* 1009. TOURRETTIA. *Dombey.* Dombeja *L'Herit. t. 17.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ante anthesin coloratum, bilabiatum: *lab. superiore* acuto, *inferiore* obsolete quadridentato, interne membrana aucto; persistens.

Cor. monopetala. *Tubus* compressus, longitudine calycis. *Labium superius* galearum, compressum, marginibus conniventibus. *Labium inferius* nullum; cujus loco denticulus geminus.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, sub labio superiore recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* bilobæ.

Pist. *Germen* oblongum, subtetragonum, tuberculatum. *Stylus* filiformis, longitudine & situ labii. *Stigma* bifidum.

Per. *Capsula* oblonga, coriacea, spinis (quibusdam hamatis) muricata, quadrilocularis, bivalvis.

Sem. pauca (4-6) in singulo loculamento, subtriquetra, ovata, margine membranaceo basi emarginato crenulato cincta, *membrana communi* tecta.

† 1010. MARTYNIA. * *Mart. I. 42. Houst. Rel.* 10. Proboscidea *Juss. Schmidel. ic. t. 12.* Craniolaria *Ed. pr.*

Cal. *Perianthium* quinquefidum, inæquale, marcescens.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* patens, ventricoſus, inferne ad baſin gibbus, mellifer. *Limbus* quinquefidus, obtuſus, patens: *laciniis* ſubæqualibus: inferiore recta *infima* erectiori, concava, crenata.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, incurva; *Rudimentum* filamenti quinti intra ſuperius par ſtaminum, cuſpidis inſtar breve. *Antheræ* connexo-conniventes.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* brevis, ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bilobum.

Per. *Capſula* lignoſa, oblonga, gibba, quadrangularis, ſingulo latere biſulcato, acuminata, apice recurva, bifariam dehiſcens, quadri- ſ. quinque-) locularis, ſemina tanquam in nucleo quadriloculari includens.

Sem. plura, oblonga, baccata.

1011. TORENIA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, angulatum, perſiſtens, bifidum: *Labio ſuperiore* tricuſpidi; *L. inferiore* anguſtiore, integerrimo.

Cor. monopetala, ringens: *Lab. ſuperiore* integro; *L. inferiore* trifido: intermedia productiore.

Stam. *Filamenta* quatuor: ſuperiora duo ſimplicia; inferiora duo bipartita: ramulo inferiore breviore ſterili. *Antheræ* didymæ, per paria contiguæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſuperne craſſior. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. *Capſula* oblonga, bilocularis.

Sem. plurima.

† 1012. BESLERIA. *Plum.* 5. *Jacq. amer.* 187. --- *Gærtn.* 52.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acuminatum, erectum, laxum, apicibus reflexis.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis, teretiuſculus, hinc baſi & apice gibbus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ſubrotundis, quarum *infima* maxima, *duæ ſuperiores* minus diviſæ.

Stam. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, didymæ, utrinque dependentes.

Pist. *Germen* globoſum, inſidens corpori glanduloſo amplexanti, perſiſtenti, ad corollæ gibboſitatem cordatum. *Stylus* ſubulatus, erectus. *Stigma* bifidum, obtuſum.

Per. *Bacca* ſubgloboſa, unilocularis: *Diſſepimentum*: laminæ duæ oppoſitæ, ſemiovatæ, non cohærentes. *G.*

Sem. numeroſa, rotunda, minima, nidulantia, parieti baccæ affixa.

† 1013. BRUNFELSIA. † *Plum.* 22. --- *Swartz. prodr.* 90.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, obtuſum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longiſſimus, ſubincurvus. *Limbus* planus, quinquefidus, obtuſus.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, erectæ: quarum duæ paullo altiores, ex ore tubi prominentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, parvum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi, *Stigma* craſſiuſculum.

Per. *Capſula* extus baccata, globoſa, unilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, compreſſa, hinc convexa, inde angulata, punctato-ſcabra. *Receptaculum* fundo capſulæ adnatum, paleaceum: *paleis* coadunatis, apice ſubulatis, ſemina diſtinguentibus.

Obs. *Pericarpium dicitur Bacca a Linneo, Millero, Swartzio; ſed ſutura diſtincta a vertice ad baſin determinate dehiſcit, ut in pluribus ſpeciminibus coram video; ad Capſulas itaque referendum.* S.

† 1014. SCROPHULARIA. * *Tournef.* 74. --- *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, perſiſtens: *laciniis* corolla brevioribus, rotundatis.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* globoſus, magnus, inflatus. *Limbus* quinquepartitus, minimus: *laciniis* duabus ſuperioribus majoribus, erectis; *duabus* lateralibus, patulis; *tertia* infima, reflexa.

Stam. *Filamenta* quatuor, linearia, declinata, longitudine corollæ, quorum *duo* ſteriora. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* duplicato, e marginibus valvularum inflexis conſtructo; apice dehiſcens.

Sem. plurima, parva. *Receptaculum* ſubrotundum, in utrumque loculamentum ſe inſinuans.

Obs. *In fauce corollæ, ſub lacinia limbi ſuprema reperitur lacinula quædam, labrum parvum mentiens, quæ omnibus ſpeciebus communis non eſt.*

Corolla concipi debet in hoc genere reſupinata: Lab. ſuperius *minus recurvum, ad quod ſtamina declinata, rotundatum; lateralia crenata, rotundata cum ſupremo æqualia.* L. inferius *majus, patulum, bipartitum: intermedia minima antica.*

Diſſepimentum per maturitatem foramine ovali pertuſum. G.

† 1015. CELSIA. * --- *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, obtuſis, longitudine corollæ, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, rotata. *Tubus* omnium breviſſimus. *Limbus* planus, ſemiquinquefidus, inæqualis: *laciniis* ſubrotundis, quarum *duæ ſuperiores* minores: *infima* majore.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, verſus lacinias minimas corollæ inclinata, quorum *duo longiora* corolla breviora, extrorſum lanata. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, apice compreſſa, acuminata, calyci inſidens, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* contrario.

Sem. plurima, parva, angulata. *Receptacula* ſolitaria, hemiſphærica.

Obs. *Ex dictis, in quantum a* Verbaſco *differat, patet.*

* 1016. HEMIMERIS. *Thunb. nov. gen.* 74. *Linn. ſuppl.* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ad baſin fere quinquepartitum, corolla multo brevius: *laciniis* ovatis, inæqualibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, rotata, ringens. *Tubus* breviſſimus, (vix ullus,) intruſus, albus. *Labium ſuperius* fiſſum, baſi ſaccatum foſſulis nectariferis; *inferius* concavum, obtuſum.

Stam. *Filamenta* duo ſ. quatuor, filiformia, baſi labii inferioris inſerta, circumflexa. *Antheræ* minimæ, cordatæ, cohærentes, flavæ.

Pist. *Germen* ſuperum, acutum, glabrum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutiuſculum.

Per. *Capſula* ovata, acuta, didyma, baſi altero latere gibba, bilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, glabra.
Obs. *Genus Antirrhinis affine, figura corollæ diverſum. L. Suppl.*

† 1017. DIGITALIS. * *Tournef.* 73. --- *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis, acutis, perſiſtentibus; *ſuprema* cæteris anguſtiore.
Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* magnus, patens, deorſum ventricoſus: *baſi* cylindracea, arcta. *Limbus* parvus, quadrifidus: *lacinia ſuperiori* patentiori, emarginata; *infima* majori.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, baſi corollæ inſerta, declinata, quorum *duo* longiora. *Antheræ* bipartitæ, hinc acuminatæ.
Pist. *Germen* acuminatum. *Stylus* ſimplex, ſitu ſtaminum. *Stigma* acutum.
Per. *Capſula* ovata, longitudine calycis, acuminata, bilocularis, bivalvis, valvis bifariam rumpentibus. *Diſſepimentum* duplicatum, e marginibus valvularum inflexis.
Sem. plurima, parva.
Obs. *Dantur ſpecies, in quibus corollæ laciniæ acutæ & evidentiores ſunt, & labium ſuperius ac inferius acutum, magisque prominens.*

† 1018. BIGNONIA. * *Tournef.* 72. --- *Gærtn.* 52.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, cyathiforme, quinquefidum.
Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* minimus, longitudine calycis. *Faux* longiſſima, ſubtus ventricoſa, oblongo-campanulata. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis duabus ſuperioribus* reflexis; *inferioribus* patulis.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora, quorum *duo* reliquis longiora. *Antheræ* reflexæ, oblongæ, velut duplicatæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſitu & figura ſtaminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Siliqua* bilocularis, bivalvis. *Diſſepimentum* membranaceum, parallelum, ad futuras incraſſatum.

Sem. plurima, imbricata, compreſſa, utrinque membranaceo-alata.

Obs. Catalpa *ſtaminibus tantum duobus perfectis gaudet, & tribus rudimentis ſtaminum minimis, cum Calyce pentaphyllo.* (*Stamina* 4 *perfecta cum rudimento quinti, interdum* 5 *perfecta, obſervavit cel. Cyrillus de eſſ. pl. char. p.* 43. *n.* 37. S.)

Siliquæ figura *in hoc genere indeterminata eſt*, Semina *ſemper alata, licet quædam ab altera tantum parte.*

1019. CITHAREXYLUM. B. *Juſſieu. Jacq.* 117. --- *Gærtn.* 56.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, infundibuliformi-rotata. *Tubus* perianthio duplo longior, ſuperne craſſior. *Limbus* quinquepartitus, bilabiatus: *laciniis* ſupra villoſis, oblongis, truncatis, planis, patentiſſimis.

Stam. *Filamenta* quatuor, cum rudimento quinti ex tubi medio, filiformia, quorum duo paulo longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſo-capitatum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, ſubcompreſſa, unilocularis.

Sem. duo, ovata, bilocularia, hinc convexa, inde concava, apice emarginata.

1020. HALLERIA. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, trifidum, planum, patens, obtuſiſſimum, perſiſtens: *lacinia ſuperiore* duplo latiore.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* baſi ſubrotundus, fauce ventricoſa inflexus. *Limbus* obliquus, erectus, quadrifidus: *lacinia ſumma* paulo longiore, obtuſa, emarginata; *Lac. laterales* breviores, latiores, acutiores; *Lac. infima* breviſſima, tenuiſſima, acuriſſima.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, recta, tubo inſerta, corolla longiora, quorum *duo* adhuc longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

Pist. *Germen* inferum, ovatum, deſinens in *Stylum* ſtaminibus longiorem. *Stigma* ſimplex.

Per. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.

Sem. parva, plana, ſubrotunda, alata. *Fabric.*

1021. CRESCENTIA. Cujete *Plum.* 16.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bipartitum, breve, deciduum: *laciniis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, æqualibus.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* gibbus, curvus, toruloſus. *Limbus* erectus, quinquefidus: *laciniis* inæqualibus, dentato-ſinuatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine corollæ, patula, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* incumbentes, obtuſæ, didymæ.

Pist. *Germen* pedice latum ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum.

Per. *Bacca* ovalis, dura, unilocularis.

Sem. plurima, ſubcordata, nidulantia, bilocularia.

* 1022. TANAECIUM. *Swartz. prodr.* 91. Creſcentiæ ſp.? *Brown.* 267. 266. *e Brownio.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, truncatum, integerrimum.

Cor. monopetala, longa. *Tubus* cylindraceus, ſuperne ampliatus. *Limbus* erecto-patulus, quinquefidus, ſubæqualis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubæqualia, corolla breviora, cum rudimento quinti. *Antheræ* bilobæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bilobum.

Per. *Bacca* corticoſa, magna, (interne bifariam notata, pulpa bifariam lobata. *Br.*)

Sem. plurima, nidulantia.

† 1023. GMELINA. † *Gærtn.* 56. Michelia *Amm. act. petr. tom.* 8.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, ſubgloboſum, quadridentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, patula, *limbo* quadrifido: *lacinia ſuperiore* ampliori fornicata: *lacinia infima*, *lateralibusque* obtuſis, minoribus, patentibus, rotundatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo craſſiora, duo incurva, adſcendentia. *Antheræ* duæ craſſiores bipartitæ; duæ minores ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine ſtaminum minorum. *Stigma* ſimplex.

Per.

PER. *Drupa* ovata, unilocularis.
SEM. *Nux* ovata, lævis, bilocularis. (trilocularis: loculo infimo sterili. G.)

† 1024. PETREA. † *Houst. Rel.* 11. *Jacq. amer.* 180.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum: *Limbus* quinquepartitus, patens, maximus, coloratus, persistens: *laciniis* oblongis, obtusis, fauce squamis quinque, duplicatis, truncatis clausa.
COR. monopetala, rotata, inæqualis, calyce minor. *Tubus* brevissimus. *Limbus* planus, quinquefidus: *laciniis* rotundatis, subæqualibus, patentissimis: media majore diversicolore.
STAM. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ recondita, adscendentia, quorum duo breviora. *Antheræ* ovales, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* obovata, apice plana, bilocularis, in fundo calycis recondita.
SEM. unicum, carnosum.

† 1025. PREMNA. --- *Gærtn.* 56.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, subbilobum: *lacinia* superiore emarginata; persistens.
COR. monopetala, irregularis, tubulosa: ore quadrifido, obtuso: laciniis superioribus duabus erectis, brevioribus; reliquis patentibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, erecta, mediocria: inferioribus duobus brevioribus. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindricus, brevior. *Stigma* bifidum.
PER. *Drupa* globosa, unilocularis.
SEM. *Nux* subtetragona, quadrilocularis, axi perforata. *Kœnig. Gærtn.*

† 1026. LANTANA. * --- *Gærtn.* 56. Camara *Plum.* 2. *Dill. elth.* 56. 57. Myrobatindum *Vaill. A. G.* 1722. *Medic. act. pal.* 3. *p.* 220.

CAL. *Perianthium* monophyllum, brevissimum, connivens, obsolete quadridentatum, tubulosum.

Cor. monopetala, ſubæqualis. *Tubus* cylindraceus, tenuis, calyce longior, parum obliquus. *Limbus* planus, inæqualiter quadrifidus, obtuſus.

Stam. *Filamenta* quatuor, minutiſſima, in medio tubi corollæ poſita, tenuiſſima, quorum *duo* paulo ſuperiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* refractum, unci inſtar deorſum acutum, & ſtyli apici velut oblique adnatum.

Per. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis.

Sem. *Nux* rotundo-pyramidata, trilocularis: loculo infimo ſterili. *Nuclei* ſolitarii, oblongi.

Obs. *Involucrum polyphyllum. Receptaculum fructificationum commune oblongum, flores ſeſſiles, ſæpius admodum inæquales, colligit.*

* 1027. SPIELMANNIA. * *Medicus act. palat. 3. p. 196. t. 10.* Oftia *Adanſ.* Lantana africana *Sp. pl.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, breve, perſiſtens: *laciniis* lineari-ſubulatis, acutis, ſubæqualibus, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, incurvus, baſi globoſus, interne villoſus, *ore* villis clauſo. *Limbus* quinquefidus, ſubæqualis: *laciniis* oblongis, truncatis, planis, patentiſſimis.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, in tubo corollæ, quorum duo paullo altiora. *Antheræ* ovales.

Pist. *Germen* ſubrotundum: *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* uncinatum.

Per. *Drupa* globoſa, unilocularis, ſucculenta.

Sem. *Nux* globoſo-depreſſa, ſecundum longitudinem rugoſo-ſtriata tuberculataque, bilocularis. *Nuclei* ſolitarii, oblongi, extrorſum magis gibbi, ſecundum longitudinem tuberculato-ſtriati, ſinguli affixi *arillo* carnoſo hinc gibbo inde excavato, diſſepimento adhærenti.

1028. CORNUTIA. * *Plum. 17.* Agnanthus *Vaill. A. G. 1722.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, minimum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce multo longior. *Limbus* quadrifidus: *Lacinia ſuperiore* erecta,

ſubrotunda: *lateralibus* diſtantibus; *inferiore* ſubrotunda, integra.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo extra corollæ tubum prominentia. *Antheræ* ſimplices, inclinatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longiſſimus, bipartitus. *Stigmata* craſſiuſcula.

Per. *Bacca* globoſa, baſi calyce comprehenſa.

Sem. unicum, reniforme.

† 1029. LOESELIA. † --- *Gærtn.* 62. Royenia *Houſt. A. A.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quadrifidum, acutum, breve, perſiſtens.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* omnibus ad latus inferius deflexis, ovato-lanceolatis, æqualibus magnitudine.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ: quorum *duo* breviora; *omnia* laciniis petali oppoſita & reflexa, contrario ad corollam ſitu. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, ſitu ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.

Per. *Capſula* ovata, trilocularis.

Sem. ſolitaria ſ. bina, obſolete angulata.

Obs. *Stamina quinque, quorum unum reliquis brevius eſt. G.*

† 1030. CAPRARIA. --- *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, oblongum: *laciniis* linearibus, erectis, diſtantibus, perſiſtentibus, corolla brevioribus.

Cor. monopetala, campanulata, quinquefida, ſubæqualis: *laciniis* oblongis, acutis: ſuperioribus duabus erectioribus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, baſi corollæ inſerta, corolla dimidio breviora, quorum duo inferiora paulo breviora. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* cordatum, bivalve, æquale.

Per. *Capſula* oblongo-conica, apice compreſſa, bilocularis, bivalvis: valvulis maturis bifidis; *diſſepimento* duplicato, ex inflexis valvularum marginibus.

Sem. plurima, ſubrotunda. *Receptacula* duo, oblonga, inter ſe connata, ad axin capſulæ.

1031. LINDERNIA. † *Allionii.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* linearibus, acutis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, ringens, bilabiata. *Labium ſuperius* breviſſimum, concavum, emarginatum. *Labium inferius* erectum, trifidum: media paulo majore.

Stam. *Filamenta* quatuor, didyma: ſuperiora duo ſimplicia; inferiora duo adſcendentia: dente terminali, rect. *Antheræ* didymæ: inferioribus ſublateralibus.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* emarginatum.

Per. *Capſula* ovalis, unilocularis, bivalvis.

Sem. numeroſa. *Receptaculum* cylindricum.

† 1032. MANULEA. --- *Gærtn.* 55.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* linearibus, erectis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* cylindricus, fauce fere latiore. *Limbus* quinquepartitus, ſubulatus, patens: *laciniis* quatuor ſuperioribus baſi magis connexis: infima reflexa.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* ſuperiores duæ in fauce; inferiores duæ oblongiuſculæ, intra tubum.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum inferiorum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ovata, longitudine calycis, bilocularis, bivalvis: *valvulis* maturis ſemibifidis. *Diſſepimentum* duplicatum, ex inflexis valvularum marginibus.

Sem. plurima, parva. *Receptaculum* oblongum, compreſſum, in axi capſulæ.

1033. HEBENSTREITIA. --- *Gærtn.* 51.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, membranaceum, emarginatum, ſubtus longitudinaliter dehiſcens.

Cor. monopetala, unilabiata. *Tubus* cylindricus, calyce longior, latere inferiore ad dimidium dehiſcens. *Limbus* unilabiatus, adſcendens, planiuſculus, quadrifidus, ſubæqualis.

Stam. *Filamenta* quatuor; horum duo priora ſub fauce margini corollæ inſerta, exſtantia; duo ſeriora interiora, inferiora, reflexa ad latera. *Antheræ* lunares, compreſſæ, extrorſum truncatæ.

Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, flexuosus, per fissuram corollæ reflexus. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis.
Sem. duo, oblonga, hinc convexa, trisulca, inde plana.

† 1034. ERINUS. † *Gærtn.* 55. Ageratum *Tournef.* 422.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, subæqualibus, persistentibus.
Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* ovato-cylindraceus, longitudine calycis, reflexus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* æqualibus, obcordatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, brevissima, intra tubum corollæ, quorum *duo* opposita, paulo longiora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* subovatum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* ovata, calyce obvoluta, bilocularis, bivalvis: *valvulis* maturis semibifidis. *Dissepimentum* duplicatum.
Sem. numerosa, parva. *Receptaculum* compressum.

† 1035. BUCHNERA. † *Hort. Cliffort.* 501. --- *Gærtn.* 55. Piripea *Aubl.* 253.

Cal. *Perianthium* monophyllum, obsolete quinquedentatum, scabrum, persistens.
Cor. monopetala. *Tubus* longissimus, filiformis, arcuatus. *Limbus* planus, brevis, quinquefidus, æqualis: *laciniis* duabus superioribus brevissimis, reflexis; tribus inferioribus, cordatis, subæqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, brevissima, in fauce corollæ, quorum duo superiora extra prominentia, brevia. *Antheræ* oblongæ, obtusæ.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* ovato-oblonga, acuminata, tecta, bilocularis, apice bifariam dehiscens. *Dissepimentum* contrarium.
Sem. numerosa, angulata. *Receptaculum* medio dissepimenti adnatum.

† 1036. BROWALLIA. * *Hort. Cliffort.* --- *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, breve, quinquedentatum, persistens: *denticulis* parum inæqualibus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus,

calyce duplo longior. *Limbus* planus, æqualis, quinquefidus, *laciniis* rotundatis, emarginatis; *ſuperiore* paulo majore, labium ſuperius conſtituente; quatuor reliquis æqualibus.

STAM. *Filamenta* quatuor, in fauce corollæ: ſuperiora duo breviſſima; inferiora latiora, altiora, colorata, reflexa, faucem corollæ claudentia. *Antheræ* ſimplices, incurvæ, conniventes: interiores didymæ, exteriores apice foraminulo dehiſcentes, faucem corollæ claudentes.

PIST. *Germen* ovatum, retuſum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* craſſum, quadrilobum.

PER. *Capſula* ovata, obtuſa, calyce veſtita, bilocularis, apice quadrifariam dehiſcens. *Diſſepimentum* tenue, parallelum.

SEM. numeroſa, parva. *Receptaculum* teretiuſculum, compreſſum.

1037. LINNÆA. * *Auctore Cl. Gronovio.*

CAL. *Perianthium* duplex.

P. Fructus inferum, tetraphyllum: *foliolis duobus* oppoſitis, minimis, acutis; *reliquis duobus* ellipticis, concavis, erectis, hiſpidis, germen amplectentibus, conniventibus, perſiſtentibus.

P. Floris ſuperum, monophyllum, quinquepartitum, erectum, anguſtum, acutum, æquale.

COR. monopetala, campanulata, ſemiquinquefida, obtuſa, ſubæqualis, calyce floris duplo major.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, fundo corollæ inſerta: quorum *duo* ininima; *duo proxima* longiora, corolla breviora. *Antheræ* compreſſæ, verſatiles.

PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, rectus, longitudine corollæ, declinatus. *Stigma* globoſum.

PER. *Bacca* exſucca, ovata, trilocularis, tecta Perianthio fructus hiſpido glutinoſo, decidua.

SEM. bina, ſubrotunda.

1038. SIBTHORPIA. † --- *Gærtn.* 55.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquepartitum, patens: *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.

COR. monopetala, quinquepartita, patens, æqualis, longitudine calycis: *laciniis* rotundatis.

STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria: duobus approximatis. *Antheræ* cordato-oblongæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* cylindricus, filamentis craſſior, longitudine floris. *Stigma* ſimplex, capitatum, depreſſum.

Per. *Capſula* compreſſa, orbiculata, biventricoſa, lateribus acutis, bivalvis, bilocularis: *diſſepimento* transverſo.

Sem. nonnulla, ſubrotundo-oblonga; hinc convexa, inde plana. *Receptaculum* globoſum, medio diſſepimenti adnatum.

† 1039. LIMOSELLA. * --- *Gærtn.* 50. Plantaginella *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, erecta, æqualis, quinquefida; acuta, parva: *laciniis* patentibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, quorum *duo* eidem lateri approximata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, obtuſum, biloculare. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* globoſum.

Per. *Capſula* ovata, calyce ſemi-involuta, unilocularis, diſſepimento inferne diviſa, bivalvis.

Sem. plurima, ovalia. *Receptaculum* ovatum, magnum.

1040. VANDELLIA. *Auth. Cl. Brown.* Matourea *Aubl.* 259?

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quadripartitum: *laciniis* ſubovatis, æqualibus: ſuprema ſubbifida; perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* parvus: labio ſuperiore ovato, integro; *Lab. inferiore* dilatato, bilobo.

Stam. *Filamenta* quatuor; duo exteriora e diſco labii inferioris, arcuata ſurſum; duo e fauce, altiora. *Antheræ* ovatæ, per paria connexæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, ovata, membranacea, reflexa.

Per. *Capſula* oblonga, unilocularis.

Sem. plurima.

* 1041. RUSSELIA. *Jacq. amer.* 178.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens: *foliolis* ovatis, concavis, acuminatis, parvis, erectis.

Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus, compreſſiuſculus, erectus, longiſſimus, interne ſub labio inf. piloſus. *Limbus* bilabiatus. *Labium ſuperius* ſubrotundum, planum, emarginatum, patens, apice reflexo; *inferius* trifidum: *laciniis* oblongis, obtuſis, planis, patentiſſimis, ſuperiori paullo longioribus.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, erecta, tubo paullo breviora; quorum duo longiora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine ſtaminum breviorum. *Stigma* globoſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, ſtyli parte perſiſtente acuminata, unilocularis, bivalvis, longitudine calycis.

Sem. numeroſa, minima.

* 1042. CONOPEA. † Conobea *Aubl.* 258.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquangulare, perſiſtens, quinquefidum: *laciniis* ſubovatis, acuminatis, erectis.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, ſenſim ampliatus. *Limbus* bilabiatus *Labium ſuperius* erectum, emarginatum; *Labium inferius* trifidum; *lacinia* media majore, concava.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo longiora, tubo corollæ paullo inferius adnata. *Antheræ* ſagittatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, piloſus. *Stigma* bilobum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis, quadrivalvis.

Sem. plurima, parva, oblonga, ſtriata, *receptaculo* ſubrotundo affixa.

† 1043. STEMODIA. — *Gærtn.* 52. Stemodiacra. *Brown.* t. 22. f. 2. *Jacq. amer.* 181.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, æquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* ſubbilabiatus, erectiuſculus. *Labium ſuperius* ovatum, integrum; *Labium inferius* tripartitum: laciniis rotundatis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubæqualia, longitudine tubi; omnia bifida. *Antheræ* octo, ſingulo brachio filamentorum inſidentes ſingulæ.

Pist. *Germen* obtuſiuſculum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiuſculum.

Per. *Capſula* oblonga, ovata, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* contrario.
Sem. numeroſa, globoſa. *Receptaculum* ſubcylindricum.

1044. OBOLARIA. †

Cal. nullus: niſi Bracteæ duæ.
Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* campanulatus, ventricoſus, pervius. *Limbus* quadrifidus, patulus: *laciniis* tubo brevioribus, bifidis, parum inæqualiter laciniatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ex diviſuris corollæ *proxima* paulo longiora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* ſubcylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum, perſiſtens.
Per. *Capſula* ſubovata, compreſſa, ventricoſa, unilocularis, bivalvis, diſſepimento contrario.
Sem. numeroſa, farinæ inſtar parva.

1045. OROBANCHE. † *Tournef.* 81. Aphyllon *Mich.* 25.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bi-ſ. quinquefidum, erectum, coloratum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* inclinatus, amplus, ventricoſus. *Limbus* patens. *Labium ſuperius* concavum, apertum, emarginatum, *Lab. inferius* reflexum, trifidum, margine inæquali: *laciniis* omnibus ſubæqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* erectæ, conniventes, limbo breviores.
Nectarium glandula ad baſin germinis.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſemibifidum, obtuſum, craſſiuſculum, nutans.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis.
Sem. numeroſa, minima. *Receptacula* quatuor, linearia, lateralia, adnata.
Obs. *Stigmatis lacinia ſingula emarginata.*

1046. HYOBANCHE. †

Cal. *Perianthium* heptaphyllum: *foliolis* linearibus, acuminatis, erectis, longitudine corollæ.
Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* fornicatum, emarginatum. *Labium inferius* nullum.

Stam. *Filamenta* quatuor, didyma, baſi corollæ inſerta, mediocria. *Antheræ* ovatæ, nutantes, dehiſcentes latere ſuperiori.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, apice curvus. *Stigma* incraſſatum, obtuſum, emarginatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis.

Sem. numeroſa, parva.

Obs. Orobanchæ *aſſociari vetat Calyx & Corolla.*

† 1047. DODARTIA. * *Tournef.* 478. — *Gærtn.* 53.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, angulis decem, tubuloſum, ſubæquale, planum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, deflexus, calyce multo longior. *Labium ſuperius* parvum, emarginatum, adſcendens. *Lab. inferius* patens, latius, trifidum, duplo longius, obtuſum: *lacinia intermedia* anguſtiore.

Stam. *Filamenta* quatuor, ad labium ſuperius adſcendentia, eoque breviora. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ, didymæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine corollæ. *Stigma* compreſſum, oblongum, obtuſum, bifidum, lamellis conniventibus.

Per. *Capſula* globoſa, bilocularis, *diſſepimento* parallelo.

Sem. numeroſa, minima. *Receptaculum* convexum, diſſepimento adnatum.

1048. SESAMUM. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, æquale, breviſſimum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis: ſumma breviore.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* ſubrotundus, longitudine fere calycis. *Faux* inflata, patens, campanulata, maxima, declinata. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* quatuor, patulis, ſubæqualibus; *quinta* infima paulo longiore, ovata, recta.

Stam. *Filamenta* quatuor, e tubo enata, corolla breviora, adſcendentia, ſetacea, quorum *duo interiora* breviora. *Rudimentum* filamenti quinti. *Antheræ* oblongæ, acutæ, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum, hirſutum. *Stylus* filiformis, adſcen-

dens, ſtaminibus paulo longior. *Stigma* lanceolatum, bipartitum: lamellis parallelis.

Per. *Capſula* oblonga, obſolete tetragona, compreſſa, acuminata, quadrilocularis.

Sem. plurima, ſubovata.

Obs. *Flos Digitalis, ſed fructus diverſiſſimus.*

† 1049. MIMULUS. * --- *Gærtn.* 53. Cynorrhynchium *Mitch.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, oblongum, priſmaticum, quinquangulare, quinqueplicatum, quinquedentatum, æquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* bilabiatus. *Lab. ſuperius* erectum, bifidum, rotundatum, lateribus reflexum. *Lab. inferius* latius trifidum, *laciniis* rotundatis: intermedia minore. *Palatum* convexum, bifidum, e baſi labii protuſum.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, intra faucem: duobus brevioribus. *Antheræ* bifido-reniformes.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ovatum, bifidum, compreſſum.

Per. *Capſula* ovalis, bilocularis, apice transverſim dehiſcens. *Diſſepimentum* membranaceum, valvulis contrarium.

Sem. plurima, parva. *Receptaculum* oblongum, diſſepimento utrinque adnatum.

† 1050. RUELLIA. * *Plum.* 2. *Dill. elth.* 248. 249. --- *Gærtn.* 54.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis, rectis, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, irregularis, *collo* patulo, inclinato. *Limbus* quinquefidus, patens, obtuſus: *laciniis* duabus ſuperioribus magis reflexis.

Stam. *Filamenta* quatuor, in dilatatione tubi poſita, per paria approximata. *Antheræ* vix tubo longiores.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum: lacinia inferiori involuta.

Per. *Capſula* teres, utrinque acuminata, bilocularis, bivalvis, elaſtice unguibus dehiſcens. *Diſſepimentum* contrarium.

Sem. nonnulla, ſubrotunda, compreſſa.

Obs. *In quibusdam Rudimentum ſtaminis quinti.* S.

† 1051. BARLERIA. † *Plum.* 31. — *Gærtn.* 54.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, perſiſtens: *foliolis* oppoſitis majoribus.
Cor. monopetala, infundibuliformis, quinquefida, ſubæqualis; lacinia quinta profundiore.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia: duobus breviſſimis, capillaribus. *Antheræ* ſuperiores oblongæ; inferiores emarcidæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Per. *Capſula* compreſſo-quadrangularis, acuta, bilocularis, bivalvis, elaſtice unguibus dehiſcens. *Diſſepimentum* contrarium.
Sem. duo, compreſſa, ſubrotunda.
Obs. *Media inter* Ruellias & Juſticias.

† 1052. DURANTA. — *Gærtn.* 57. Caſtorea *Plum.* 17. Elliſia *Brown.* 29. *f.* 11. *Læſl. it.* 174.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſubtruncatum, quinquefidum.
Cor. monopetala. *Tubus* calyce longior, ſubcurvatus. *Limbus* patulus, quinquepartitus, ſubæqualis, rotundatus.
Stam. *Filamenta* quatuor: duobus longioribus intra tubum. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce tecta, unilocularis.
Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata, bilocularia.

* 1053. MYOPORUM. † *Soland. Forſt. flor.* 44.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, erectis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, campanulata: *limbo* patente, ſubæquali, quinquepartito.
Stam. *Filamenta* quatuor . . quorum duo breviora. *Antheræ* . .
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* . . .
Per. *Bacca* . . unilocularis.
Sem. unicum ſ. duo, bilocularia.

† 1054. OVIEDA. † — *Gærtn.* 57. Valdia. *Plum.* 24.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, campanulatum, acutum, erectum, latiuſculum, breve, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* omnium longiſſimus, anguſtus, ſubcylindricus. *Limbus* brevis, trilobus, ſubæqualis.
Stam. *Filamenta* quatuor, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum, globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. *Bacca* globoſa, unilocularis, quadripartibilis, *calyci* majori, campaniformi, erecto indita.
Sem. quatuor, hinc gibba, inde angulata, unilocularia. *G.*

* 1055. MILLINGTONIA. *Linn. Suppl.* 45.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, breve. *Margo* reflexus, quinquedentatus.
Cor. monopetala, regularis. *Tubus* longiſſimus, filiformis. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, integris.
Stam. *Filamenta* quatuor, ad latus ſuperius corollæ, limbo breviora, quorum duo breviora, filiformia. *Antheræ* per paria approximatæ, bipartitæ: *loculo* exteriori oblongo, recto, obtuſo, longitudinaliter dehiſcente; minori e baſi majoris emiſſo, ſubulato, incurvo.
Pist. *Germen* lineare. *Stylus* filiformis, flore longior. *Stigma* ovatum, bivalve: *valvulis* æqualibus, ovatis, planis, ſubpatentibus.
Per. *Siliqua?*
Sem. . . .

1056. VOLKAMERIA. * — *Gærtn.* 56. Duglaſſia *Houſt. Rel.* 13.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquefidum, ſubæquale, acutum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce duplo longior. *Limbus* quinquepartitus, ſubæqualis, planus: *laciniis* ad alterum latus reflexis, dehiſcentibus maxime latere ſuperiore.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longiſſima, ad latus hians corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* tetragonum. *Stylus* filiformis, longitudine

fere ſtaminum. *Stigma* bifidum: lacinia altera acuta, altera obſoleta.

Per. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis, quadriſulca.

Sem. *Nux* ſolitaria, bilocularis, ſulcata.

† 1057. CLERODENDRON. † *Burm. zeyl.* 29. — *Gærtn.* 57.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, campanularum: *laciniis* ovato-acutis, tubo corollæ latioribus, perſiſtentibus.

Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* tenuis, longus. *Limbus* quinquepartitus, æqualis: *laciniis* ſuperioribus profundius ſeparatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, corolla multo longiora, inter lacinias corollæ maxime hiantes, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* figura, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* (*Bacca*) ſubrotunda, calyci magno impoſita, unilocularis.

Sem. *Nuces* quatuor, hinc convexæ, inde angulatæ, unilaculares.

* 1058. THUNBERGIA. *Linn. Suppl.* 46. *Thunberg. nov. gen. pl.* 22.

Cal. *Perianthium* duplex: *exterius* diphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, quinquenerviis, longitudine fere tubi; *interius* monophyllum, multipartitum: *laciniis* circiter duodecim, ſubulatis, perianthio exteriori triplo brevioribus.

Cor. monopetala, campanulata. *Tubus* ſenſim ampliatus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* æqualibus, ovatis, obtuſiſſimis, tubo triplo brevioribus.

Stam. *Filamenta* quatuor, tubo ſupra baſin inſerta, inæqualia: duobus inferioribus brevioribus, duobus ſuperioribus; tubo breviora. *Antheræ* ovatæ, adnatæ.

Pist. *Germen* ſuperum. *Stylus* filiformis, tubo paullo brevior, erectus. *Stigma* bilobum.

Per. *Capſula* globoſa, roſtrata, glabra, bilocularis, longitudinaliter dehiſcens. *Roſtrum* compreſſum, ſulcatum, lineare, obtuſum. *Diſſepimentum* obovatum, emarginatum, ſub apice foramine perforatum, lateribus membranaceum, perſiſtens.

Sem. in ſingulo loculamento bina, reniformia, rugoſa, hinc convexa, inde concava ſulco longitudinali.

Obs. *In multis cum Barleriis convenit. Linn. Cal. exterioris foliola a Celeb. Thunbergio Bracteæ appellantur.* S.

* 1059. CASTILLEJA. *Linn. Suppl.* 47.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, longitudinaliter hians, coloratum.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* longius, canaliculatum, ſubfoliatum, calyce ſuffultum; *inferius* glandulis duabus, tubulosis, trifidis, minutiſſimis.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ, quorum duo breviora. *Antheræ* ſingulis filamentis duæ? altera altiore.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, corollam æquans. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, compreſſa, bilocularis. *Diſſepimentum* oppoſitum.

Sem. numeroſiſſima, minima.

1060. VITEX. * *Tournef.* 373. — *Gærtn.* 56.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, cylindraceum, breviſſimum, quinquedentatum.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, tenuis. *Limbus* planus, bilabiatus. *Labium ſuperius* trifidum: *lacinula media* latiori; *Lab. inferius* trifidum: *lacinula media* majore.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, tubo paulo longiora, quorum *duo* reliquis breviora. *Antheræ* verſatiles.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, ſubulata, patentia.

Per. *Bacca* globoſa, quadrilocularis.

Sem. ſolitaria, ovata.

* 1061. AMASONIA. *Linn. Suppl.* 48. Taligalea *Aubl.* 252?

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, acutum, æquale, perſiſtens.

Cor. monopetala, tubuloſa, calyce longior. *Limbus* quinquefidus, ſubæqualis, patens, parvus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ad latus ſuperius corollæ, eaque longiora, apice incurva; quorum duo breviora. *Antheræ* ovales, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſitu & figura ſtaminum. *Stigmata* duo, acuta.
Per. nullum. (?)
Sem. *Nux* ovata, longitudine calycis, unilocularis.
Obs. Taligalea *Aubl. cum* Amaſonia *Linn. in omnibus convenit, excepto fructu, qui, ſecundum Aubletium, eſt* Drupa *calyce longior (ex figura,) unilocularis, continens* Nuculas *duas hemiſphæricas, uniloculares. Anne forte Linneus tantum vidit fructum imperfectum?*

1062. BONTIA. † *Plum.* 23. *Dill. elth.* 49. *f.* 57.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *foliolis* obtuſis, erectis; perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longus, cylindraceus. *Limbus* dehiſcens. *Labium ſuperius* erectum, emarginatum; *Lab. inferius* revolutum, ſemitrifidum, magnitudine ſuperioris.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ad labium ſuperius inclinata, longitudine corollæ: *duo* reliquis altiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, obtuſum.
Per. *Drupa* ovata, apice obliquo.
Sem. *Nux* ovalis, unilocularis, germinans.

1063. AVICENNIA. *Jacq. amer.* 178. *t.* 112.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens: *foliolis* ſubovatis, obtuſis, concavis, erectis; auctum ſquamis tribus.
Cor. monopetala. *Tubus* campanulatus, brevis. *Limbus* bilabiatus. *L. ſuperiore* quadrato, emarginato, plano; *L. inferiore* trifido: *laciniis* ovatis, æqualibus, planis.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, quorum duo anteriora paullo breviora, ad labium ſuperius reflexa. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum: lacinia inferiore deflexa.
Per. *Capſula* coriacea, rhomboidea, compreſſa, unilocularis, bivalvis.
Sem. unicum, magnum, figura capſulæ, conſtructum ex lamellis quatuor carnoſis, germinans.

† 1064.

† 1064. COLUMNEA. † *Plum.* 33. *Swartz. prodr.* 93. Achimenes *Brown.* 30 *f.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, basi subventricosum: *laciniis* erectis, lanceolatis, persistentibus.

Cor. monopetala, ringens, villosa. *Tubus* longus, superne basi gibbus. *Limbus* bilabiatus. *Labium superius* rectum, emarginatum. *Lab. inferius* tripartitum: *laciniis* lateralibus lanceolatis, intermedia longiore profundius separata, lanceolata.

Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo longiora, sub labio superiore recondita. *Antheræ* simplices, connexæ in coronulam.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine labii superioris. *Stigma* bifidum, obtusum.

Per. *Capsula* bilocularis, ovata.

Sem. numerosa, parva. *Receptaculo* maximo incumbentia.

Obs. Corollæ *labium superius modo integrum, modo bifidum, modo bipartitum. Cal. 5phyllus. Swartz.*

† 1065. ACANTHUS. * *Tournef.* 80. --- *Gærtn.* 54.

Cal. *Perianthium foliolis* trium parium alternantium, inæqualibus, persistentibus.

Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* brevissimus, barba clausus. *Labium superius* nullum; *Labium inferius* maximum, planum, rectum, latissimum, trilobum, obtusum, longitudine labii superioris calycis.

Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, corollæ breviora: *duo superiora* paulo longiora recurvata, apice incurvata. *Antheræ* oblongæ, compressæ, obtusæ, laterales parallelæ, anterius villosæ.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, acuta, lateralia.

Per. *Capsula* subovata cum acumine, bilocularis, bivalvis: *dissepimento* contrario. *Ungues* alterni, curvi, dissepimento adnati.

Sem. ovatum, gibbum, unum alterumve.

* 1066. ALECTRA. *Thunb. nov. gen. pl.* 81.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *labio* superio-

ri bifido, inferiori trifido; *laciniis* ovatis, obtusis, tubo brevioribus.

Cor. monopetala, tubulosa. *Tubus* sensim parum ampliatus. *Limbus* patens, quinquepartitus: *laciniis* lato-lanceolatis, obtusis.

Stam. *Filamenta* quatuor, tubo inserta, filiformia, barbata, longitudine tubi; quorum duo paullo breviora. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine filamentorum. *Stigma* incurvum, stylo paullo crassius ejusdemque longitudine, utrinque striatum.

Per. *Capsula* ovata, obtusa, didyma, glabra, bilocularis, bivalvis.

Sem. solitaria, ovata.

† 1067. PEDALIUM. *Dav. v. Royen. Rottbœll. Coll. hafn. 2. p. 255. Gærtn. 58.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum, persistens: *lacinia* summa brevissima; infimis longioribus.

Cor. monopetala, subringens. *Tubus* trigonus, ventre plano. *Limbus* quinquefidus, amplus, obliquus: *laciniis* rotundatis: summis minoribus; infima ampliore.

Stam. *Filamenta* quatuor, basi glandulosо-pilosa, tubo breviora: duobus brevioribus. *Antheræ* cordatæ, didymæ, glandula terminatæ. *Rudimentum* filamenti quinti, inter stamina breviora, anthera minima. *Rottb.*

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* bifidum: *lacinia* superiore reflexa, inferiore revoluta. *Rottb.*

Per. *Drupa* exsucca, ovato-pyramidata, tetragona, angulis quatuor versus basin spinosis.

Sem. *Nux* fibris osseis varie implexis tecta, quadrialata, bilocularis. *Nuclei* gemini, oblongi, *arillo* vestiti: quorum alter inferior. *Loculus* vacuus, sub fertilibus. *Gærtn.*

† 1068. MELIANTHUS. * *Tournef. 245. Herm. lugdb. 415.*

Cal. *Perianthium* magnum, quinquepartitum, coloratum, inæquale: *Laciniis duabus superioribus* oblongis, erectis. *Lac. infima* brevissima, sacciformi, deorsum gibba. *Lac. intermediis* oppositis interioribus, lanceolatis; summis simplicibus, erectis.

Cor. *Petala* quatuor, lanceolato-linearia, apicibus reflexis,

parallelo-patentia, extrorſum verſa, labium inferius (uti calyx ipſe ſuperius) conſtituentia, lateribus in medio connexa.

Nectarium monophyllum, intra infimam laciniam calycis poſitum, eique cum receptaculo adnatum, breviſſimum, lateribus compreſſum, margine inciſum, dorſo deorſum ſpectans.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, longitudine calycis; quorum *duo inferiora* breviora, baſi coalita. *Antheræ* cordato-oblongæ, a parte antica quadriloculares.

PIST. *Germen* tetragonum, gibbum, quadridentatum. *Stylus* erectus, ſubulatus, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* quadrifidum: lacinula ſumma majore.

PER. *Capſula* quadrangularis, ſemiquadrifida, angulis acutis diſtantibus, *loculis* inflatis, *diſſepimentis* in centro apertis pro receptaculo ſeminum, dehiſcens inter angulos.

SEM. quaterna, ſubgloboſa, centro capſulæ adnexa.

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA

TETRADYNAMIA. * *Cruciformes.* Tournef. *Siliculoſæ & Siliquoſæ.* Raj.

Calyx. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, obtuſis, conniventibus, baſi deorſum gibbis, oppoſitis paribus, deciduis.

Calyx hic nectarium eſt, hinc baſi ſæpe gibbus.

Corolla cruciformis. *Petala* quatuor, æqualia: *ungues* plano-ſubulati, erecti, calyce fere longiores. *Limbus* planus: *Laminis* extrorſum latioribus, obtuſis, lateribus ſe invicem vix tangentibus.

Inſertio petalorum eſt in eodem cum ſtaminibus circulo.

Stamina. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, quorum *duo oppoſita* longitudine calycis; *quatuor reliqua* paulo longiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongiuſculæ, acuminatæ, baſi craſſiores, erectæ, apicibus extrorſum reclinatis.

Nectariferæ glandulæ in variis & diverſis generibus, vario ſeſe modo offerunt, ſtaminibus adſident, & præſertim filamentis brevioribus affiguntur ad eorum baſin, quas ne comprimant, ſæpius incurvantur, & ſic breviora evadunt duo iſta filamenta.

Pistillum. *Germen* ſuperum, quotidie altius accreſcens. *Stylus* longitudine ſtaminum longiorum, vel nullus. *Stigma* obtuſum.

Pericarpium. *Siliqua* bivalvis, ſæpe bilocularis, a baſi ad apicem dehiſcens, diſſepimento ad apicem extra valvulas prominulo, quod ſtyli vices antea geſſit.

Semina ſubrotunda, nutantia, alternatim & longitudinaliter diſſepimento immerſa. *Receptaculum* lineare, diſſepimentum ambiens, & futuris pericarpii immerſum.

Obs. *Hæc Claſſis eſt vere Naturalis, & aſſumta fuit pro Naturali ab omnibus, & conſummatiſſimis Syſtematicis: tamen apud Singulos unum alterumve ſæpius genus contra Naturam additum fuit; heic vero nullum, niſi forte Cleome.*

Plantæ in hac claſſe Antiſcorbuticæ ab omnibus dicuntur; ſapor plerisque acer cum aquoſo mixtus.

Diſtinguitur ab omnibus bifariam in ea genera, quæ gaudent Pericarpio:

α. Siliculoſo *i. e. ſubrotundo, Styloque inſtructo, ſæpius ſiliculæ longitudine.*

β. Siliquoſo *i. e. longiſſimo, Styloque vix notabili prædito.*

TETRADYNAMIA

I. SILICULOSA.

1069. *Myagrum.*
1070. *Bunias.*
1071. *Crambe.*
1072. *Isatis.*
1073. *Vella.*
1074. *Anastatica.*
1075. *Subularia.*
1076. *Draba.*
1077. *Lepidium.*
1078. *Thlaspi.*
1079. *Cochlearia.*
1080. *Iberis.*
1081. *Alyssum.*
1082. *Clypeola.*
1083. *Peltaria.*
1084. *Biscutella.*
1085. *Lunaria.*

II. SILIQUOSA.

1086. *Ricotia.*
1087. *Dentaria.*
1088. *Cardamine.*
1089. *Sisymbrium.*
1090. *Erysimum.*
1091. *Cheiranthus.*
1092. *Heliophila.*
1093. *Hesperis.*
1094. *Arabis.*
1095. *Turritis.*
1096. *Brassica.*
1097. *Sinapis.*
1098. *Raphanus.*
1099. *Cleome.*

I. SILICULOSA.

1060. MYAGRUM. *Tournef.* 99.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, dehiſcentibus, coloratis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, ſubrotunda, obtuſa; *unguibus* anguſtis.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: horum *quatuor oppoſita* paulo longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis, *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* obcordata, ſubcompreſſa, integra, rigida, apice ſtylo rigido conico terminata, bivalvis: *loculis quibusdam ſæpe vacuis.*

Sem. ſubrotunda.

Obs. Myagri T. Pericarpium *uniloculare*, *duobus loculis vacuis in ſummitate*, *unico ad baſin ſeminifero.* Semen *unicum.*

Alyſſi ſp. T. Pericarpium *biloculare.* Semina *nonnulla.*

1070. BUNIAS. * Erucago *Tournef.* 103.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, patentibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, calyce duplo longiora: *unguibus* attenuatis, erectis.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: horum *duo oppoſita* paulo breviora. *Antheræ* erectæ, baſi bifidæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* irregularis, ovato-oblonga, tetraëdra, angulis uno alterove acumine, non dehiſcens, decidua.

Sem. pauca, ſub ſingulo acumine ſiliculæ ſingula, ſubrotunda.

1071. CRAMBE. * *Tournef.* 100. Rapiſtrum *Tournef.* 99.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, canaliculatis, patentiuſculis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* magna, obtuſa, lata, patentia; *unguibus* erecto-patulis, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* ſex: *duo* longitudine calycis: *quatuor* longiora apice bifido. *Antheræ* ſimplices, in ramo exteriori filamentorum.

Glandula mellifera intra corollam & ſtamina longiora utrinque.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* craſſiuſculum.
Per. *Bacca* ſicca, globoſa, unilocularis, decidua.
Sem. unicum, ſubrotundum.
Obs. *Character eſſentialis in filamentis apice bifidis conſiſtit.*

1072. ISATIS. * *Tournef.* 100.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, patentiuſculis, coloratis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, obtuſa, patentia, ſenſim attenuata in *ungues*.
Stam. *Filamenta* ſex, erecto-patentia, longitudine corollæ: horum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.
Pist. *Germen* oblongum, anceps, compreſſum, longitudine breviorum ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, capitatum.
Per. *Silicula* oblonga, lanceolata, obtuſa, compreſſa, anceps, unilocularis, non dehiſcens, bivalvis: *valvulis* naviculatibus, compreſſis, carinatis, decidua.
Sem. unicum, ovatum, intra centrum pericarpii.

1073. VELLA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum, cylindraceum: *foliolis* linearibus, obtuſis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformi. *Petala* obovata, patentia: *unguibus* longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis; horum *duo* oppoſita paulo breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* conicus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Silicula* globoſa, integra, bilocularis, diſſepimento ſiliculâ duplo majore, extra ſiliculam ovato, erecto.
Sem. nonnulla, ſubrotunda.
Obs. V. Pſeudo-Cytiſus *gerit Filamenta quatuor majora caſtrata & per paria coadunata.*

1074. ANASTATICA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, erectis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, plana, patentia: *unguibus* calycis fere longitudine, patentioribus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis, erecto-patentia: horum *duo oppoſita* incurva magis & breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* bifidum, minimum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* capitatum.

Per. *Silicula* breviſſima, bilocularis: *Diſſepimentum* deſinens in mucronem ſubulatum, obliquum, ſilicula ipſa longiorem. *Valvulæ* parallelæ, a dimidia parte inferiore conficientes loculum, a ſuperiore vero exſtantes, rotundatæ, concavæ, dehiſcentes, obliquæ (hinc figuram pedis pecoris biungulati repræſentat Pericarpium.)

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

Obs. A. ſyriaca: *Silicula ovata minime biſida eſt.*

1075. SUBULARIA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentiuſculis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, integra, calyce paulo majora.

Stam. *Filamenta* ſex, corolla breviora: horum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſilicula brevior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* ovata, ſubcompreſſa, integra, ſtylo inſtructa breviſſimo, bilocularis: *diſſepimento* valvulis contrario: *valvulis* ovatis, concavis.

Sem. nonnulla, minutiſſima, ſubrotunda.

1076. DRABA. * *Dill. gen.* 122.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, patentiuſcula: *unguibus* minutiſſimis.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: horum *quatuor oppoſita* paulo longiora, erecto-patentia. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, planum.

Per. *Silicula* ovali-oblonga, compreſſa, integra, ſtylo deſtituta, bilocularis: *diſſepimento* valvis parallelo: *valvulis* plano-concavis.

Sem. plura, parva, ſubrotunda.

Obs. *In aliis Petala ad ungues usque bipartita, in aliis modo apice emarginata, in aliis integerrima.*

Eſſentialis character conſiſtit in Silicula ex ovali oblonga compreſſa, ſtylo fere deſtituta: hinc ab Alyſſo, Subularia & Lunaria facile diſtinguitur.

1077. LEPIDIUM. * *Tournef.* 103. Naſturtium *Tournef.* 102.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, calyce duplo longiora: *unguibus* anguſtis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis, horum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* cordatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* cordata, emarginata, compreſſa, margine acuta, bilocularis: *valvulis* navicularibus, carinatis, *diſſepimento* lanceolato contrariis.

Sem. nonnulla, ovato-acuminata, baſi anguſtiora, nutantia.

Obs. Naſturtii T. *Pericarpium margine acutius, ſæpius apice magis emarginatum.*

Lepidii T. *Pericarpium margine obtuſum, non emarginatum apice.*

Iberis *flore diandro gaudet, in hac claſſe inſueto; ruderale etiam apetalo, & alpinum flore tetrandro.*

1078. THLASPI. * *Tournef.* 101. F. G. H. I. K. L. *Dill. gen.* 6. Burſa Paſtoris *Tournef.* 103.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.

Cor. tetraphylla, cruciformis. *Petala* obovata, calyce duplo longiora: *unguibus* anguſtis.

Stam. *Filamenta* ſex, corolla dimidio breviora, horum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* acuminatæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum, emarginatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* compreſſa, obcordata, emarginata, ſtylo longitudine emarginaturæ, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato; *valvulis* navicularibus, marginato-carinatis.

Sem. plura, nutantia, futuris affixa.

Obs. Burſæ paſtoris T. *Silicula obcordata, margine deſtituta.*

Thlaſpi T. *Silicula obcordata, margine acuto cincta.*

1079. COCHLEARIA. * *Tournef.* 101.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, dehiſcentibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, patentia, calyce *duplo* majora: *unguibus* anguſtis, calyce brevioribus, patulis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis: horum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* obtuſæ compreſſæ.

Pist. *Germen* cordatum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* cordata, gibba, turgida, emarginata, ſtylo inſtructa, bilocularis, ſcabra: *valvulis* gibbis obtuſis.

Sem. quatuor circiter in ſingulo loculo.

1080. IBERIS. * *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* obovatis, concavis, patentibus, parvis, æqualibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, inæqualis. *Petala* obovata, obtuſa, patentia, *unguibus* oblongis, erectis: horum *duo exteriora proxima* Petala longe majora, inter ſe æqualia; *duo interiora* minima, reflexa.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo lateralia* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* erecta, ſuborbiculata, compreſſa, emarginata, margine acuto cincta, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato; *valvulis* navicularibus, compreſſis, carinatis.

Sem. nonnulla, ſubovata.

Obs. J. rotundifolia *floribus fere æqualibus*, & *Silicula ſubquadrangulari*. R.

1081. ALYSSUM. * *Tournef.* 104. Alyſſoides *Tournef.* 104. Veſicaria *Tournef.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, obtuſis, conniventibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, calyce breviora, patentiſſima: *unguibus* longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: horum *duo oppoſita* paulo breviora, denticulo notata. *Antheræ* erecto-patentes.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, germine longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* ſubgloboſa, emarginata, ſtylo longitudine ſiliculæ inſtructa, bilocularis: *diſſepimento* elliptico; *valvulis* elliptico-hemiſphæricis.

Sem. nonnulla, orbiculata, receptaculis filiformibus, ad apicem ſiliculæ egreſſis affixa.

Obs. Petala *in aliis emarginata ſunt, in aliis vero integra.* Silicula *in aliis ventricoſa, in aliis compreſſa (non vero oblonga) eſt.*

Eſſentialis character conſiſtit in filamentis *minoribus denticulo introrſum baſi inſerto.*

1082. CLYPEOLA. * Jonthlaſpi *Tourneſ.* 99.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum; *foliolis* ovato-oblongis, perſiſtentibus.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, integra: *unguibus* calyce paulo longioribus.

Stam. *Filamenta* ſex, corolla breviora: horum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* orbiculata, emarginata, plano-compreſſa, erecta, decidua, bivalvis: *valvulis* orbiculatis.

Sem. orbiculata in centro pericarpii.

Obs. C. Jonthlaſpi *ſtamina denticulo notata, ut Alyſſi.* R.

1083. PELTARIA. *Jacq. vind.* 260.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erectis, coloratis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, integra, plana: unguibus calyce brevioribus.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata: horum duo oppoſita breviora, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* brevis. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Silicula* integra, ſuborbiculata, compreſſo-plana, unilocularis, non dehiſcens.

Sem. unicum, ſubrotundum, compreſſo-planum, emarginatum.

1084. BISCUTELLA. * Thlaſpidium *Tourneſ.* 101.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, acuminatis, baſi gibbis, coloratis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, obtuſa, patentia.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine tubi corollæ: horum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* compreſſum, orbiculatum, emarginatum. *Stylus* ſimplex, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Silicula* erecta, compreſſo-plana, ſemibifida lobis ſubrotundis, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato, in ſtylum rigidum terminato: *loculis* bivalvibus, diſſepimento (margine ſuo recto) affixis.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, in medio loculi poſita.

Obs. *Calycis duo foliola exteriora, in quibusdam ſpeciebus baſi tubulato-concava mellifera prominente gaudent.*

1085. LUNARIA. * *Tournef.* 105.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, obtuſis, conniventibus, deciduis, quorum *duo alterna* baſi gibba ſaccataque.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* integra, obtuſa, magna, longitudine calycis, deſinentia in ejusdem longitudinis *ungues*.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis: horum *quatuor* longitudine calycis, *duo* vero paulo breviora. *Antheræ* erecto-patentes.

Pist. *Germen* pedicellatum, ovato-oblongum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtuſum, integrum.

Per. *Silicula* elliptica, compreſſo-plana, integra, erecta, maxima, pedicellata, ſtylo terminata, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvulis parallelo, & æquali, plano.

Sem. nonnulla, reniformia, compreſſa, marginata, in medio ſiliculæ poſita: *Receptaculis* filiformibus, longis, ſuturis lateralibus inſertis.

II. SILIQUOSA.

1086. RICOTIA. *

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* oblongis, parallelo-adproximatis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obcordata, patentia.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine tubi: horum duo oppoſita paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, acutæ.

Pist. *Germen* cylindricum, longitudine ſtaminum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* acutum.

Per. *Siliqua* lanceolato-ovalis, unilocularis, bivalvis: *valvulis* planis.

Sem. quatuor circiter, orbiculata, compreſſa.

1087. DENTARIA. * *Tournef.* 110.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, longitudinaliter conniventibus, obtusis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* subrotunda, obtusa, vix emarginata, plana, definentia in *ungues* longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* sex, subulata, longitudine calycis, horum *duo* breviora. *Antheræ* cordato-oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, longitudine staminum. *Stylus* brevissimus, crassus. *Stigma* obtusum, emarginatum.

Per. *Siliqua* longa, teres, bilocularis, bivalvis, elastice dissiliens valvulis revolutis: *dissepimento* valvis paulo longiore.

Sem. plura, subovata.

1088. CARDAMINE. * *Tournef.* 109.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, obtusis, subpatulis, gibbis, parvis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblongo-obovata, patentissima, definentia in *ungues* erectos, calyce duplo longiores.

Stam. *Filamenta* sex, subulata: horum *duo opposita* longitudine dupla calycis, *reliqua* vero paulo longiora. *Antheræ* parvæ, cordato-oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* tenue, cylindraceum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuso-capitatum, integrum.

Per. *Siliqua* longa, cylindraceo-compressa, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dehiscendo spiraliter revolventibus.

Sem. plurima, subrotunda.

Obs. *Datur species staminibus duobus istis minoribus sæpius destituta, & alia Petalis destituta. In* C. petræa *siliquæ valvulæ a basi quidem dehiscunt, non vero revolvuntur.*

1089. SISYMBRIUM. * *Tournef.* 109. Radicula *Dill. gen.* 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, patentibus, coloratis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, patentia, calyce sæpius minora, unguibus minimis.

Stam. *Filamenta* sex, calyce longiora: horum *duo opposita* paulo breviora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* oblongum, filiforme. *Stylus* vix ullus. *Stigma* obtusum.

Per. *Siliqua* longa, incurva, gibba, teres, bilocularis, bivalvis; *valvulis* dehiſcendo rectiuſculis: *diſſepimento* valvis paulo longiore.

Sem. plurima, parva.

Obs. Sophia *corollam calyce breviorem gerit, & ſiliquam tenuiſſimam longiſſimam.*

Radiculæ D. *ſiliquam gibbam breviſſimam proferunt ut S. ſylveſtre & amphibium.*

1090. ERYSIMUM. * *Tournef.* 111.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, parallelo-conniventibus, coloratis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, plana, apice obtuſiſſima: *unguibus* longitudine calycis, erectis.

Nectarifera glandula duplex intra filamentum brevius.

Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: horum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* lineare, tetragonum, longitudine ſtaminum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum, perſiſtens, parvum.

Per. *Siliqua* longa, linearis, ſtricta, exacte tetragona, bivalvis, bilocularis.

Sem. plurima, parva, ſubrotunda.

1091. CHEIRANTHUS. * Leucojum *Tournef.* 107.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, compreſſum: *foliolis* lanceolatis, concavis, erectis, parallelo-conniventibus, deciduis: quorum *duo exteriora* baſi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, calyce longiora: *unguibus* longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, parallela, longitudine calycis: horum *duo* intra foliola calycina gibba, paulo breviora. *Antheræ* erectæ, baſi bifidæ, apice acutæ & reflexæ.

Nectarifera glandula cingit baſin ſtaminis minoris utrinque.

Pist. *Germen* priſmaticum, tetragonum, longitudine ſtaminum, tuberculo utrinque notatum. *Stylus* breviſſimus, compreſſus. *Stigma* oblongum, bipartitum, reflexum, craſſiuſculum, perſiſtens.

Per. *Siliqua* longa, compreſſa, angulis duobus oppoſitis obliteratis, denticulo notatis, bilocularis, bivalvis, Stylo breviſſimo & Stigmate bifido erecto inſtructa.

Sem. plurima, pendula, alterna, ſubovata, plana, margine membranacea.

Obs. *Denticulus utrinque germini inſidens, in aliis fere evaneſcit, in aliis accreſcit.*

C. tricuſpidati *Siliquæ apex tricuſpidatus.*

C. eryſimoidis *Siliqua tetragona.*

1092. HELIOPHILA. * *Nic. Burmanno auctore. in Nov. Act Upſal. vol. 1. p. 94. t. 7.* Chamira *Thunb. nov. gen.* 48.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* patentibus, oblongis, concavis, margine membranaceis, deciduis: exterioribus duobus baſi veſiculoſis.

Cor. tetrapetala, cruciformis: *Petala* ſubrotunda, plana, ſeſſilia.

Nectaria duo e receptaculo, recurva verſus calycis veſiculam.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, longitudine calycis, duobus oppoſitis paulo brevioribus. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* cylindricum. *Stylus* germine brevior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Siliqua* teres, ſubtoruloſa, mucronata, bilocularis, bivalvis.

Sem. plura.

1093. HESPERIS. * *Tournef.* 108.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, parallelo-conniventibus, ſuperne incumbentibus, inferne dehiſcentibus, deciduis: quorum *duo oppoſita* baſi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, longitudine calycis, parum reflexa oblique contra morum ſolis, deſinentia in *ungues* attenuatos, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine tubi; horum *duo* dimidio breviora. *Antheræ* lineares, erectæ, apice reflexæ.

Glandula mellifera acuminata, inter ſtamen brevius germenque collocata, idemque ſtamen dein cingens.

Pist. *Germen* longitudine calycis, priſmaticum, tetragonum. *Stylus* nullus. *Stigma* bipartitum, introrſum ſitum, oblongum, erectum, baſi bifurcatum, apice connivens, marceſcens.

PER. *Siliqua* longa, compreſſo-plana, ſtricta, bilocularis, bivalvis: *valvis* longitudine diſſepimenti.
SEM. plurima, ovata, compreſſa.
OBS. H. laceræ *ſiliquæ nodoſæ tricuſpidatæ*. R.

1094. ARABIS. *

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: *foliolis* parallelo-conniventibus: *duobus oppoſitis* majoribus, ovato-oblongis, acutis, baſi prominulis, gibbis, concavis: *duobus reliquis* linearibus, erectis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovata, patentia, deſinentia in *ungues* longitudine calycis.
Nectaria quatuor: *ſingulum* ex ſquamula intra fundum folioli calycini, receptaculo affixa, reflexa, perſiſtente.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: horum *duo* longitudine calycis; *quatuor* duplo longiora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
PIST. *Germen* teres, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, integrum.
PER. *Siliqua* compreſſa, longiſſima, linearis, torulis ad ſemina inæqualis: *valvulis* longitudine ferme diſſepimenti.
SEM. plurima, ſubrotunda, compreſſa.
OBS. *Nectaria & Stigma neque Cheiranthum, neque Heſperidem eſſe demonſtrant.*

1095. TURRITIS. * *Tournef. Dill. gen.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, parallelo-conniventibus, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovato-oblonga, obtuſa, erecta, integra: *unguibus* erectis.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, longitudine tubi: horum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* longitudine floris, teres, ſubcompreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.
PER. *Siliqua* omnium longiſſima, ſtricta, tetragona, angulis oppoſitis alternis obſoletis & ſubcompreſſis, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento vix æqualibus.
SEM. numeroſiſſima, rotundiuſcula, emarginata.

1096. BRASSICA. * *Tournef.* 106. Rapa *Tournef.* 113.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* lanceolato-linearibus, concavo-canaliculatis, baſi gibbis, erectis, parallelis, deciduis.

COR.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubovata, plana, patentia, integra, ſenſim attenuata in *ungues* longitudine fere calycis.

Glandulæ nectariferæ quatuor ovatæ: quarum *una* utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: horum *duo oppoſita* longitudine calycis: *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erectæ, acuminatæ.

Pist. *Germen* teres, longitudine ſtaminum. *Stylus* brevis, craſſitie germinis. *Stigma* capitatum, integrum.

Per. *Siliqua* longa, teretiuſcula, depreſſa utrinque: *diſſepimento* apice prominente tereti, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento brevioribus.

Sem. plura, globoſa.

Obs. Napus T. *facie vix a Rapa differt.*

Rapa T. *Calyx corollæ concolor.*

Braſſica P. *Calyx virescens.*

1097. SINAPIS. * Sinapi *Tournef.* 112.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, patens: *foliolis* linearibus concavo-canaliculatis, cruciformi-patentibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, plana, patentia, integra: *unguibus* erectis, linearibus longitudine vix calycis inſidentia.

Glandulæ nectariferæ quatuor, ovatæ: quarum *una* utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum, & *una* utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: horum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erecto-patentes, acuminatæ.

Pist. *Germen* teres. *Stylus* longitudine germinis, altitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, integrum.

Per. *Siliqua* oblonga, inferne toroſa, ſcabra, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvulis duplo ſæpius longiore, magno, compreſſo.

Sem. plura, globoſa.

Obs. *Hinc* Sinapis *Calyce patente, unguibus tamen Corollæ erectis a Braſſica differt.*

1098. RAPHANUS. * *Tournef.* 114. Raphaniſtrum *Tournef.* 115.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, parallelis, conniventibus, deciduis, baſi gibbis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obcordata, patentia: *ungues* calyce paulo longiores.

Glandulæ nectariferæ quatuor: unica utrinque inter ſtamen breve & piſtillum; *unica* vero utrinque inter ſtamina longiora & calycem.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: horum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longitudine unguium corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, ventricoſum, attenuatum, longitudine ſtaminum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, integrum.

Per. *Siliqua* oblonga cum acumine, torulis ventricoſa, ſubarticulata, teres.

Sem. ſubrotunda, glabra.

Obs. Raphani T. *fructus ſpongioſus, biloculari, non dehiſcens.*

Raphaniſtri T. *fructus articularis, diſcedens ſecundum articulos.*

1099. CLEOME. * — *Gærtn.* 76. Sinapiſtrum *Tournef.* 116.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, minimum, patens: *foliolo inferiori* magis dehiſcente, deciduum.

Cor. tetrapetala. *Petala* omnia adſcendentia, patentia: quorum *intermedia proxima* reliquis minora.

Nectariferæ Glandulæ tres, ſubrotundæ ad ſingulam diviſuram calycis ſingulæ, excepta unica.

Stam. *Filamenta* ſex (rarius 12. ſ. 24.), ſubulata, declinata. *Antheræ* laterales, adſcendentes.

Pist. *Stylus* ſimplex. *Germen* oblongum, declinatum, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, aſſurgens.

Per. *Siliqua* longa, cylindracea, ſtylo inſidens, unilocularis, bivalvis.

Sem. plurima, ſubrotunda.

Obs. *In quibusdam ſpeciebus Germen pedicellatum eſt & ſtamina pedicello juxta germen inſident.*

In aliis ſtamina plura quam ſex.

Classis XVI.

MONADELPHIA.

MONADELPHIÆ Character Naturalis classicus.

CALYX. *Perianthium* semper præsens, persistens, in plurimis duplicatum.

COROLLA. *Petala* quinque, obcordata, latere altero amplectente proximum contra motum Solis.

STAMINA. *Filamenta* inferne coalita, superne distincta: exteriora breviora. *Antheræ* incumbentes.

PISTILLA. *Receptaculum fructificationis* in centro floris prominet. *Germina* erecta, rotato-articulatim ambientia apicem receptaculi. *Styli* omnes coaliti inferne in unum corpus cum receptaculo, superne distincti in tot, quot germina sunt, fila. *Stigmata* patentia, tenuia.

PERICARPIUM. *Capsula* distincta, in tot locula, quot Pistilla, variæ in variis figuræ; constat hæc sæpe ex totidem Arillis connexis.

SEMINA reniformia.

OBS. Corollam *huic classi plerumque monopetalam assignavit* Tournefortius: *omnia tamen petala basi distincta sunt, licet filamentis in unum corpus coalitis cohærentia, hinc* Pentapetala *rectius dicatur.*

Divisa fuere Genera hujus classis a solo fructu, qui non sufficit: hinc ad Folia confugere necesse visum fuit plurimis. Nos genera distinguimus a Calyce, qui magni momenti est, & limites absolutos ponit.

MONADELPHIA.

I. TRIANDRIA.

1100. *Tamarindus.*
1101. *Siſyrinchium.*
1102. *Ferraria.*
1103. *Galaxia.*
1104. *Aphyteia.*

II. PENTANDRIA.

1105. *Ozophyllum.*
1106. *Symphonia.*
1107. *Lerchea.*
1108. *Waltheria.*
1109. *Hermannia.*
1110. *Melochia.*
1111. *Ochroma.*

III. OCTANDRIA.

1112. *Piſtia.*
1113. *Aytonia.*

IV. DECANDRIA.

1114. *Crinodendrum.*
1115. *Brownæa.*
1116. *Connarus.*
1117. *Hugonia.*
1118. *Geranium.*

V. DODECANDRIA.

1119. *Acia.*
1120. *Monſonia.*
1121. *Plagianthus.*
1122. *Pentapetes.*
1123. *Aſſonia.*
1124. *Pteroſpermum.*

VI. POLYANDRIA.

1125. *Carolinea.*
1126. *Adanſonia.*
1127. *Bombax.*
1128. *Lagunæa.*
1129. *Sida.*
1130. *Palavia.*
1131. *Malachra.*
1132. *Althæa.*
1133. *Lavatera.*
1134. *Malva.*
1135. *Ruizia.*
1136. *Malope.*

1137. *Urena.*
1138. *Goſſypium.*
1139. *Hibiſcus.*
1140. *Pavonia.*
1141. *Achania.*
1142. *Stewartia.*
1143. *Malachodendrum.*
1144. *Gordonia.*
1145. *Camellia.*
1146. *Meſua.*
1147. *Myrodia.*
1148. *Moriſonia.*
1149. *Croſſoſtylis.*
1150. *Barringtonia.*
1151. *Guſtavia.*

I. TRIANDRIA.

1100. TAMARINDUS. † *Tournef.* 445. *Jacq. amer.* 10. *Amoen. acad.* 8. *p.* 252.

Cal. *Perianthium* monophyllum. *Tubus* turbinatus, compreſſus, inferne attenuatus, perſiſtens: ore obliquo. *Limbus* quadripartitus, deciduus: *laciniis* ovatis, acutis, planiuſculis, reflexis, coloratis: ſuperiore et inferiore paullo latioribus.

Cor. *Petala* tria, ovata, concava, acuta, crenata, undulata, reflexa, longitudine calycis, ori tubi inſerta, quorum duo lateralia paullo majora.

Stam. *Filamenta* tria, calycis orificio ad ſinum vacuum inſerta, longitudine corollæ, ſubulata, inferne ad medium usque connata, verſus corollam arcuata. *Antheræ* ovatæ, incumbentes, magnæ.

Fila quinque, (rudimenta ſtaminum,) cum filamentis alternantia, et inferne connata, ſuperne libera, ſetacea, capitata, breviſſima: duo lateralia reliquis inferiora.

Setæ duæ, infra filamenta e calyce ortæ, iisque incumbentes, minimæ.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, incurvum, inſidens pedicello, fundo calycis adnixo, ejusque tubo ſub dorſo per longitudinem adnato, extra tubum margine ſuperiore villoſo. *Stylus* ſubulatus, adſcendens, margine inferiore pubeſcens, ſtaminibus paullo longior. *Stigma* incraſſatum, obtuſum.

Per. *Legumen* oblongum, compreſſum, obtuſum cum acumine, ad ſemina toroſum, cortice veſtitum duplici: exteriore ſicco & fragili, interiore membranaceo; inter utrumque pulpa molli; uniloculare, non dehiſcens.

Sem. pauca, angulato-ſubrotunda, plano-compreſſa, nitida, dura.

1101. SISYRINCHIUM. * *Schreb. nov. Act. A. N. C.* 3. *p.* 344. *t.* 6. *Cavanill. diſſ.* 6. *p.* 344. *t.* 190--192. Bermudiana *Tournef.* 208. *Dill. elth.* 41. *f.* 49. 48. *Gærtn.* 11.

Cal. *Spatha communis* anceps, diphylla: valvulis compreſſis, acuminatis. *Propriæ* plures, lanceolatæ, concavæ, obtuſæ, unifloræ.

Cor. monopetala, ſupera, ſexpartita: *laciniis* obovatis cum acumine, erecto-patentibus: *tribus* alternis *exterioribus* paullo latioribus.

Stam. *Filamenta* tria, in tubum ſubtriquetrum, corolla breviorem, coalita, apice diſtincta. *Antheræ* inferne bifidæ, dorſo affixæ.

Pist. *Germen* obovatum, inferum. *Stylus* triqueter, longitudine tubi. *Stigmata* tria, craſſiuſcula, apice ſubulata, erecta.

Per. *Capſula* obovata, rotundato-triquetra, trilocularis, trivalvis: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. plura, globoſa.

† 1102. FERRARIA. † *Burm. nov. Act. A. N. C. 2. p. 198. t. 3. Jacq. hort. 1. p. 25. t. 63. Cavanill. diſſ. 6. p. 342. t. 189. 190.*

Cal. *Spathæ* binæ, alternæ, carinatæ, involutæ, unifloræ.

Cor. monopetala, ſupera, ſexpartita: *laciniis* oblongis, erecto-patentibus, undulato-criſpatis, maculatis: *tribus* alternis *exterioribus* latioribus.

Stam. *Filamenta* tria, in tubum cylindraceum, corolla breviorem, connata, ſuperne diſtincta. *Antheræ* ſubovatæ, didymæ.

Pist. *Germen* oblongum, triquetrum, obtuſum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* tria, profunde bifida.

Per. *Capſula* oblonga, triquetra, trilocularis, trivalvis: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. numeroſa, ſubrotunda, pulpa involuta.

* 1103. GALAXIA. *Thunb. nov. gen. pl. 50. Cavanill. diſſ. 6. p. 340. t. 189.*

Cal. *Spatha* univalvis, membranacea, connivens.

Cor. monopetala, ſupera. *Tubus* filiformis, longus, erectus, apice paullulum ampliatus. *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* obovatis, obtuſis, patentibus: tribus exterioribus *fovea nectarifera.*

Stam. *Filamenta* tria, in cylindrum connata. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* inferum, obtuſe triangulare, glabrum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus paullo longior. *Stigmata* tria, filiformi-multipartita, patentia.

PER. *Capſula* oblongo-ſubcylindrica, triſulca, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, globoſa, minima.

* 1104. APHYTEIA. † *Amoen. acad. 8. p. 312. Linn. fil. ſuppl. 48.* Hydnora. *Thunb. nov. gen. pl. 22.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemitrifidum, infundibuliforme, magnum, carnoſum, erectum, perſiſtens.
COR. *Rudimenta Petalorum* trium, calycis laciniis adnata, vel potius nulla.
STAM. *Filamenta* tria, inferne connata, brevia. *Antheræ* convexæ, cordatæ, ſtriatæ.
PIST. *Germen* inferum. *Stylus* craſſiuſculus, brevis. *Stigma* trigonum, canaliculatum.
PER. *Bacca* unilocularis.
SEM. numeroſa, nidulantia.

II. PENTANDRIA.

* 1105. OZOPHYLLUM. Ticorea *Aubl. 277. Cavanill. diſſ. 6. p. 362. t. 206.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, acutum, minimum.
COR. *Petala* quinque, *unguibus* longis in formam tubi conniventibus; *laminis* oblongis, obtuſis, patentibus.
STAM. *Filamentum* cylindricum, ſtylum vaginans, apice quinquedentatum. *Antheræ* quinque, oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* quinquelobum, glandula cinctum. *Stylus* filiformis, corolla altior. *Stigma* capitatum.
PER. quinqueloculare.
SEM. .

* 1106. SYMPHONIA. *Linn. fil. ſuppl. 49.* Moronobea *Aubl. 788. t. 313.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, minimis, patentibus.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, ſubcoriacea, concava, contorta, conniventia in globum depreſſum.
STAM. *Filamentum* cylindricum, ſtylum vaginans. *Antheræ* quinque, ovatæ, acutæ, cum ſtigmatibus alternæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* cylindricus, corolla paullo longior. *Stigmata* quinque, oblonga, acuta, patentia.
Per. *Bacca* quinquelocularis, globosa.
Sem. solitaria, subglobosa, glabra, interne planiora.

1107. LERCHEA. †

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, quinquedentatum, persistens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce longior. *Limbus* quinquepartitus, erectiusculus.
Stam. *Filamenta* vix ulla, sed tubus germinis. *Antheræ* quinque, oblongæ, tubo germinis insidentes.
Pist. *Germen* subovatum, superum, terminatum (intra corollam) tubo obtuso. *Stylus* intra tubum germinis, filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo s. tria, obtusiuscula.
Per. *Capsula* subglobosa, toruloſa, trilocularis, interdum bilocularis.
Sem. plurima.

† 1108. WALTHERIA. * *Cavanill. diss.* 6. *p.* 315. Monospermalthæa *Isnard. A.* G. 1721.

Cal. *Perianthium* (duplex: *exterius* unilaterale, triphyllum, deciduum; *Cav. interius*) monophyllum, semiquinquedum, acutum, cyathiforme, persistens.
Cor. *Petala* quinque, obcordata, patula, tubo filamentorum inferne affixa.
Stam. *Filamenta* quinque, in tubum coalita, superne libera, patula, brevia. *Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigmata* penicillata.
Per. *Capsula* obovata, unilocularis, bivalvis.
Sem. unicum, obtusum, superne latius.

1109. HERMANNIA. * *Tournef.* 432. *Dill. elth.* 147. --- *Cavan. diss.* 6. *p.* 327.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, subrotundum, inflatum: *lacinulis* inflexis, persistens.
Cor. pentapetala, spiralis contra solem: *ungues* longitudine calycis, utrinque aucti membranula connivente in tu-

bum cucullatum nectariferum. *Limbus* patens, latiuſculus, obtuſus.

Stam. *Filamenta* quinque, latiuſcula, inferne leviſſime in unum corpus coalita. *Antheræ* erectæ, acuminatæ, conniventes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, pentagonum, quinquangulare. *Styli* quinque, filiformes, approximati, ſubulati, ſtaminibus longiores. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ſubrotunda, pentagona, quinquelocularis, apice dehiſcens.

Sem. plurima, parva.

† 1110. MELOCHIA. * *Dill. elth.* 176. — *Cav diſſ.* 6. *p.* 318.

Cal. *Perianthium* (ſæpe duplex: *exterius* unilaterale, triphyllum: *interius*) monophyllum, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſemiovatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obcordata, patentia, magna.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, baſi in urceolum germen involventem, connata. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, ſubulati, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubrotunda ſ. quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis acutis: *diſſepimentis* contrariis, duplicatis.

Sem. ſolitaria, ſ. bina, hinc ſubrotunda, inde angulato-compreſſa. *Obſ. Calyx in quibusdam duplex, in aliis ſimplex. Cavanilles. S.*

* 1111. OCHROMA. *Swartz. prodr.* 97. Bombax pyramidale *Cav. diſſ.* 5. *p.* 294. *tab.* 153. *Auctore Cel. Swartzio.*

Cal. *Perianthium* duplex:

Exterius triphyllum: *foliolis* lanceolatis, caducis.

Interius monophyllum, infundibuliforme, quinquefidum.

Cor. *Petala* quinque, cuneiformia, coriacea.

Stam. *Filamentum* unicum, cylindraceum. *Antheræ* quinque, magnæ, lineares, connatæ, ſurſum & deorſum repentes.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum. *Stylus* filiformis, cy-

lindro ſtaminum veſtitus. *Stigmata* quinque, ſubulata, lata, contorta.

Per. *Capſula* coriacea, ſubcylindracea, quinqueſulcata, ſubdecemangularis, quinquelocularis, quinquevalvis: *valvulis* intus lanatis, margine revolutis; *diſſepimentis* reniformibus.

Sem. plurima, oblonga.

III. OCTANDRIA.

† 1112. PISTIA. † *Jacq. amer.* 234. Koddapail. *Plum.* 39.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, inæqualis, erecta, perſiſtens. *Tubus* brevis, germen arcte amplectens. *Limbus* cordato-ſubrotundus, ampliatus, acuminatus, integer, in medio utrinque plica laterali introrſum flexa coarctatus.

Stam. *Filamentum* teres, craſſum, obtuſum, fere perpendiculariter ortum e centro limbi corollæ, piſtillo imminens; baſi cinctum diſco membranaceo, inferne utrinque aucto fimbria dependente latitudine antherarum. *Antheræ* ſex ad octo, globoſæ, in orbem inſidentes margini filamenti ad apicem.

Pist. *Germen* ſubovatum, tubo corollæ duplo longius, adnatum dorſo petali per lineam longitudinalem incraſſatam ad originem filamenti usque pergentem. *Stylus* craſſus, erectus, filamento brevior. *Stigma* obtuſum, ſubpeltatum.

Per. *Capſula* ovata, compreſſa, unilocularis.

Sem. plurima, oblonga, apice depreſſa puncto umbilicata, horizontaliter affixa dorſo capſulæ qua corollæ adhæret.

* 1113. AYTONIA. *Linn. ſuppl.* 49. *Thunb. nov. gen. pl.* 52. *Cavanill. diſſ.* 5. *p.* 301. *t.* 159. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, quadripartitum, breve: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quatuor, erecta, æqualia, lato-ovata, concava, obtuſiſſima.

Stam. *Filamenta* octo, a baſi ad medium coalita, ſuperius libera, ſubulata, ſulcata, corolla longiora, exſerta. *Antheræ* ovatæ, ſulcatæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum, ſubangulatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Bacca* ovata, exſucca, membranacea, fragilis, quadrangularis: angulis productis, acutis, unilocularis.

Sem. globoſa, glabra, columnæ adfixa.

Obs. *Variat floribus quinqueſidis decandris. Juſſ. apud Cavanill.*

IV. DECANDRIA.

* 1114. CRINODENDRUM. *Molina Chil.* 179. *Cavanill. diſſ.* 5. *p.* 300. *t.* 158.

Cal. nullus.

Cor. campanulata. *Petala* ſex, oblonga, erecta, apice patentia.

Stam. *Filamenta* decem, erecta, inferne coalita. *Antheræ* ovatæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus paullo longior. *Stigma.*

Per. *Capſula* coriacea, obtuſe trigona, unilocularis, apice elaſtice dehiſcens.

Sem. tria, ſubrotunda.

† 1115. BROWNEA. *Jacq. amer.* 194. *Berg. Act. angl.* 1773. *p.* 175. *tab.* 8. Hermeſias *Læſl.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, inæqualiter bifidum, acutum.

Cor. *Exterior* monopetala, infundibuliformis. *Limbus* quinquefidus: *Laciniis* oblongis, concavis, obtuſis, erectis.

Interior pentapetala. *Petala* obovata, plana, obtuſa, patula, inſidentia corollæ exterioris tubo. *Ungues* longi.

Stam. *Filamenta* decem, ſ. undecim, ſubulata, alternis brevioribus, adnata tubo corollæ exterioris, coalita in cylindrum ſuperne diviſum. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum, acutum, inſidens *pedicello* adnato parieti corollæ exterioris. *Stylus* ſubulatus, erectus, corollam ſuperans. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* oblongum, compreſſum, circa diſſepimentum anguſtatum, biloculare: *diſſepimento* membranaceo.
Sem. ſolitaria, ovata, compreſſa, ſubrugoſa, fibris fungoſis obvoluta. *Bergius.*
Obs. Stamina *in* Br. coccinea *decem*, *in* Br. Roſa *undecim longiſſima Bergius A. A.* — *S.*

1116. CONNARUS. ---- *Cavanill. diſſ. 6. p. 375.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, tomentoſum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, erecta, æqualia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, baſi connexa: alternis longitudine floris; alternis breviſſimis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* oblonga, gibba, unilocularis, bivalvis.
Sem. unicum, ovatum, magnum.

† 1117. HUGONIA. † *Cavanill. diſſ. 3. p. 177. Gærtn. 58.*

Cal. *Perianthium* monophyllum: *laciniis* ovatis, acutis, concavis, coriaceis, perſiſtentibus: quarum duæ exteriores, majores.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, magna, emarginata, patentia, baſi anguſtata, unguibus tenuibus urceolo ſtaminum baſi affixa.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, æqualia, corolla breviora, inferne connata in urceolum. *Antheræ* ſubrotundæ, ſulcatæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, filiformes, ſtaminibus longiores. *Stigmata* capitata, orbiculata, plana.
Per. *Drupa* globoſa, unilocularis.
Sem. *Nux* globoſa, profunde ſtriata, decem locularis. *Nuclei* oblongi, compreſſi, dorſo arcuati. *G.*
Obs. *Perianthii laciniæ duæ exteriores totæ extus tomentoſæ. Media pariter tomentoſa, excepta parte illa qua ab exteriorum altera teguntur, glabra & nitida, ut duæ interiores, quæ tantum apice tomentoſæ ſunt. Filamenta alterna breviora erant in flore quem examinavi. Nuclei alterni ſæpe abortire videntur; hinc forſan eſt, quod cel. Cavanilles*

fructum quinquelocularem dicit. In drupa quam aperui, tamen plures quam quinque nucleos vidi. S.

† 1118. GERANIUM. * *Tournef.* 142. ---- *Gærtn.* 79. *Cavanill. diſſ.* 4. *p.* 194.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, ſ. pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obcordata ſ. ovata, patentia, magna.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, baſi in urceolum connata, apice patentia: *alterna* longiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

Pist. *Germen* quinquangulare, roſtratum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigmata* quinque, reflexa.

Per. *Capſula* pentacocca, roſtrata, loculis interne dehiſcentibus, ſingulis affixis caudæ ſ. ariſtæ terminali, longiſſimæ demum ſpirali.

Sem. ſolitaria, raro bina, ovato-oblonga.

Obs. Geranium *Riv. Corolla eſt irregulari.*

Gruinalis *Riv. Corolla æquali, & Filamentis vix manifeſte coalitis.*

G. africana *vulgo Calycibus baſi tubuloſis monophyllis. Petalis inæqualibus. Staminibus filamentis connatis, Antherisque tantum ſeptem. Seminibus ariſta plumoſa, Floribus umbellatis.*

G. cicutaria *vulgo. Floribus umbellatis; Calycibus pentaphyllis. Corollis ſubinæqualibus. Petalis glandula interſtinctis. Staminum filamentis decem, ſed alternis antheriferis. Seminibus ariſta piloſa.*

G. columbina *vulgo. Floribus conjugatis aut ſolitariis; Calycibus pentaphyllis; Petalis regularibus, glandula interſtinctis; Staminibus decem diſtinctis antheriferis; Seminibus ariſta lævi.*

V. DODECANDRIA.

* 1119. ACIA. Acioa *Aubl.* 280.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, curvum, *limbo* quinquepartito: *laciniis* ſubrotundis, patentibus; tribus (ſumma & infimis) majoribus, duabus (mediis) minoribus.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, rotundata; tria ſuperiora,

longiora, adſcendentia; *duo* inferiora breviora.

Stam. *Filamenta* duodecim, inæqualia, inferne connata in membranam linearem, carnoſam, inter petala duo minora calyci inſertam. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

Pist. *Germen* ovatum, ſupra baſin membrana ſtaminum adhærens coſtæ e fundo calycis interne prominenti. *Stylus* filiformis, curvus. *Stigma* acutum.

Per. *Drupa* ovata, fibroſa, rimoſa, magna.

Sem. *Nux* ovata, putamine fragili.

Obs. *Conf.* Conepia *Aubl.* 207.

† 1120. MONSONIA. *Ex emend. Cl. Cavanilles diſſ. 3. p. 179. 4. p. 193.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, ariſtatis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obovata, præmorſo-dentata, calyce longiora, urceoli ſtaminum baſi inſerta.

Stam. *Filamenta* quindecim, connata in corpora quinque, e tribus ſingula, omnia baſi unita in urceolum breviſſimum. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* pentagonum, breve. *Linn. Stylus* ſubulatus. *Stigmata* quinque, oblonga.

Per. *Capſula* pentagona, quinquelocularis: loculis ſingulis affixis caudæ terminali, longiſſimæ, tortili.

Sem. ſolitaria.

Obs. *Affine Geranio.*

* 1121. PLAGIANTHUS. *Forſt. gen.* 43.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, breve: *laciniis* minimis.

Cor. *Petala* quinque, ovata: duo magis approximata, a reliquis remotiora.

Stam. *Filamenta* in cylindrum connata. *Antheræ* circiter duodecim, ovatæ, confertæ in apice cylindri.

Pist. *Germen* ovatum minimum. *Stylus* filiformis, in cylindro ſtaminum latens. *Stigma* clavatum.

Per. *Bacca*. . .

Sem. . .

* 1122. PENTAPETES. *

Cal. *Perianthium* duplex:

Exterius triphyllum, unilaterale, caducum: *foliolis* linearibus, acuminatis.

Interius monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens; *la-*

ciniis lanceolatis, acuminatis, patentibus, corolla longioribus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patentia, urceolo ſtaminum affixa.

Stam. *Filamenta* quindecim, filiformia, erecta, corolla breviora, inferne in urceolum pentagonum coalita, ſuperne libera. *Antheræ* ſagittatæ, erectæ. *Ligulæ* quinque, lineari-lanceolatæ, petaliformes, erectæ, inter terna ſtamina ſingulæ, ex urceolo prodeuntes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſuperne incraſſatus, ſtriatus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigma* obſolete quinquedentatum.

Per. *Capſula* membranacea, ſubgloboſa, acuminata, quinquelocularis, quinquevalvis: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. octona, ovata, acuta, utrinque quatuor diſſepimento interius affixa.

Obs. *Calycem exteriorem, a cl. Cavanilles primum deſcriptum, jam depictum, exhibuit J. G. Müller ſpec. pl.*

* 1123. ASSONIA. *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 120. Dombeya *ib. p.* 121.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius triphyllum, unilaterale, deciduum.
Interius monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, acutis, reflexis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, baſi anguſtata, patentia, marceſcentia, urceolo ſtaminum affixa.

Stam. *Filamenta* quindecim, filiformia, erecta, corolla breviora, baſi in orceolum coalita. *Antheræ* oblongæ, ſubſagittatæ, erectæ. *Ligulæ* quinque, petaliformes, lineari-lanceolatæ, coloratæ, erectiuſculæ, inter terna ſtamina ſingulæ, ex urceolo prodeuntes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, quinqueſulcatum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigmata* quinque, recurva.

Per. *Capſula* ſubgloboſa ſ. turbinata, quinquelocularis: *loculis* ſeparabilibus, bivalvibus.

Sem. ſolitaria ſ. bina, ſubovata.

Obs. *Aſſonia differt a Pentapete, ut Sida a Lagunæa.* — Aſſonia *Cav. Perianthio exteriori monophyllo, tridentato, Stylisque quinque*, a Dombeya *Cav. Perianthio exteriori triphyllo, Stylo unico, non magis ſeparari poſſe videtur, quam Hibiſ-*

Hibiſcus tiliaceus a reliquis Hibiſcis, vel ſidæ monoſtylæ a ceteris; præſertim quum Dombeya ovata Cav. ſtylum fere ad baſin usque diviſum habeat. S.

† 1124. PTEROSPERMUM. * Pteroſpermadendron *Amm. A. Petr.* Pentapetes *Fl. Zeyl.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* coriaceis, oblongis, reflexis.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia.

Stam. *Filamenta* quindecim, linearia, baſi connata in tubum. *Antheræ* oblongæ, erectæ. *Ligulæ* quinque, longiores, coloratæ, erectiuſculæ, longitudine corollæ, inter ſingula tria ſtamina ſingulæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, pedicellatum? *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.

Per. *Capſula* pedicellata, lignoſa, ovata, quinquelocularis, loculamentis bivalvibus.

Sem. plura, oblonga, compreſſa, ala membranacea.

VI. POLYANDRIA.

* 1125. CAROLINEA. *Linn. ſuppl.* 51. Pachira. *Aubl.* 291. *Cav. diſſ.* 3. *p.* 176. *t.* 72.

Cal. *Perianthium* monophyllum campanulatum, leviter quinqueſulcatum, truncatum, breve, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, linearia, longiſſima erecta, apicem verſus recurva, acutiuſcula.

Stam. *Filamenta* numeroſa (300 — 320.), inferne connata in tubum, diviſum in radios (10 — 15) dichotomos, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* lineares, recurvæ.

Pist. *Germen* pentagonum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* quinque, lanceolata, acuta.

Per. *Capſula* ovata, coriacea, ſulcata, unilocularis, multivalvis. *Aubl.*

Sem. numeroſa, angulata, craſſa, ſibi incumbentia. *Aubl.*

Obs. *Perianthium* obſolete quinquedentatum *Aubl. ſed dentes forte nihil aliud ſunt, quam fines arcuum, quos marginis portiones, inter ſulcos interceptæ, formant.*

Per. Pomum ovatum, quinque ſulcatum, biloculare. *Linn.*

Sem. gemina: alterum ſupra alterum, ovata, gibba, introrſum planiuſcula. *Linn.*

1126. ADANSONIA.. *Character a D. Adanſonio.* --- *A. G.* 1761. *t.* 6. 7. *Cavan. diſſ.* 5. *p.* 198. *t.* 151.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, cyathiforme: *laciniis* revolutis; deciduum.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, nervoſa, revoluta, unguibus tubo ſtaminum innata.

Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne in tubum coalita, ipſumque coronantia, horizontaliter patentia. *Antheræ* reniformes, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* longiſſimus, tubuloſus, varie intortus. *Stigmata* plura (10), priſinatica, villoſa, radiato-patentia.

Per. *Capſula* ovalis, lignoſa, non dehiſcens, decemlocularis, pulpa farinacea, *diſſepimentis* membranaceis.

Sem. numeroſa, reniformia, ſuboſſea, pulpa friabili involuta.

† 1127. BOMBAX. *Jacq. amer.* 191. *Cavanill. diſſ.* 5. *p.* 293. Xylon *edit. pri.* Ceiba *Plum.* 32.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſo-campanulatum, perſiſtens: *ore* tri-ſ. quinquefido, obtuſo, erecto.

Cor. quinquepartita, patens, ſegmentis oblongis, concavis.

Stam. *Filamenta* quinque ſ. plurima, ſubulata, longitudine corollæ, baſi connata. *Antheræ* oblongæ, incurvatæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, quinquedentatum.

Per. *Capſula* magna, turbinato-oblonga, quinquelocularis, quinquevalvis: *valvulis* lignoſis.

Sem. plurima, rotunda, lanata. *Receptaculum* columnare, pentagonum, diſſepimenta conſtituens.

B. pentandrum *Corolla pentapetala*, *Staminibus quinque.*

Ceiba & heptaphyllum *Corolla infundibuliformi monopetala quinquefida & ſtaminibus multis.*

* 1128. LAGUNÆA. * Solandra *Murray. Comm. Gotting.* 1784. *p.* 21. *t.* 1. *Cavanill. diſſ.* 2. *p.* 55. Triguera *Cavan. diſſ.* 1. *p.* 41. Laguna *Cav. diſſ.* 3. *p.* 173. *t.* 71. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſubangulatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, obtuſa, patentia, baſi tubi ſtaminum adfixa.

Stam. *Filamenta* plura, (25 — 30,) inferne in tubum coalita, in apice & ſuperficie tubi ab eo ſecedentia & libera. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, apice quinquefidus: *laciniis* patulis; (ſ. indiviſus.) *Stigmata* capitata.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, ſubpentagona, quinquelocularis, quinquevalvis: *diſſepimentis* contrariis.

Sem. aliquot, ſubrotundo-triquetra.

Obs. *Solandra Murr. Cal.* 5-*fidus. Stigmata* 5.

Laguna *Cav. Cal.* 5-*dentatus, altero latere rumpens. Stigma* 1-5-*radiatum ſ.* 5-*dentatum?*

Utramque melius conjungi, quam diſtingui, docet Hibiſci genus. S.

† 1129. SIDA. * *Cavanill. diſſ.* 1. *p.* 6. Malvinda *Dill. elth.* 171. 172. Abutilon Dill. elth. 2. 5. 6. *Tournef.* 25. Anoda *Cavanill. diſſ.* 1. *p.* Napæa *Clayt. & Ed. prior.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, angulatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ſuperne latiora, emarginata, tubo ſtaminum inferne adnata.

Stam. *Filamenta* plurima, inferne in tubum coalita, in apice tubi diviſa. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* orbiculatum. *Styli* quinque vel plures, ſ. unicus multifidus. *Stigmata* capitata.

Per. *Capſula* ſubrotundo-angulata, compoſita e loculamentis quinque vel pluribus, (ſtylorum ſ. ſtigmatum numero reſpondentibus,) bivalvibus, muticis, acuminatis ſ. cornu-

tis ſupra dehiſcentibus, vel clauſis, tandem a ſe invicem diſcedentibus.

Sem. ſolitaria, bina, terna, ſ. quina, ſubrotunda, ſæpius acuminata, hinc convexa inde angulata, ſuturæ interiori affixa.

Obs. Malvindæ *D. Loculi quinque, ſemina ſolitaria.*
Abutilon *T. D. Loculi plures, ſemin ſæpius plura.* L.
Anoda C. *Loculi plures coadunati, Semina ſolitaria.*
Napæa *L. Dioica. Loculi plures, non dehiſcentes.*
Sida periplocifolia L. *Loculi quinque ſuperiores, bivalves, totidemque inferiores, alterni, non dehiſcentes.*

* 1130. PALAVIA. Palaua *Cavanill. diſſ.* 1. *p.* 40. *t.* 11.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, baſi tubi ſtaminum inſerta.

Stam. *Filamenta* plurima, inferne in tubum coalita, in apice tubi libera. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* ſuperne multifidus, brevis. *Stigmata* capitata.

Per. *Capſula* ſubrotunda, multilocularis: loculis non dehiſcentibus, receptaculo centrali elevato glomeratim impoſitis.

Sem. ſolitaria, ſubrotundo-angulata.

† 1131. MALACHRA. * --- *Cavanill. diſſ.* 2. p. 97.

Cal. *Perianthium commune* ſubquinqueflorum, tri- ſ. pentaphyllum, magnum: *foliolis* cordatis, acutis, perſiſtentibus.

Paleæ ſetaceæ, perianthiis propriis circumpoſitæ.

Perianthium proprium monophyllum, campanulatum, parvum, quinquefidum, perſiſtens.

Cor. propria *Petala* quinque, obovata, integra, tubo ſtaminum inferne adnata.

Stam. *Filamenta* plura, inferne coalita in tubum, ſuperne laxa per totam cylindri ſuperficiem dehiſcentia. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindricus, decemfidus. *Stigmata* globoſa.

Per. *Capſula* ſubrotunda, diviſibilis in loculamenta quinque, hinc compreſſa, inde gibba.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, angulata.
Obs. *Laciniæ Styli & Stigmata in hac bis tot quot capſulæ. Cavan.*

† 1132. ALTHÆA. * *Cavanill. diſſ.* 2. *p.* 91. Alcea *Ed. prior.* Malva *Tournef.* 24.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, 6-9-fidum: *laciniis* anguſtiſſimis; minus, perſiſtens.
Interius monophyllum, ſemiquinque, fidum: *laciniis* latioribus, acutioribus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, obcordata, præmorſa, plana, tubo ſtaminum baſi affixa.
Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in tubum, ſuperne (apice ſuperficieque) ſoluta. *Antheræ* ſubreniformes.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* numeroſa, viginti,) ſetacea, longitudine ſtyli.
Per. *Capſula* orbiculata, compoſita e loculamentis pluribus, (tot quot ſtigmata, bivalvibus, verticillatim inarticulatis circum *Receptaculum* columnare, tandem dilabentibus.
Sem. ſolitaria, compreſſo-reniformia.
Obs. Alcea *L. differt ab* Alcea *L. calyce exteriore ſæpius in lacinias pauciores diviſo, ſtaminum tubo obſolete pentagono, et valvularum margine tenuiore; cum vero hæ notæ partim ſint minus conſtantes, partim haud magni momenti, rectius hæc duo genera in unum contrahuntur. S.*

† 1133. LAVATERA. * *Tournef. A. G.* 1706. *t.* 3. *Dill. gen.* 10. *Cavanill. diſſ.* 2. *p.* 86.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, trifidum, obtuſum, brevius, perſiſtens.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, acutius, erectius, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque obcordata, plana, patentia, tubo ſtaminum inferne affixa.
Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in tubum, ſuperne laxa, (in apice & ſuperficie tubi dehiſcentia.) *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* plura, (7—14,) ſetoſa, longitudine ſtyli.

Per. *Capſula* orbiculata, compoſita e loculamentis tot quot ſtigmata, bivalvibus, verticillatim inarticulatis circum *Receptaculum* columnare, tandem dilabentibus.

Sem. ſolitaria, reniformia.

Obs. Althææ ſp. *T. Fructus ſine umbraculo prodit.*
Lavateræ *T. Fructus umbraculo obtuſo tegitur.*

† 1134. MALVA. * *Tournef.* 24. *Cavanil. diſſ* 2. *p.* 58. Alcea *Tournef.* 24. Abutilon *Dill. elth.* 1. 4.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius triphyllum, anguſtius: *foliolis* cordatis, acutis, perſiſtentibus.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, latius, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, obcordata, præmorſa, plana, tubo ſtaminum baſi affixa.

Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalitá in tubum, in hujus apice & ſuperficie ſecedentia & libera. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* plurima, ſetoſa, longitudine ſtyli.

Per. *Capſula* ſubrotunda, compoſita e loculamentis pluribus, (tot quot ſtigmata,) bivalvibus, verticillatim inarticulatis circum *Receptaculum* columnare, tandem dilabentibus

Sem. ſolitaria, rarius duo ſ. tria, reniformia.

Obs. Malvæ *T. Folia fere integra, non villoſa.*
Alceæ *T. Folia multifida, non villoſa.*
M. *quædam ſunt Calyce exteriore diphyllo. S.*
M. caroliniana *loculamenta diaphragmate transverſali in duas cameras dividuntur.* S.

* 1135. RUIZIA. *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 117. *t.* 36. 37.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis, deciduis.
Interius monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis.

Cor. *Petala* quinque, dextrorſum falcata, apice rotundata, integra, plana, patentia, urceolo ſtaminum affixa.

Stam. *Filamenta* plura, (30 — 40,) corolla breviora, in-

ferne coalita in urceolum, germen cingentem. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* globoſum, decemſulcatum. *Styli* decem, breves. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſulæ* decem, compreſſæ, membranaceæ, dorſo lignoſæ, gibbæ, unilo ulares, in verticillum globoſum, umbilicatum, conjunctæ.

SEM. bina, ſubrotundo-triquetra, acuminata.

OBS. *Adſinis Aſſoniæ.*

† 1136. MALOPE. *Cavanill. diſſ. 2. p. 84.* Malacoides. *Tournef. 25.*

CAL. *Perianthium* duplex:

Exterius triphyllum, latius: *foliolis* cordatis, acutis, perſiſtentibus.

Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, erectius, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque, obcordata, præmorſa, patentia, tubo ſtaminum baſi affixa.

STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in tubum, ſuperne in & ſub apice tubi ſoluta, laxa. *Antheræ* fere reniformes.

PIST. *Germina* ſubrotunda. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigmata* plura, ſimplicia, ſetacea.

PER. *Capſula* ſubrotunda, multilocularis: loculis tot quot ſtigmata, conglomeratis in capitulum.

SEM. ſolitaria, reniformia.

† 1137. URENA. * *Dill. elth. 319.* — *Cavan. diſſ. 6. p. 334.*

CAL. *Perianthium* duplex.

Exterius monophyllum, quinquefidum: *laciniis* latioribus.

Interius pentaphyllum: *foliolis* anguſtis, angulatis, perſiſtentibus.

COR. *Petala* quinque, oblonga, apice latiora, obtuſa cum acumine, baſi anguſtiora, tubo ſtaminum adnata.

STAM. *Filamenta* plurima, inferne in tubum coalita, ſuperne (infra apicem tubi) libera. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, pentagonum. *Stylus* ſimplex, ſtaminum longitudine, decemfidus. *Stigmata* capitata, piloſa, reflexa.

Per. *Capſula* ſubrotunda, echinata, quinquangularis, quinquelocularis, in quinque loculamenta clauſa ſolubilis.
Sem. ſolitaria, hinc ſubrotunda, inde angulato-compreſſa.

† 1138. GOSSYPIUM. * *Cavanill. diſſ.* 6. *p.* 309. Xylon *Tournef.* 27.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum trifidum, planum, majus.
Interius monophyllum, obtuſe quinquefariam emarginatum, cyathiforme.
Cor. *Petala* quinque, obcordata, plana, patentia, tubo ſtaminum baſi adnata.
Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in tubum, in et ſub apice ſoluta, laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* columnaris, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria ſ. quatuor, craſſiuſcula.
Per. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, tri-ſ. quadri-locularis, tri-ſ. quadri-valvis: *diſſepimentis* contrariis.
Sem. plurima, ovalia, *lana* involuta.

† 1139. HIBISCUS. * *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 143. Ketmia *Tournef.* 26.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius polyphyllum, perſiſtens: *foliolis* linearibus, rarius monophyllum, multifidum.
Interius monophyllum, cyathiforme, ſemiquinquefidum perſiſtens, ſ. quinquedentatum deciduum.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotundo-oblonga, baſi anguſtiora, patentia, tubo ſtaminum inferne adnata.
Stam. *Filamenta* plurima, inferne coalita in tubum, ſuperne (in hujus apice & ſuperficie) diviſa & laxa. *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, ſuperne quinquefidus. *Stigmata* capitata.
Per. *Capſula* quinquelocularis, quinquevalvis: *diſſepimentis* contrariis, duplicatis.
Sem. ſolitaria ſ. plura, ovato-reniformia.
Obs. Ketmiæ *T. capſula ovata; Semina plura.*
H. pentacarpos: *Capſula globoſa; Sem. ſolitaria.*
H. populneus: *Capſula globoſa, baccata clauſa;* Cal.

exterior triphyllus, caducus, interior obſolete quinquedentatus, perſiſtens.

H. tiliaceus: *Cal. exterior monophyllus, crenatus.*

Trionum *Ed. prim. Cal. interior inflatus.*

H. micranthus, rigidus, hirtus, phœniceus: *Semina undique lanata.*

H. ſyriacus: *Sem. ambitu lanata.* S.

Capſula aliis ovata, aliis longa; Cal. exterior 3 — 12 — *phyllus.*

* 1140. PAVONIA. * *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 132. Hibiſci ſp. *Ed. pr.*

CAL. *Perianthium* duplex:

Exterius polyphyllum, perſiſtens: *foliolis* lineari-lanceolatis, rarius monophyllum.

Interius monophyllum, cyathiforme, ſemiquinquefidum, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque ſubrotunda, baſi anguſtiora, patentia, tubo ſtaminum inferne adnata.

STAM. *Filamenta* plurima, inferne coalita in tubum, in hujus apice & ſuperficie diviſa. *Antheræ* reniformes.

PIST. *Germen* globoſum, ſulcatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, apice decemfidus. *Stigmata* globoſa.

PER. *Capſula* pentagona, tandem dilabens in loculamenta quinque, bivalvia, ſupra dehiſcentia.

SEM. ſolitaria, ovato-oblonga, acuta.

OBS. *Laciniæ ſtyli ac ſtigmata bis tot quot loculamentæ capſulæ. Diſtert ab Hibiſco numero ſtigmatum, & loculis capſulæ, fructu maturo a ſe invicem ſeparandis.*

* 1141. ACHANIA. * *Soland. Swartz. prodr.* 102. & *in litt.* Malvaviſcus *Dill. elth.* 170. *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 131. *t.* 48. *F.* 1. Hibiſci ſp. *Ed. pr.*

CAL. *Perianthium* duplex:

Exterius polyphyllum, perſiſtens: *foliolis* linearibus, baſi leviter coalitis.

Interius monophyllum, ſubcylindraceum, ſemiſtriatum, quinquefidum, perſiſtens.

COR. ſubclavata, convoluta. *Petala* quinque, obovato-oblonga, erecta, baſi altero latere auriculata: lobo columnam ſtaminum obvolvente.

Stam. *Filamenta* plurima, in tubum corolla longiorem tortum coalita, in & ſub tubi apice libera, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſubgloboſum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi ſtaminum, apice decemfidus: laciniis patentibus. *Stigmata* capitata.

Per. *Bacca* ſubgloboſa, carnoſa, quinquelocularis.

Sem. ſolitaria, hinc convexa, inde angulata.

† 1142. STEWARTIA. * *Iſ. Lawſon. Cavanill. diſſ.* 5. *p.* 303. *t.* 159. Franckli-nia *Marſhall p.* 48?

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, patens: *laciniis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obovata, patentia, æqualia, magna.

Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, inferius in cylindrum coalita, corolla breviora, petala baſi connectentia. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, hirſutum. *Stylus* ſimplex, filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* 5-fidum.

Per. *Pomum* exſuccum, quinquelobum, quinqueloculare, in quinque partes clauſas ſolubile.

Sem. ſolitaria, ovata, compreſſa.

* 1143. MALACHODENDRUM. *Mitchell.* 16. *Cavanill. diſſ.* 5. *p.* 302.

Cal. *Perianthium* monophyllum, profunde quinquefidum: *laciniis* lanceolatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, eroſa, patentia, æqualia, magna.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, inferius in cylindrum brevem coalita, corolla breviora. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* pyriforme, pentagonum, villoſum. *Styli* quinque, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* globoſa.

Per. *Capſulæ* quinque, ovato-acuminatæ, coadunatæ, bivalves.

Sem. ſolitaria, ovato-triquetra.

† 1144. GORDONIA. *Ellis act. angl.* 1770. *Cavanill. diſſ.* 307. *Walter carolin.* 177.

CAL. *Perianthium* (duplex: *exterius* tetraphyllum, deciduum; *Cavanill.*) *interius* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, (ciliatis W.) perſiſtentibus.

COR. *Petala* quinque, obovata, concava, magna, baſi unita. (quorum unum ciliatum. W.)

STAM. *Filamenta* numeroſa; filiformia, baſi coalita in corpus obtuſum (campanulatum: limbo quinquefido. W.) *Antheræ* ovales, erectæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis, pentagonus. (cilindricus W.) *Stigmata* quinque, acuta, horizontalia. (*Stigma* pentagonum. W.)

PER. *Capſula* ovata, acuta, quinquelocularis: *loculis* ſemibifidis, quinquevalvis.

SEM. bina, hinc *ala* foliacea.

† 1145. CAMELLIA. --- *Cavanill. diſſ.* 305.

CAL. *Perianthium* polyphyllum, (5-7) ſubrotundum, imbricatum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſiſſimis, internis ſenſim majoribus, concavis, deciduis.

COR. *Petala* quinque, (ſ. ſeptem) obovata, baſi coalita.

STAM. *Filamenta* numeroſa, erecta, inferne coalita in coronam ſtylo ampliorem, ſuperne libera, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, acuta.

PER. *Capſula* turbinata, lignoſa.

SEM. *Nuclei* tot, quot loculamenta, ſubrotundi, ſeminibus minoribus ſæpe repleti.

1146. MESUA. *

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, perſiſtentibus; minoribus oppoſitis.

COR. *Petala* quatuor, retuſa, undulata.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, longitudine corollæ, connata baſi in urceolum. *Antheræ* ovatæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* cylindricus. *Stigma* craſſiuſculum, concavum.

PER. *Nux* ſubrotunda, acuminata, ſuturis quatuor elatis longitudinalibus notata.

SEM. unicum, ſubrotundum.

* 1147. MYRODIA. † *Swartz. prodr.* 102. Quararibea *Aubl. t.* 278. *Cavanill. diſſ.* 3. *p.* 175. *t.* 71. *f.* 2.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinato-urceolatum, coriaceum, edentulum, apice in dentes inæquales rumpens, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, receptaculo inſerta, inferne anguſtiora, oblonga, obliqua, obtuſa, patenti-recurva, calyce, longiora.

Stam. *Filamenta* in tubum longum, tenuem, apice dilatatum, plicato-quinquedentatum, ſtylum vaginantem, connata. *Antheræ* novem ad quatuordecim, reniformes, verſus apicem tubi confertæ, ſeſſiles.

Pist. *Germen* ovatum, in baſi calycis. *Stylus* filiformis, apice incraſſatus, plicatus, filamentis paullo longior. *Stigma* magnum, capitatum; ſ. bilobum.

Per. *Drupa* ſubgloboſa, ſicca, ſtupacea, vertice retuſo, reliquiis ſtyli umbilicato, bi-ſ. triloculatis.

Sem. ſolitaria, hinc angulata, inde convexa.

Obs. Quararibea *Aubl. diſtinguitur tubo filamentorum prælongo, curvato; antheris novem; glandulis pluribus, infra antheras tubo adnatis, (annehæ antheræ ſteriles?) ſtigmate bilobo; drupa biloculari. — In Myrodia turbinata Sw. antheras quatuordecim, biloculares, numero. Cel. Swartzius antheras plures, ſubgloboſas, uniloculares habet in diſcr. gen.*

1148. MORISONIA. *Plum.* 23. *Jacq. amer.* 156. — *Gærtn.* 78. *Cavanill. diſſ.* 308.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, disrumpens, bifidum, ore patens, obtuſum, marceſcens.

Cor. *Petala* quatuor, obtuſa, oblongiuſcula.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, corolla breviora, baſi connata in infundibulum. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* pedicellatum, ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, plano-convexum, puncto umbilicatum.

Per. *Bacca* globoſa, cortice duro, glabro, unilocularis, pedicellata.

Sem. plura, reniformia, nidulantia.

* 1149. CROSSOSTYLIS. *Forſt. gen.* 44.

Cal. *Perianthium* turbinatum quadrangulare, germini adnatum, quadripartitum: *laciniis* ovatis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, elliptica, *ungue* anguſto calyci inſerta.

Nectarium: Corpuſcula viginti, filiformia, ciliata, ſtaminibus interjecta.

Stam. *Filamenta* viginti, filiformia, calyce breviora, baſi in urceolum connata. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ.

Pist. *Germen* convexum, ſuperum. *Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigmata* quatuor, patentiſſima, trifida.

Per. *Bacca*? hemiſphærica, ſulcata, unilocularis.

Sem. plurima, ſubgloboſa, inſidentia *Receptaculo* columnari in centro baccæ.

* 1150. BARRINGTONIA. *Forſt. gen.* 38. *Linn. fil. ſuppl.* 50. *Thunb. nov. gen. pl.* 47. Mammeæ *ſpec. Edit. prior.* Commerſona *Sonnerat. nov. Guin.* 8.

Cal. *Perianthium* diphyllum, ſuperum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, coriaceis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor, æqualia, ovata, patentia, coriacea, calyce majora.

Nectarium conicum, tubuloſum, ſtyli baſin veſtiens, apice dentatum: denticulis pluribus, inæqualibus.

Stam. *Filamenta* plurima, monadelpha, (ſ. ima baſi in cylindrum receptaculo inſidentem coalita,) capillaria, corolla longiora. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* magna, ovata, conico-quadrangularis, calyce coronata.

Sem. *Nux* oſſea, ovata, extus rugoſo-fibroſa, quadrilocularis. *Nuclei* ſolitarii, ovati, rugoſi.

* 1151. GUSTAVIA. *Amoen. acad. 8. p. 266. Linn. fil. ſuppl. p. 51.* Pirigara *Aubl. t. 192. 193.*

CAL. *Perianthium* margo integer, ſ. quadri-vel ſexdentatus, ſuperus, perſiſtens.

COR. *Petala* quatuor, ſex ſ. octo, baſi leviter connexa, ovata, ſeſſilia, magna.

STAM. *Filamenta* numeroſiſſima, petalis breviora, baſi connata in coronam erectam. *Antheræ* parvæ, oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* inferum, turbinatum, ſupra planum, calvum inter ſtamina & ſtylum. *Stylus* conicus, breviſſimus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

PER. *Bacca* ſicca, ſubgloboſa, truncata, quadri-ſ. ſexlocularis, reliquiis calycis coronata.

SEM. plura, fabacea, ovalia, lævia, baſi aucta *appendice* cartilagineo contorto.

Classis XVII.

DIADELPHIA.

DIADELPHIA. † *Papilionacei Tournef.* 209. *Irregulares tetrapetali* Riu. *Leguminosæ* Raj.

Calix. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, marcescens: *Basi* gibba, inferne pedunculo annexa, supernе obtusa, mellifera: *Ore* quinquedentato, acuto, erecto, obliquo, inæquali: *denticulo infimo impari* longiori; *pari supremo* breviori, remotiori: *fundo* melleo liquore madido, receptaculum includente.

Corolla. *Papilionacea* dicta, inæqualis: *Petalis* singulis distincto nomine insignitis.

Vexillum: Petalum reliqua tegens, incumbens, majus, plano-horizontale, ungue superiori margini receptaculi insertum, extra calycem ad subrotundam figuram accedens, fere integrum, linea longitudinali, præsertim versus apicem, elevata, quasi ad latera depressum fuisset petalum. Pars petali basi proxima ad semicylindraceam accedens, subjecta amplectitur. Limbus petali utrinque deprimitur, latera autem margini proxima sursum reflectuntur, ubi dimidiatus tubus desinit; ad explicationem dimidiati limbi, fiunt a tergo duæ impressiones concavæ, subtus prominentes, quæ alas subjacentes comprimunt.

Alæ: Petala duo, paria, ad singulum latus floris singula, sub vexillo posita, margine incumbentia, parallela, ex subrotundo-oblonga, extrorsum latiora, margine superiori rectiore, inferiori ad rotunditatem magis dilatato; basis bifida est in singulo, cujus pars inferior producitur in unguem, lateri receptaculi inserto, longitudine circiter calycis; pars autem superior brevior est, & inflexa.

Carina: Petalum infimum sæpius bipartitum, sub vexillo, intra alas collocatum, cymbiforme, concavum, lateribus compressum, situ natantis cymbæ, basi mutilatum, cujus pars inferior extenditur in unguem, longitudine calycis, receptaculo insertum: laciniæ autem laterales & superiores breviores implicantur cum alarum parte conformi. Latera carinæ forma gaudent alis consimili, & situ fere æquali, licet inferiore &

interiore Linea carinalis hujus Petali ad medium uſque recta extenditur, deinde ſenſim adſcendit ad ſegmentum circuli; Linea vero marginalis recta excurrit ad apicem, ubi cum carinali linea obtuſe deliqueſcit.

STAMINA. *Diadelpha* dicta: *Filamenta* duo, difformia: *alterum inferius* piſtillum involvens; *alterum ſuperius* piſtillo incumbens.

F. inferius germen vaginans, infra medium membranaceum, cylindraceum, longitudinaliter ſurſum dehiſcens, inde deſinit in partes novem ſubulatas, longitudinem & flexuram carinæ ipſius corollæ imitantes, e quibus radii intermedii ſeu inferiores, per paria alterna longiores ſunt.

F. ſuperius ſubulato-ſetoſum, rimam filamenti prioris cylindracei tegens, incumbens, ſitu reſpondens, ſimplex, & ſecundum gradus brevius exiſtens, baſi ſua dehiſcit a reliquis & melli utrinque exitum parat.

Antheræ ſimul numeratæ decem ſunt: *unicum* in filamento ſuperiore: *novem* (ſingula anthera ſingulo radio filamenti inferioris inſidente) vero in inferiore: Singulæ parvæ, æquales magnitudine, terminales.

PISTILLUM. Unicum, ſuperum.

Germen oblongum, teretiuſculum, leviter compreſſum, rectum, longitudine cylindri filamenti inferioris, a quo involvitur.

Stylus ſubulato-filiformis, adſcendens, longitudine & ſitu radiorum filamenti, inter quos collocatur, marceſcens.

Stigma pubeſcens, a parte ſurſum verſa, *Antheris* immediate ſubjectum.

PERICARPIUM. *Legumen* oblongum, compreſſum, obtuſum, bivalve, ſutura longitudinali ſupra & infra exiſtente, utraque recta, ſuperiore tamen prope baſin deſcendente, et inferiore prope apicem adſcendente; dehiſcens demum ſutura ſuperiore.

SEMINA nonnulla: ſubrotunda, glabra, carnoſa, pendula, embryone prominulo verſus inſertionis hilum punctata. Excluſis ovis ſervant *Cotyledones* formam dimidiati ſeminis.

RECEPTACULA. *Seminalia propria* ſunt minima, breviſſima, baſi attenuata, diſco affigente obtuſa oblonga, inſerta longitudinaliter ſuturæ (tantum ſuperioris leguminis) ſitu alterno, ut ſeparatis valvulis alterna ſemina valvulæ adhæreant ſingulæ.

OBSER-

OBSERVANDA:

Classis *hæc est Naturalissima, & inter omnes singularis structura floris.*

Florum situs communis *est oblique pendulus, ad angulum scilicet acutum a linea perpendiculari.*

Leguminis figura *non tanti est, ac a Systematicis facta, nec adeo absolute pro distinguendis generibus accipienda, ac hactenus recepta fuit.* Calyx *autem licet vulgo vili æstimatus, magni in genere faciendus est:* nec Folia *pro characteribus unquam assumi debent.*

DIADELPHIA.

I. PENTANDRIA.

1152. *Monnieria.*

II. HEXANDRIA.

1153 *Saraca.*

1154. *Fumaria.*

III. OCTANDRIA.

1155. *Polygala.*

1156. *Securidaca.*

IV. DECANDRIA.

1157. *Niſſolia.*
1158. *Dalbergia.*
1159. *Pterocarpus.*
1160. *Amerimnum.*
1161. *Dipteryx.*
1162. *Abrus.*
1163. *Erythrina.*
1164. *Piſcidia.*
1165. *Borbonia.*
1166. *Spartium.*
1167. *Geniſta.*
1168. *Aſpalathus.*
1169. *Ulex.*
1170. *Amorpha.*
1171. *Teramnus.*
1172. *Crotalaria.*
1173. *Ononis.*
1174. *Anthyllis.*
1175. *Ebenus.*
1176. *Lupinus.*
1177. *Arachis.*
1178. *Trigonia.*
1179. *Dimorpha.*
1180. *Phaſeolus.*
1181. *Dolichos.*
1182. *Glycine.*
1183. *Clitoria.*
1184. *Piſum.*
1185. *Orobus.*
1186. *Lathyrus.*
1187. *Vicia.*
1188. *Ervum.*
1189. *Cicer.*
1190. *Liparia.*
1191. *Cytiſus.*
1192. *Mullera.*
1193. *Geoffræa.*
1194. *Diphyſa.*
1195. *Robinia.*
1196. *Colutea.*
1197. *Glycyrrhiza.*
1198. *Coronilla.*

1199. *Ornithopus.*
1200. *Hippocrepis.*
1201. *Scorpiurus.*
1202. *Æschynomene.*
1203. *Stylosanthes.*
1204. *Hedysarum.*
1205. *Indigofera.*
1206. *Galega.*
1207. *Phaca.*
1208. *Astragalus.*
1209. *Biserrula.*
1210. *Psoralea.*
1211. *Trifolium.*
1212. *Lotus.*
1213. *Trigonella.*
1214. *Medicago.*

I. PENTANDRIA.

1152. MONNIERIA. *Lœfl. it.* 179. *Aubl.* 293.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens: *lacinia* ſuperiore lineari, longa, incurva, corollam obtegente; exteriore lanceolata, dimidio breviore; reliquis obtuſis brevibus.

Cor. tubuloſa, ringens. *Tubus* cylindricus, in medio contractior, curvus. *Limbus* bilabiatus. *Labium* ſuperius indiviſum, obtuſum, ovatum; *Labium inferius* quadrifidum, rectum: *laciniis* oblongis, obtuſis.

Nectarium ſquamula ovata ad baſin germinis infra baſin inferiorem.

Stam. *Filamenta* duo, plana, membranacea: *ſuperius* concavum, apice bifidum: *inferius* planum, trifidum. *Antheræ* duæ filamenti ſuperioris, connatæ, intus hirſutæ, includentes ſtigma; in filamento inferiore tres, teretes, minutiſſimæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, quinquelobum, quinquangulare. *Stylus* ſolitarius, filiformis. *Stigma* capitatum, oblongum, intus planum, orbiculatum, margine acuto.

Per. *Capſulæ* quinque, ovatæ, compreſſæ, ſuturæ dimidio bivalves.

Sem. ſolitaria, ovata, margine interiore rectiore obtuſiore, *Arillo* incluſa bivalvi, ſicco, deciduo.

II. HEXANDRIA.

1153. SARACA.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* ovatis, patentibus; ſuperiore remotiore. *Faux* margine elevato.

Stam. *Filamenta* ſex ſetacea, declinata, fauci inſidentia: ab utroque latere terna, baſi inter ſe connata. *Antheræ* calcaneo inſtructæ.

Pist. *Germen* pedicellatum, oblongum, compreſſum, lon-

gitudine ſtaminum. *Stylus* ſubulatus, declinatus, longitudine germinis. *Stigma* obtuſum.

PER. *Legumen?*

1154. FUMARIA. * *Tourneſ.* 237. Capnoides *Tourneſ.* 237. Cyſticapnos *Boerh.* 1. 310. Corydalis *Dill. gen.* 7. Bicuculla *Juſſ. A. G.* 1733.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, æqualibus, lateralibus, erectis, acutis, parvis, deciduis.

COR. oblonga, tubulata, ringens, palato prominente, faucem claudente.

Labium ſuperius planum, obtuſum, emarginatum, reflexum. (*Vexillum.*)

Nectarium eſt baſis Lab. ſuperioris poſtice prominens, obtuſa.

L. inferius omnino ſimile ſuperiori, verſus baſin carinatum. (*Carina.*)

Nectarium eſt baſis carinata, licet in hoc minus prominens.

Faux tetragona, obtuſa, perpendiculariter bifida. (*Alæ.*)

STAM. *Filamenta* duo, æqualia, lata, intra ſingulum labium ſingula, incluſa, acuminata. *Antheræ* tres in ſingulo filamento, terminales.

PIST. *Germen* oblongum, compreſſum, acuminatum. *Stylus* brevis. *Stigma* orbiculatum, erectum, compreſſum.

PER. *Silicula* unilocularis.

OBS. Stamina *in hoc genere fere ſola conſtantia obſervantur.*

Fumariæ *off. Silicula ſubrotunda, ſæpe monoſperma, decidua.*

Pſeudo-fumariæ *Riu. Silicula ovato-acuminata, bivalvis, receptaculo fili inſtar ſuturis utrinque interjecto.*

Capnoides *T. Silicula longiſſima, fere cylindracea, bivalvis, receptaculo fili inſtar ſuturis utrinque interjectis.*

Cyſticapnos *B. Pericarpium trivalve, abſconditum intra Calycem inflatum maximum.*

Capnorchis *B. Nectarium labii inferioris prominet æque ac ſuperioris.*

Fumar. lutea *Siliqua tereti.*

III. OCTANDRIA.

† 1155. POLYGALA † *Tourneſ.* 79. *Gærtn.* 62. Chamæbuxus *Tourneſ. A. G.* 1705. Polygaloides *Dill. gen.* 9. Penæa *Plum.* 25. Heiſteria *edit. prior.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis: *duobus* infra corollam, *unico* ſupra eandem, *duobus* mediis, ſubovatis, planis, maximis, coloratis, (*Alæ*); perſiſtens.

Cor. ſubpapilionacea.

Vexillum fere cylindricum, tubulatum, breve: *ore* reflexo, parvo; bifidum. (Alæ *Jacq.*)

Carina concava, compreſſa, verſus apicem ventricoſa.

Appendix Carinæ: *Corpora* (plerisque) duo, tripartita, penicilliformia, carinæ verſus apicem affixa.

Stam. *Filamenta* diadelpha (octo connata), carina incluſa. *Antheræ* octo, ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, erectus. *Stigma* terminale, craſſiuſculum, bifidum.

Per. *Capſula* obcordata, compreſſa *margine* acuto, bilocularis, bivalvis, *diſſepimento* valvis contrario, *margine* utrinque dehiſcens.

Sem. ſolitaria, ovata, (umbilico glanduloſo. *Gærtn.*)

Obs. *Appendix carinæ in diverſis diverſus eſt, & multis appendix penicilliformis deeſt, unde imberbes dictæ.*

Heiſteria *Ed. pr. & Berg. Cal. æqualis. Germen quadricorne. S.*

1156. SECURIDACA. † *Jacq. amer.* 197.

Cal. *Perianthium* triphyllum, parvum, deciduum; *foliolis* ovatis, coloratis, quorum ſummum Vexillum, binæ Carinam reſpiciunt.

Cor. papilionacea, pentapetala.

Alæ patentiſſimæ, obtuſiſſimæ.

Vexillum diphyllum, oblongum, rectum, baſi carinæ connatum, apicibus reflexis.

Carina longitudine alarum, ſubcylindrica, limbo latiore, aucto Appendiculo plicato, obtuſo.

Stam. *Filamenta* octo, inferne connata. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* ovatum, desinens in *Stylum* subulatum. *Stigma* planum, latescens, apice dentato.
Per. *Legumen* ovatum, uniloculare, desinens in *alam* ligulatam.
Sem. unicum, oblongum.
Obs. *Affinitas Polygalæ hinc patet.*

IV. DECANDRIA.

1157. NISSOLIA. *Jacq. amer.* 198. *f.* 44.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *dentibus* superioribus profundioribus.
Cor. papilionacea.
Vexillum subrotundum, subemarginatum, reflexum, lateribus reflexis.
Alæ oblongæ, obtusæ, erectæ, superne latiores, antice patentes.
Carina clausa, figura alarum.
Stam. *Filamenta* decem, coalita in cylindrum, supra fissum. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* subulatus, angulo recto adscendens. *Stigma* capitato-obtusum.
Per. *Capsula* oblonga, teres, excurrens in *Alam* ligulatam.
Sem. unicum sæpius, oblongum, teres, obtusum.

* 1158. DALBERGIA. *Linn. fil. suppl.* 52. Ecastaphyllum *Brown. p.* 299. *t.* 32. *f.* 1. *Berg. Act. Holm.* 1769. *t.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum; *dentibus* obtusiusculis.
Cor. papilionacea.
Vexillum majus, adscendens, cordato-ovatum, emarginato-retusum: *ungue* lineari.
Alæ oblongæ, rectæ, obtusæ, supra dente reverso.
Carina vix alis brevior, basi bipartita, recta, obtusa.
Stam. *Filamenta* decem, in *duo* corpora æqualia, lateralia, coalita, superne libera, adscendentia. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum compressum, pedicellatum. *Stylus* subulatus, adscendens s. reflexus. *Stigma* simplex.

Per. *Legumen* oblongum, compreſſo-planum, pedicellatum, non dehiſcens, uniloculare?

Sem. unicum ſ. pauca, remota, reniformia, compreſſa.

Obs. *Eſſentia generis conſiſtit in filamentis, in duo corpora æqualia, verticalia, ſuperne & inferne a ſe invicem ſeparata, coalitis. In* D. Lanceolaria *duo ſtamina caſtrata, in* D. Monetaria *octo tantum connata, unum liberum, eſſe dicuntur in Linn. fil. ſuppl. pl. p.* 316. 317.; *an recte? S.*

1159. PTEROCARPUS. *Auctore Læflingio. Jacq amer.* 283.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulato-campanulatum, quinquedentatum: *dentibus* acutis.

Cor. papilionacea.

Vexillum ungue oblongo, ſubrotundo-cordatum, patens, convexum.

Alæ lanceolatæ, vexillo breviores.

Carina brevis.

Stam. *Filamenta* decem, coalita. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* pediceliatum, oblongum, compreſſum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

Per. *Legumen* ſubrotundo-falcatum, compreſſo-foliaceum, lateribus venoſis varicoſum, intus lignoſum, non dehiſcens: loculis longitudinaliter intus digeſtis.

Sem. ſolitaria, reniformia, baſi craſſiora, apice appendiculata.

* 1160. AMERIMNUM. *Brown. Jacq. amer.* 199. *Swartz. prodr.* 104. *Auctore cel. Swartzio.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, bilabiatum: *labio ſuperiore* bifido: *inferius* tridentatum: *dentibus* acutis: intermedio longiore.

Cor. papilionacea.

Vexillum ſubcordatum, patens, ſubemarginatum.

Alæ oblongæ, longitudine vexilli, unguibus baſi calycis inſertæ.

Carina alis brevior, ovata, petalis duobus oblongis conniventibus.

Stam. *Filamenta* decem, coalita in vaginam carina breviorem. *Antheræ* ſubrotundæ, minutæ.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, ſubpedicellatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex obtuſum.

Per. *Legumen*, pedicellatum, compreſſo-foliaceum, membranaceum, uniloculare, bivalve.

Sem. unum ad quatuor, ſubrotunda, compreſſa, nitida.

* 1161. DIPTERYX. Coumarouna *Aubl.* 296. Taralea *Aubl.* 298.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum: laciniis duabus ſuperioribus alæformibus, oblongis, concavis, patentibus; tertia inferiore, parva, integra ſ. tridentata.

Cor. papilionacea.

Vexillum longius, obovatum, lateribus inflexis, erectum.

Alæ duæ, oblongæ, vexillo breviores.

Carina brevior, dipetala.

Stam. *Filamenta* octo ad decem, connata in cylindrum, ſuperne fiſſum. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ.

Pist. *Germen* pedicellatum, oblongum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* acutum.

Per. *Legumen* magnum ovatum, compreſſum, craſſum, uniloculare.

Sem. unicum, ovatum.

Obs. Coumarouna *Aubl. ſtaminibus octo, calycis lab. inf. integro;* Taralea *Aubl. ſtaminibus decem, calycis lab. inf. tridentato diſtinguitur.*

† 1162. ABRUS. † *Obſervante D. Crudy. Glycines ſp. Ed. pr.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, obſolete quadrilobum: *dentibus* obtuſis: ſuperiore latiore.

Cor. papilionacea.

Vexillum ſubrotundum, integrum, adſcendens, lateribus depreſſum, alis carinaque longius.

Alæ oblongæ, obtuſæ.

Carina oblonga, falcata, gibba, alis longior.

Stam. *Filamenta* novem, coalita in vaginam, ſupra fiſſam, apice libera, inæqualia, aſſurgentia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* cylindricum, piloſum. *Stylus* ſubulatus, aſſurgens, ſtaminibus brevior. *Stigma* capitatum, parvum.

Per. *Legumen* rhombeum, compreſſum, coriaceum, bivalve, interne in quatuor ſ. quinque loculamenta diviſum, unguiculo ſubulato deflexo acuminatum.
Sem. ſolitaria, ſubgloboſa.
Obs. *Statura, & ipſa facies, plantam diſtincti generis eſſe ſuadent, quibus accedunt ſemina pulcherrima (ſanguinea hilo nigro) maximeque deleteria. Syſt. nat.*

1163. ERYTHRINA. * Corallodendrum *Tournef.* 446. Coral. *Dill. elth.* 20.

Cal. *Perianthium* monophyllum, integrum, tubuloſum: *ore* ſuperne emarginatum; inferne *poro mellifero* inſtructum.
Cor. papilionacea, pentapetala.
Vexillum lanceolatum, lateribus deflexis, adſcendens, longiſſimum.
Alæ ſubovatæ, calyce vix longiores, extra tubum vexilli vix eminentes, minimæ.
Carina recta, longitudine alarum, dipetala, emarginata.
Stam. *Filamenta* decem, inferne connata, parum incurva, longitudine dimidii vexilli, inæqualia. *Antheræ* decem, ſagittatæ.
Pist. *Germen* pedicellatum, ſubulatum, attenuatum in *Stylum* ſubulatum, longitudine ſtaminum. *Stigma* terminale, ſimplex.
Per. *Legumen* longiſſimum, ad ſemina protuberans, acumine terminatum, uniloculare.
Sem. reniformia.
Obs. E. Herbaceæ *ſtamen decimum diſtinctum.* R.

1164. PISCIDIA. *Jacq. amer.* 209. Piſcipula *Lœfl. it.* 275. Ichthyomethya. *Brown. p.* 276.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *dentibus* ſuperioribus propioribus.
Cor. papilionacea.
Vexillum adſcendens, emarginatum.
Alæ longitudine vexilli.
Carina lunata, adſcendens.
Stam. *Filamenta* decem, connata in vaginam, ſupra fiſſam.
Antheræ oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* pedicellatum, compreſſum, lineare. *Stylus* filiformis, adſcendens. *Stigma* acutum.
PER. *Legumen* pedicellatum, lineare, angulis quatuor longitudinalibus, membranaceis; uniloculare, *iſthmis* duplicatis diſtinctum.
SEM. nonnulla, ſubcylindrica.

1165. BORBONIA. †

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, turbinatum, corolla dimidio brevius: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, rigidis, pungentibus, ſubæqualibus: infima longiore.
COR. pentapetala, papilionacea, extus hirſuta.
Vexillum reflexum, obtuſum, ungue calycis longitudine.
Alæ ſemicordatæ, vexillo paulo breviores.
Carina dipetalâ, lunulata, obtuſa.
STAM. *Filamenta* novem, coalita in cylindrum ſuperne longitudinaliter dehiſcentem, apicibus aſſurgentia. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ſubulatum. *Stylus* breviſſimus, adſcendens. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
PER. *Legumen* ſubrotundum, acuminatum, uniloculare, ſpina mucronatum.
SEM. reniforme.

1166. SPARTIUM. * Geniſta *Tournef.* 411.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cordato-tubulatum: ſummo margine breviſſimum, inferne verſus apicem quinque *denticulis* notatum, coloratum, parvum.
COR. papilionacea, pentapetala.
Vexillum obcordatum, totum reflexum, maximum.
Alæ ovatæ, oblongæ, vexillo breviores, filamentis annexæ.
Carina dipetala, lanceolata, oblonga, alis longior, margine carinali villis connexo, filamentis inſerta.
STAM. *Filamenta* decem, connata, germini adhærentia, inæqualia, ſenſim longiora: *ſuperius* breviſſimum: *inferius* novemfidum. *Antheræ* oblongiuſculæ.
PIST. *Germen* oblongum, hirſutum. *Stylus* ſubulatus, aſſurgens. *Stigma* ſuperiori lateri apicis adnatum, oblongum, villoſum.

Per. *Legumen* cylindraceum, longum, obtuſum, uniloculare, bivalve.
Sem. plura, globoſo-reniformia.

1167. GENISTA. * Spartium *Tournef.* 412. Geniſtella *Tournef.* 413.

Cal. *Perianthium* monophyllum, parvum, tubulatum, bilabiatum: *labio ſuperiori* bidentato, profundius diviſo; *labio inferiori* tridentato, ſubæquali.
Cor. papilionacea.
Vexillum oblongum, a carina remotum, totum reflexum.
Alæ oblongæ, laxæ, reliquis breviores.
Carina recta, emarginata, vexillo longior.
Stam. *Filamenta* decem, connata, e carina emergentia.
Antheræ ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* acutum, involutum.
Per. *Legumen* ſubrotundum, turgidum, uniloculare, bivalve.
Sem. ſolitaria, ſæpius reniformia.

1168. ASPALATHUS. Achyronia *Royen.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum: *laciniis* acuminatis, æqualibus, ſuperiore majore.
Cor. papilionacea.
Vexillum compreſſum, adſcendens, obovatum, externe ſæpius hirſutum, obtuſum cum acumine.
Alæ lunulatæ, obtuſæ, patulæ, vexillo breviores.
Carina bifida, alis conformis.
Stam. *Filamenta* decem, connata in vaginam ſuperne dehiſcentem longitudinaliter, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, adſcendens. *Stigma* acutum.
Per. *Legumen* ovatum, muticum.
Sem. ſæpius duo, reniformia.
Obs. *Singulare huic ſunt folia ex eadem gemma plura, in planta fruteſcente.*

1169. ULEX. * Geniſta-Spartium. *Tournef.* 112.

Cal. *Perianthium* diphyllum, perſiſtens; *foliolis* ovato-oblongis, concavis, rectis, æqualibus, carina paulo brevio-

ribus; quorum *ſuperius* bidentatum, *inferius* tridentatum.

Cor. papilionacea, pentapetala.

Vexillum obcordatum, emarginatum, erectum, maximum.

Alæ oblongæ, obtuſæ, vexillo breviores.

Carina dipetala, recta, obtuſa, margine inferiore connivens.

Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum). *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, cylindricum, hirſutum. *Stylus* filiformis, aſſurgens. *Stigma* obtuſum, minimum.

Per. *Legumen* oblongum, turgidum, calyce vix longius, rectum, uniloculare, bivalve.

Sem. pauca, ſubrotunda, emarginata.

1170. AMORPHA. * *Hort. Cliffort.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum, turbinatum: *ore* erecto, quinquedentato, obtuſo: *dentibus ſuperioribus duobus* majoribus; perſiſtens.

Cor. *Petalum* ovatum, concavum, calyce vix majus, erectum, inſertum calyci intra dentes duos majores & ſuperiores, ad latus ſuperius collocatum.

Stam. *Filamenta* decem, baſi leviſſime coalita, erecta, inæqualis longitudinis, corolla longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Legumen* lunulatum, reflexum, calyce majus, compreſſum, apice magis reflexo, uniloculare, tuberculatum.

Sem. duo, oblongo reniformia.

Obs. *Ex ſola corolla ab omnibus in univerſum plantis differt.*

Petalum eſt Vexillum, Alæ & Carina *deficiunt, quod in* Corolla papilionacea *omnino ſingulare eſt.*

* 1171. TERAMNUS. *Brown. p. 290. Swartz. prodr. p. 105. a cel. Swartzio.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum. *Labium ſuperius* paullo majus, bifidum; *inferius* tridentatum: *dentibus* acutis, erectis, approximatis.

Cor. papilionacea.

Vexillum obcordatum, patens, erectum, ſubdeflexum.
Alæ longitudine vexilli, erectæ, approximatæ, apice rotundatæ.
Carina minima, baſi calyce inter partem inferiorem alarum recondita, bipartibilis, ſtamina obtegens.

STAM. *Filamenta* decem, *quinque* minutiſſima, ſterilia, cum ceteris alterna; *quinque* fertilia, longiora, baſi unita. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* elongatum, pubeſcens. *Stylus* nullus. *Stigma* capitato-rotundatum.

PER. *Legumen* lineare, compreſſum, marginatum.

SEM. plura, ſubrotunda, compreſſa, apice retuſa.

1172. CROTALARIA. * *Dill. elth.*

CAL. *Perianthium* tripartitum, magnum, corolla paulo brevius: *laciniis duabus ſuperioribus* lanceolatis, vexillo incumbentibus; *tertia* lanceolata, concava, carinam ſufficiente, trifida.

COR. papilionacea:
Vexillum cordatum, acutum, magnum, lateribus depreſſum
Alæ ovatæ, vexillo dimidio breviores.
Carina acuminata, longitudine alarum.

STAM. *Filamenta* decem, connata, aſſurgentia, linea dorſali fiſſa baſique hiante. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum, reflexum, hirſutum. *Stylus* ſimplex, infractus, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.

PER. *Legumen* breve, turgidum, uniloculare, bivalve, pedicellatum.

SEM. aliquot, globoſo-reniformia.

OBS. Crotalariæ *cum* Ononide *ſumma affinitas.*
Antheræ alternæ oblongæ, alternæ globoſæ, in quibusdam ſpeciebus. S.

1173. ONONIS. * Anonis *Tournef.* 408.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, leviter ſurſum arcuatis: *infima* ſub carina.

COR. papilionacea.
Vexillum cordatum, ſtriatum, lateribus depreſſum magis reliquis.
Alæ ovatæ, vexillo dimidio breviores.
Carina acuminata, alis fere longior.

Stam. *Filamenta* decem, in cylindrum integrum connata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, villoſum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* rhombeum, turgidum, ſubvilloſum, uniloculare, bivalve, ſeſſile.
Sem. pauca, reniformia.

1174. ANTHYLLIS. * Vulneraria *Tournef.* 211. Erinacea *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, ventricoſum, villoſum: *ore* quinquedentato, inæquali; perſiſtens.
Cor. papilionacea:
Vexillum longius, lateribus reflexis, ungue longitudine calycis.
Alæ duæ, oblongæ, vexillo breviores.
Carina compreſſa, longitudine alarum, alis ſimilis.
Stam. *Filamenta* decem, connata, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex; adſcendens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* ſubrotundum, tectum intra calycem, minimum, bivalve.
Sem. unum alterumve.

1175. EBENUS.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, terminatum *dentibus* quinque filiformibus, villoſis; ſubæqualibus.
Cor. papilionacea, longitudine calycis.
Vexillum ſubrotundum, rectum, integrum.
Alarum rudimenta, obſoleta, lunata.
Carina lunata, gibba, apice adſcendens.
Stam. *Filamenta* decem, omnia connata in vaginam, apicibus diſtinctis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſum. *Stylus* capillaris. *Stigma* terminale, mucronatum.
Per. *Legumen* ovatum.
Sem. unicum, hirtum.
Obs. *Cum* Anthyllide *conjungitur a Cel. De Lamarck. S.*

1176. LUPINUS. * *Tournef.* 213.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bifidum.
Cor. papilionacea.
Vexillum cordato-ſubrotundum, emarginatum, lateribus reflexis, compreſſis.
Alæ ſubovatæ, longitudine fere vexilli, carinæ non affixæ, inferne conniventes.
Carina baſi bipartita, ſurſum falcata, acuminata, integra, longitudine alarum, anguſtior.
Stam. *Filamenta* decem, coalita, ſubadſcendentia, ſuperne diſtincta. *Antheræ* quinque ſubrotundæ, totidemque oblongæ.
Pist. *Germen* ſubulatum, compreſſum, villoſum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* terminale, obtuſum.
Per. *Legumen* magnum, oblongum, coriaceum, compreſſum, acuminatum, uniloculare.
Sem. plura, ſubrotunda, compreſſa.
Obs. Calyx *in diverſis ſpeciebus diverſus eſt.*

1177. ARACHIS. * Arachidna. *Plum.* 37. Arachidnoides. *Niſſ. A. G.* 1723. *t.* 19.

Cal. *Perianthium* bipartitum, dehiſcens. *Labium ſuperius* ovatum ſemitrifidum; lacinula intermedia fere majore, emarginata. *Labium inferius* lanceolatum, concavum, acutum, fere longius.
Cor. papilionacea, reſupinata.
Vexillum ſubrotundum, deflexo-planum, maximum, emarginatum, calyce longius.
Alæ liberæ, ſubovatæ, vexillo breviores.
Carina ſubulata, incurva, longitudine calycis, baſi leviſſime bifida.
Stam. *Filamenta* decem, omnia coalita, ſuperne diviſa, ſubulata, longitudine carinæ. *Antheræ* alternæ ſubrotundæ, alternæ oblongæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſubulatus, longitudine germinis, adſcendens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Legumen* ovato-oblongum, teres, evalve, gibbum, toruloſum, venoſum, coriaceum, uniloculare.
Sem. duo, oblonga, obtuſa, gibba, hinc truncata.
Obs. *Plerique flores maſculi ſunt* (*piſtillo absque germine.*) (*Fl. maſculos nullos obſervavit Walter carolin.* 182. *S.*)

* 1178. TRI-

* 1178. TRIGONIA. *Aubl.* 149. 150.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum; *limbo* quinquefido: *laciniis* duabus ſuperioribus profundius ſeparatis, erectis, divergentibus.

COR. papilionacea, pentapetala.
Vexillum erectum, planum, unguiculatum.
Alæ reflexæ, longiores, anguſtiores.
Carina dipetala, connivens.

STAM. *Filamenta* decem, in vaginam connata, ſuperne diſtincta quorum quædam (3, 5, 7,) ſæpè ſterilia. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ovatum, parvum. *Stylus* brevis, adſcendens. *Stigma* capitatum, planum, margine membranaceo cinctum.

PER. *Capſula* oblonga, trigona, triſulca, acuta, unilocularis, trivalvis: *valvulis* navicularibus, duplicatis: exterioribus coriaceis; interioribus membranaceis, interne lanatis.

SEM. plurima, ſubrotunda, *lana* longa involuta, *filis* tribus, valvulas unienribus, adnata?

OBS. *Annè ſemina uni potius futuræ tantum adnaſcuntur? — An recte hoc genus huc refertur?* S.

* 1179. DIMORPHA. Parivoa *Aubl.* 303. 304. Eperua *Aubl.* 142.

CAL. *Perianthium* monophyllum, baſi rotundatum, profunde tri- ſ. quadrifidum, obtuſum.

COR. *Petalum* ampliſſimum, ventricoſum, lateribus convolutum, crenulatum, inſertum calyci ſub ſtaminibus, ad latus inferius collocatum.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex ad hiatum petali, & novemfidum petali medio incumbens,) adſcendentia, corolla longiora. *Antheræ* parallelepipedæ, incumbentes.

PIST. *Germen* pedicellatum, compreſſum, breve. *Stylus* ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

PER. *Legumen* magnum, obliquum, compreſſum, unilocularе.

SEM. unicum ſ. pauca.

OBS. *Petalum unicum, ut in Amorpha, ſed Carinæ locum occupans; Alæ & Vexillum deſunt.*
Parivoa *Aubl. differt Legumine obovato, monoſpermo.*
Eperua *Aubl. filamentis baſi incraſſatis villoſis, (in icone*

5 *tantum antheriferis ;*) *Legumine acinaciformi, tri-ſ. tetraſpermo.*

1180. PHASEOLUS. * *Tournef.* 232.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *Labio ſuperiori* emarginato; *inferiore* tridentato.

Cor. papilionacea:

Vexillum cordatum, obtuſum, emarginatum, reclinatum, lateribus reflexis.

Alæ ovatæ, longitudine vexilli, unguibus longis inſidentes.

Carina anguſta, ſpiraliter contra ſolem revoluta.

Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum,) intra carinam, ſpiralia. *Antheræ* decem, ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, villoſum. *Stylus* filiformis, ſpiraliter inflexus, ſuperne pubeſcens. *Stigma* obtuſum, craſſiuſculum, villoſum.

Per. *Legumen* longum, rectum, coriaceum, obtuſum cum acumine.

Sem. reniformia, oblonga, compreſſa.

Obs. *Carina cum contentis genitalibus ſpiralis, eſſentialis eſt nota.*

Calyx *alius exterior diphyllus ſubrotundus in multis ſpeciebus adeſt.*

1181. DOLICHOS. *

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, quadridentatum, æquale: *denticulo ſupremo* emarginato.

Cor. papilionacea:

Vexillum ſubrotundum, magnum, emarginatum, totum reflexum. *Calli* duo, oblongi, paralleli & longitudinales, vexillo ſubtus verſus baſin adnati, alas comprimentes, a tergo non excavati.

Alæ ovatæ, obtuſæ, longitudine carinæ.

Carina lunulata, compreſſa, inferne arcte connivens, longitudine alarum, apice adſcendens.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum:) *ſimplici* ad baſin curvato. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* lineare, compreſſum. *Stylus* adſcendens. *Stigma* barbatum, introrſum a medietate ad apicem ſtyli excurrens, *apice Styli* antice calloſo, obtuſo.

Per. *Legumen* acuminatum, magnum, oblongum, bivalve, biloculare.

Sem. plura, elliptica, compreſſa ſæpius.

Obs. *Phaſeoli facies eſt; Carina, quæ non ſpiralis, diſtinguit genus.*

1182. GLYCINE. * Apios *Boerh.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, compreſſum: *ore* bilabiato: *Labio ſuperiore* emarginato, obtuſo. *Lab. inferiore* longiore, trifido, acuto: *dente intermedio* productiore.

Cor. papilionacea.

Vexillum obcordatum, *lateribus* deflexis, dorſo gibbo, *apice* emarginato, recto, a carina repulſum.

Alæ oblongæ, verſus apicem ovatæ, parvæ, deorſum flexæ.

Carina linearis, falcata, ſurſum flexa, apice vexillum ſurſum premente obtuſa, verſus apicem latior.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) apice parum diviſa, revoluta. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* cylindraceus, in ſpiram revolutus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* oblongum.

Sem. reniformia.

Obs. G. Apios & fruteſcens *Leguminibus bilocularibus eſt.*

G. monoica *ſexu in hac gente ſingularis.*

1183. CLITORIA. * Ternatea *Tournef.* A. G. 1706. *t.* 1. *Dill. gen.* 10. Clitorius *Dill. elth.* 76.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. papilionacea.

Vexillum maximum, rectum, emarginatum, margine undulatum, patens.

Alæ oblongæ, rectæ, obtuſæ, vexillo breviores.

Carina alis brevior, ſubrotundo-falcata.

Stam. *Filamenta* diadelpha. (ſimplex & novemfidum) *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* adſcendens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* longiſſimum, lineare, compreſſum, unilocular, bivalve, apice ſubulato.

Sem. plura, reniformia.

Obs. *Corolla ſæpius reſupinata eſt.*

In Cl. Ternatea tubus filamentorum baſi globoſus, mellifer. Cyrill. de eſſ. char. 485.

1184. PISUM. * *Tournef.* 215. Ochrus *Tournef.* 219. 220.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum. acutum, perſiſtens: *laciniis duabus ſuperioribus* brevioribus.

Cor. papilionacea.

Vexillum latiſſimum, obcordatum, reflexum, emarginatum cum acumine.

Alæ duæ, ſubrotundæ, conniventes, vexillo breviores.

Carina compreſſa, ſemilunulata, alis brevior.

Stam. *Filamenta* diadelpha: *unicum* ſimplex ſuperius, ſubulato-planum: & *novem* ſubulata infra medium in cylindrum ſuperne fiſſum coalita. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* adſcendens triangulus, membranaceus, carinatus extrorſum flexis lateribus. *Stigma* angulo ſuperiori adnatum, oblongum, villoſum.

Per. *Legumen* magnum, longum, teretiuſculum (vel compreſſum deorſum), apice ſurſum acuminato, uniloculare, bivalve.

Sem. plura, globoſa.

Obs. Ochri T. *Semina Hilo oblongo notantur.*

Piſi T. *Semina Hilo ſubrotundo alligantur.*

1185. OROBUS. * *Tournef.* 214.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, baſi obtuſum: *ore* obliquo, quinquedentato, breviſſimo: *denticulis tribus inferioribus* acutioribus; *duobus ſuperioribus* brevioribus, profundius & obtuſe diviſis; marceſcens.

Cor. papilionacea.

Vexillum obcordatum, apice lateribusque reflexum, longius.

Alæ duæ, oblongæ, longitudine fere vexilli, aſſurgentes, conniventes.

Carina inferne manifeſte bifida, acuminata, aſſurgens: *marginibus* conniventibus, parallelis, compreſſis: *fundo* ventricoſo.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* cylindraceum, compreſſum. *Stylus* filiformis, ſurſum flexus, erectus. *Stigma* lineare, lateri interiori a medietate ad apicem ſtyli pubeſcens.

PER. *Legumen* teres, longum, apice acuminato adſcendente, uniloculare, bivalve.
SEM. plurima, ſubrotunda.

1186. LATHYRUS. * *Tourneſ.* 216. 217. Clymenum *Tourneſ.* 218. Aphaca *Tourneſ.* 223.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, campanulatum: *laciniis* lanceolatis, acutis: ſuperioribus duabus brevioribus; infima longiore.
COR. papilionacea.
Vexillum obcordatum, maximum, lateribus & apice reflexum.
Alæ oblongæ, lunulatæ, breves, obtuſæ.
Carina ſemiorbiculata, magnitudine alarum, iisque latior, in medio introrſum dehiſcens.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) aſſurgentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* compreſſum, oblongum, lineare. *Stylus* ſurſum erectus, planus, ſuperne latior, apice acuto. *Stigma* a medietate ſtyli ad apicem antice villoſum.
PER. *Legumen* longiſſimum, cylindraceum vel compreſſum, acuminatum, uniloculare, bivalve.
SEM. plura, cylindracea, globoſa, vel parum angulata.
OBS. Lathyrus T. *folia conjugata cirrhifera.*
Clymenum T. *folia pinnata cirrhoſa gerit.*
Niſſolia T. *folia ſimplicia cirrhis carentia fert.*
Aphaca T. *Stipulas promit absque foliis.*
Piſum *admodum affine eſt Lathyro, differt tamen manifeſte ſtylo.*

1187. VICIA. * *Tourn.* 221. Faba *Tourn.* 212.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, ſemiquinquefidum, acutum: *dentibus ſuperioribus* brevioribus, conniventibus: omnibus æqualis latitudinis.
COR. papilionacea.
Vexillum ovale, ungue lato oblongo, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum, linea longitudinali compreſſa elevata.
Alæ duæ, oblongæ, erectæ, ſemicordatæ, ungue oblongo, vexillo breviores.
Carina ungue oblongo bipartito, ventriculo compreſſo ſemiorbiculato, alis breviore.

Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* erectæ, ſubrotundæ, quadriſulcæ.

Nectarii glandula intra ſtamen compoſitum & germen, e receptaculo oritur, brevis, acuminata.

Pist. *Germen* lineare, compreſſum, longum. *Stylus* filiformis, brevior, ad angulum erectum adſcendens. *Stigma* obtuſum, ſub apice transverſe barbatum.

Per. *Legumen* longum, coriaceum, uniloculare, bivalve, acumine terminatum.

Sem. plura, ſubrotunda.

Fabæ T. *Semina ovalia, compreſſa.*

Viciæ *Riu. Semina ſubrotunda.*

1188. ERVUM. * *Tournef.* 221.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, ſubæqualibus.

Cor. papilionacea.

Vexillum planum, leviter reflexum, ſubrotundum, majus.

Alæ obtuſæ, vexillo dimidio breviores.

Carina alis brevior, acuminata.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum, imberbe.

Per. *Legumen* oblongum, obtuſum, teres, ſeminibus protuberantibus nodoſum.

Sem. quatuor, fere ſubrotunda.

Obs. *Differt a Vicia ſolo ſtigmate.*

1189. CICER. * *Tournef.* 210. Lens *Tournef.* 210.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine corollæ: *laciniis* quatuor vexillo incumbentibus: *intermediis* duabus longitudinaliter conniventibus; *infima* lacinia carinæ ſubjecta.

Cor. papilionacea.

Vexillum planum, ſubrotundum, majus, lateribus inflexum.

Alæ obtuſæ, vexillo dimidio breviores.

Carina alis brevior, acutiuſcula.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.

PER. *Legumen* rhomboidale, turgidum, inflatum.
SEM. duo, ſubrotunda, lateribus nodoſo-gibba, apice inflexo-curva.

1190. LIPARIA. †

CAL. *Perianthium* monophyllum, baſi obtuſiſſimum, ſemiquinquefidum, acutum: *lacinia* infima longiſſima, elliptica, petaloidea.
COR. papilionacea absque proceſſibus carinæ alæve.
Vexillum oblongum, conduplicatum, rectum: lateribus reflexis.
Alæ oblongæ, rectæ, baſi anguſtiores, margine inferiore bilobæ.
Carina lanceolata, ſubadſcendens, baſi bipartita.
STAM. *Filamenta* diadelpha: ſimplex & novempartitum, filiformia: tribus brevioribus. *Antheræ* ovatæ.
PIST. *Germen* ſeſſile, breviſſimum. *Stylus* filiformis, mediocris. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* ovatum.
SEM. pauca.

1191. CYTISUS. * *Tournef.* 416.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, breve, baſi obtuſum: *ore* bilabiato: *labio ſuperiore* bifido, acuminato; *inferiore* tridentato.
COR. papilionacea.
Vexillum ovatum, aſſurgens, lateribus reflexis.
Alæ longitudine vexilli, rectæ, obtuſæ.
Carina ventriculoſa, acuminata.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* oblongum, obtuſum, baſi attenuatum, rigidum.
SEM. nonnulla, reniformia, compreſſa.
OBS. C. Cajan *Corollæ alæ horizontaliter planæ, carinaque obtuſa.*
Antheræ in aliquibus alternæ oblongæ, alternæ ſubrotundæ. Cyrill, de eſſ. char. 47. *S.*

* 1192. MULLERA. *Linn. fil. ſuppl.* 53.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, compreſſum, baſi truncatum planiuſculum, quadridentatum: *dente*

ſuperiori obliterato, rarius fiſſo; lateralibus remotioribus, acutis; infimo productiori, magis ſubulato.

Cor. papilionacea.

Vexillum reflexum, cordatum, ovatum, integerrimum, obtuſum, planum: *unque* planiuſculo, vix calyce longiori, ab alis & carina remoto.

Alæ oblongæ, conniventes, baſi gibbæ, unguiculatæ.

Carina alis brevior, conſtans e petalis duobus diſtinctis, conniventibus, unguiculatis, formantibus vaginam oblongam, compreſſam, rectam.

Stam. *Filamenta* decem, connata in vaginam compreſſam, baſi latiorem. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* lineare, compreſſum. *Stylus* brevis. *Stigma* acutum.

Per. *Fructus* moniliformis, e *globulis* tribus, quatuor, ſ. quinque, concatenatis, ſolidis, unilocularibus, univalvibus, monoſpermis, quorum infimi majores.

Sem. ſolitaria, compreſſa, reniformia, glabra.

1193. GEOFFRÆA. *Jacq. amer.* 207.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum: *laciniis* duabus ſuperioribus divergentibus, patentibus.

Cor. papilionacea.

Vexillum ſubrotundum, emarginatum, planum, reflexum.

Alæ longitudine vexilli, obtuſæ, concavæ.

Carina compreſſa, longitudine & figura alarum.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) longitudine carinæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Drupa* ovata, magna, ſulco utrinque longitudinali.

Sem. *Nux* ſubovata, ſubligneа, compreſſiuſcula, ſulco utrinque longitudinali, acuta, bivalvis.

* 1194. DIPHYSA. *Jacq. amer.* 208.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, compreſſiuſculum, ſemiquinquefidum: *laciniis* duabus ſuperioribus ſubrotundis, obtuſis, planis, patentiſſimis; duabus lateralibus ovatis, acutis, erectis, planiuſculis; infima lanceolata, acuminata, concava, erecta, paullo longiore.

Cor. papilionacea.

Vexillum obovato-oblongum, emarginatum, planum, amplum, reflexum, ungui longitudine calycis insidens.

Alæ vexillo breviores, oblongæ, obtusæ, adscendentes, postice conniventes, antice divergentes.

Carina falcata, acuminata, compressa, adscendens, alis brevior.

STAM. *Filamenta* decem, diadelpha, (simplex & novemfidum,) adscendentia. *Antheræ* ovatæ, parvæ.

PIST. *Germen* teretiusculum, pedicellatum. *Stylus* capillaris, assurgens. *Stigma* simplex, acutum.

PER. *Legumen* lineare, compresso-planum, obtusum, utrinque longitudinaliter auctum *vesica* membranacea, maxima, inflata, undique clausa; uniloculare.

SEM. plura, oblonga, obtusa, compressa, hamulo instructa.

OBS. *Sutura valvulæ & vesicæ communis est. Legumen inter singula semina articulatim discedit.*

1195. ROBINIA. * Pseudoacacia *Tourn.* 417. Caragana *Lamarck. encycl.* 1. *p.* 615.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, campanulatum, quadrifidum: *denticulis tribus inferioribus* tenuioribus; *supremo quarto* duplo latiori, vix manifeste emarginato; omnibus longitudine æqualibus.

COR. papilionacea.

Vexillum subrotundum, majus, patens, obtusum.

Alæ oblongæ, ovatæ, liberæ: appendice brevissimo, obtuso.

Carina fere semiorbiculata, compressa, obtusa, longitudine alarum.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum,) superne adscendentia. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* cylindraceum, oblongum. *Stylus* filiformis, sursum flexus. *Stigma* villosum antice ad apicem styli.

PER. *Legumen* magnum, compressum, gibbum, longum.

SEM. pauca, reniformia.

OBS. Caragana *Lam. distinguitur a* Robinia *L. Stigmate glabro, truncato, Legumine subcylindraceo inflato. S.*

1196. COLUTEA. * *Tournef.* 481.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, erectum, subæquale, persistens.

COR. papilionacea.

Vexillum, *Alæ* & *Carina* figura & proportione varia differunt.

Alæ appreſſæ, lanceolatæ.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum, compreſſum, utrinque attenuatum. *Stylus* adſcendens. *Stigma* linea barbata a medio ſtyli ad ejus apicem a parte ſuperiori extenſum.

PER. *Legumen* maximum, latiſſimum, inflatum, membranaceo-diaphanum, *futura* ſuperiori erecta, *inferiori* gibba, uniloculare, ad baſin futura ſuperiore dehiſcens.

SEM. plura, reniformia.

OBS. Fructus *eſſentiam generis conſtituit.*

C. Fruteſcens *Vexillum carina brevius*, *alæ vexillo longe breviores.*

1197. GLYCYRRHIZA. * *Tournef.* 210.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, bilabiatum, perſiſtens. *Labium ſuperius* tripartitum: *laciniis lateralibus* linearibus: *intermedia* latiore, bifida. *Labium inferius* ſimpliciſſimum, lineare.

COR. papilionacea.

Vexillum ovato-lanceolatum, rectum, longius.

Alæ oblongæ, carinæ ſimillimæ, ſed paulo majores.

Carina dipetala, acuta, ungue longitudine calycis.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) recta. *Antheræ* ſimplices, ſubrotundæ.

PIST. *Germen* calyce brevius. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, adſcendens.

PER. *Legumen* ovatum ſ. oblongum, compreſſum, acutum, uniloculare.

SEM. pauciſſima, reniformia.

1198. CORONILLA. * *Tourn.* 419. Emerus *Tourn.* 418. Securidaca *Tourn.* 224.

CAL. *Umbellula* ſimplex:

Perianthium monophyllum, breviſſimum, compreſſum, bifidum, erectum: *dentibus tribus inferioribus* minoribus: *ſuperioribus duobus* coalitis; perſiſtens.

COR. papilionacea

Vexillum cordatum, undique reflexum, alis vix longius.

Alæ ovatæ, ſurſum conniventes, deorſum dehiſcentes, obtuſæ

Carina compreſſa, acuminata, adſcendens, alis ſæpius brevior.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) ad angulum fere rectum adſcendentia, apicibus latiuſculis. *Antheræ* ſimplices, parvæ.

Pist. *Germen* teres, oblongum. *Stylus* ſetaceus, adſcendens. *Stigma* parvum, obtuſum.

Per. *Legumen* longiſſimum, teres, rectum, inter ſingula ſemina iſthmis contractum, bivalve, uniloculare, articulatim diſcedens.

Sem. plura.

Obs. Coronillæ T. *Legumen teres quaſi articulatum: Semina oblongiuſcula.*

Securidacæ T. *Legumen compreſſum, futura altera plana, altera anguſta. Semina tetragona.*

Emeri T. *Ungues corollæ calyce longiores: Legumen tenue ſubulatum: Semina cylindracea.*

1199. ORNITHOPUS. * Ornithopodium *Tournef.* 224.

Cal. *Umbella* ſimplex.

Perianthium monophyllum, tubulatum, *ore* quinquedentato, ſubæquali, perſiſtens.

Cor. papilionacea.

Vexillum obcordatum, integrum.

Alæ ovatæ, rectæ, magnitudine vix vexilli.

Carina compreſſa, minima.

Stam. *Filamenta* diadelpha. (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* lineare. *Stylus* ſetaceus, adſcendens. *Stigma* punctum terminale.

Per. *Legumen* ſubulatum, teres, arcuatum, articulatum iſthmisque interceptum, articulatim diſcedens.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

1200. HIPPOCREPIS. * Ferrum equinum *Tournef.* 225.

Cal. *Umbella* ſimplex.

Perianthium monophyllum, quinquedentatum: *denticulis ſuperioribus* conjunctis, minusque diviſis; perſiſtens.

Cor. papilionacea.

Vexillum cordatum, ungui longitudine calycis inſidens.

Alæ ovato-oblongæ, obtuſæ.
Carina lunulata, compreſſa.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* tenue, oblongum, deſinens in *Stylum* ſubulatum, adſcendentem. *Stigma* ſimpliciſſimum.

PER. *Legumen* compreſſo-membranaceum, longiſſimum, incurvatum, ſutura altera fere ad ſuperiorem inciſum multoties ſinubus ſubrotundis; hinc *Articulis* conſtans obtuſe trigonis, plurimis, ſutura ſuperiore connexis.

SEM. ſolitaria in ſingulo articulo, oblonga, incurva.

OBS. *Eſſentialis character in Legumine, ſoleæ equinæ forma, conſtat.*

1201. SCORPIURUS. * Scorpioides *Tourn. ef.* 226.

CAL. *Umbellula* ſimplex.
Perianthium monophyllum, erectum, inflatum, leviſſime compreſſum, ſemiquinquefidum, acutum: *dentibus* ſubæqualibus: *ſuperioribus* minus diviſis.

COR. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, emarginatum, reflexum, patens.
Alæ ſubovatæ, laxæ, appendice obtuſo.
Carina ſemilunata, *ventre* gibba, acuminata, erecta, inferne bipartita.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* oblongum, teres, parum reflexum. *Stylus* ſurſum inflexus. *Stigma* punctum terminale.

PER. *Legumen* oblongum, teretiuſculum, coriaceum, ſtriatum, ſcabrum, revolutum, in plura loculamenta transverſa interne diviſum, externe obſcure articulis contractis nodoſum.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

1202. ÆSCHYNOMENE. *

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſubbilabiatum, *Labiis* æqualibus: *ſuperiori* ſcilicet bifido: *inferiori* tridentato.

COR. papilionacea.
Vexillum ſubcordatum, vix dehiſcens, majus.
Alæ ſubovatæ, obtuſæ, vexillo breviores.
Carina lunata, acuminata, longitudine alarum.

STAM. *Filamenta* decem. (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* oblongum, villoſum, teres. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* ſimplex, obtuſiuſculum.
PER. *Legumen* longum, compreſſo-planum, articulatum, ſcabrum, uniloculare, articulis truncatis diſcedens.
SEM. ſolitaria intra ſingulum articulum, reniformia.

* 1203. STYLOSANTHES. † *Swartz. prodr.* 108. *Auctore cel. Swartzio.* Hedyſari ſp. *Ed. pr.*

CAL. *Perianthium* longiſſimum, tubulatum, corolliferum, ſub flore quinquepartitum, minutum, inæquale: *laciniis poſterioribus* conniventibus; *lateralibus* obtuſis; *anteriore* lanceolata, acuminata, longiore.
COR. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, emarginatum, reflexum, patens, alis & carina majus.
Alæ baſi attenuatæ, apice rotundatæ, conniventes.
Carina minuta, incurva, acuminata, baſi bifida.
STAM. *Filamenta* decem, unita, apice libera, baſi antice diviſa ſed conniventia. *Antheræ* oblongæ, carina incluſæ.
PIST. *Germen* oblongum, compreſſum, in fundo tubi calycis infra corollam. *Stylus* longiſſimus, per tubum corollam intrans & elevans, carina cum ſtaminibus incluſus. *Stigma* pubeſcens.
PER. *Legumen* compreſſiuſculum, biarticulatum: *articulis* ſubrotundis, gibbis, dorſo angulatis, monoſpermis: ſuperiori hamato, florem emarcidum in apice gerente.
SEM. oblonga.

1204. HEDYSARUM. * *Tourn.* 225. Onobrychis *Tourn.* 211. Alhagi *Tourn.* 439.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſubulatis, erectis, perſiſtentibus.
COR. papilionacea, ſtriata.
Vexillum reflexo-compreſſum, ovato oblongum, emarginatum, longum.
Alæ oblongæ, reliquis anguſtiores, rectæ.
Carina recta, compreſſa, extrorſum latior, transverſe obtuſa, a baſi ad gibbum bifida.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) ad angulum rectum inflexa. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ.

Pist. *Germen* tenue, compreſſum, lineare. *Stylus* ſubulatus, ut ſtamina inflexus. *Stigma* ſimpliciſſimum.
Per. *Legumen* articulis ſubrotundis, compreſſis, monoſpermis, bivalvibus.
Sem. reniforme, ſolitarium.
Obs. *Pericarpium in hoc genere parum differt, hinc in varia genera dilaceratum fuit.*
Onobrychis T. *Legumen unico articulo conſtans.*
Hedyſari T. *Legumen articulis plurimis catenulatim affixis conſtans.*
Alhagi T. *foliis alternis ab Hedyſaro T. diſtinguitur.*

1205. INDIGOFERA. * Indigo *Iſnard. A. G.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, ſubplanum, quinquedentatum.
Cor. papilionacea.
Vexillum rotundatum, reflexum, emarginatum, patens.
Alæ oblongæ, obtuſæ, margine inferiore patentes, figura vexilli.
Carina obtuſa, patens, deflexa, utrinque mucrone ſubulato cavo notata.
Stam. *Filamenta* diadelpha, in cylindrum digeſta, apicibus adſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* cylindricum. *Stylus* brevis, adſcendens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* teretiuſculum, longum.
Sem. aliquot, reniformia.

1206. GALEGA. * *Tournef.* 222. Indigo *Iſnard. A. G.* Cracca *Syſt. nat.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, breve, ſemiquinquefidum: *dentibus* ſubulatis, ſubæqualibus.
Cor. papilionacea.
Vexillum majus, ovatum, apice & lateribus reflexum.
Alæ oblongæ, appendice auctæ, longitudine fere vexilli.
Carina oblonga, compreſſa, recta, verſus apicem deorſum gibba, ſurſum acuta.
Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* tenue, oblongum. *Stylus* tenuis, germine brevior, adſcendens. *Stigma* terminale punctum minimum.

PER. *Legumen* longiſſimum, compreſſum, acuminatum, ſtriis obliquis exaratum inter ſemina.
SEM. plura, oblongo-reniformia.

1207. PHACA. * Aſtragaloides *Tourn.* 223.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum.
COR. papilionacea.
Vexillum obovatum, rectum, majus.
Alæ oblongæ, obtuſæ, breviores.
Carina brevis, compreſſa, obtuſa.
STAM. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* ſubrotundæ, adſcendentes.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* oblongum, inflatum, ſemibiloculare: ſutura ſuperiori depreſſa verſus inferiorem.
SEM. plura, reniformia.
OBS. *Legumen in aliis rectum eſt, in aliis vero recurvum, ut apex fere baſim tangat.*
Cum in Aſtragalis quibusdam diſſepimentum Leguminis non affigatur ſuturæ inferiori, licet approximatum ſit, patet hinc Affinitas ſumma Phacæ & Aſtragali.

1208. ASTRAGALUS. * *Tournef.* 233. Tragacantha *Tournef.* 234.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, acutum: *denticulis inferioribus* gradatim minoribus.
COR. papilionacea.
Vexillum longius reliquis, lateribus reflexum, emarginatum, obtuſum, rectum.
Alæ oblongæ, vexillo breviores.
Carina longitudine alarum, emarginata.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) fere recta. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* teretiuſculum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* biloculare: *loculis* ad alterum latus magis flexis.
SEM. reniformia.
OBS. Tragacantha T. *planta fruticoſa petiolis ſpineſcentibus.*
Aſtragalus *Riv. Siliqua gaudet oblonga polyſperma.*

Glaux *Riv. Siliculam gerit cordatam.*
Legumina *ergo in diverſis diverſa.* R.

1209. BISSERRULA. * Pelecinus *Tournef.* 234.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, ſemiquinquefidum; *dentibus* ſubulatis, æqualibus: *ſuperioribus duobus* remotioribus.
Cor. papilionacea.
Vexillum majus, lateribus reflexum, adſcendens, ſubrotundum.
Alæ ovato-oblongæ, liberæ, vexillo breviores.
Carina longitudine alarum, obtuſa, adſcendens.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) adſcendentia apicibus, carina incluſa. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Legumen* magnum, lineare, planum, biloculare: *diſſepimento* valvis contrario.
Sem. plurima, reniformia, compreſſa.

1210. PSORALEA. * *Roy. ludb. p.* 372. Dalea *edit. prior.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tuberculis punctatum, quinquefidum: *laciniis* acutis, æqualibus, perſiſtentibus: *infima* duplo longiore.
Cor. papilionacea, pentapetala.
Vexillum ſubrotundum, emarginatum, aſſurgens.
Alæ lunulatæ, obtuſæ, parvæ.
Carina dipetala, lunulata, obtuſa.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex ſetaceum & novem coalita,) adſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* lineare. *Stylus* ſubulatus, adſcendens, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* longitudine calycis, compreſſum, adſcendens, acuminatum.
Sem. unicum, reniforme.
Obs. *Singulare in hoc genere Calycem, uti tota planta, tuberculis eſſe punctatum & Petala venis coloratis notata.*

1211. TRI-

1211. TRIFOLIUM. * *Tournef.* 228. Trifoliaſtrum *Mich.* 25. Melilotus *Tournef.* 229. Lupinaſter *Buxb.*

CAL. *Umbellula* ſ. *Capitulum* receptaculo communi.
Perianthium monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. papilionacea, ſæpius perſiſtens, marceſcens.
Vexillum reflexum.
Alæ vexillo breviores.
Carina alis brevior.
STAM. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* vix calyce longius, univalve, non dehiſcens, deciduum.
SEM. pauciſſima, ſubrotunda.
OBS. *Characterem hujus generis abſolutum, cum nota ſua vera & eſſentiali, inter omnes dare difficilimum judico.*
Genus hoc naturale eſſe, docent facies & attributa varia ſpecierum: nec limites invenerunt, qui dilacerare tentarunt.
Triphylloides *Pont. Corolla monopetala, coalitis ſcilicet in unum vexillo, alis & carina.*
Trifoliaſtri *Mich. Legumen calyce longius: Floſculi in capitulum congeſti.*
Lupulini *Riv. Corolla perſiſtens. Vexillo inflexo plano.*
Lagopi *Riv. Calyx longitudine corollæ villoſus.*
Meliloti *T. Legumen calyce longius.*
Lupinaſter *B. Legumina polyſperma. Folia quinata.*

1212. LOTUS. * *Tournef.* 227.

CAL. *Umbella* ſimplex.
Perianthium monophyllum, tubuloſum, ſemiquinquefidum: *dentibus* acutis, æqualibus, erectis; perſiſtens.
COR. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, deorſum flexum: unguë oblongo, concavo.
Alæ ſubrotundæ, vexillo breviores, latæ, ſurſum conniventes.

Carina inferne gibba, ſuperne clauſa, acuminata, adſcendens, brevis.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia, apicibus latiuſculis. *Antheræ* parvæ, ſimplices.

PIST. *Germen* teres, oblongum. *Stylus* ſimplex, adſcendens. *Stigma* punctum inflexum.

PER. *Legumen* cylindricum, ſtrictum, farctum, calyce longius, multiloculare, bivalve.

SEM. plura, cylindrica.

1213. TRIGONELLA. * Fœnum græcum *Tournef.* 270.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum: *denticulis* ſubulatis, ſubæqualibus.

COR. papilionacea, quaſi tripetala?

Vexillum ſubovatum, obtuſum, reflexo-patens.

Alæ duæ, ovato oblongæ, extrorſum reflexo-patentes, ut vexillum cum alis quaſi conſtituat corollam tripetalam regularem.

Carina breviſſima, obtuſa, umbilicum floris occupans.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) brevia, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* ſimplex.

PER. *Legumen* ovato-oblongum, compreſſum, tectum.

SEM. plura, ſubrotunda.

OBS. *Sola Corollæ figura diſtinctum evadit genus.*

1214. MEDICAGO. * *Tournef.* 231. Medica *Tournef.* 231.

CAL. *Perianthium* monophyllum, rectum, campanulato-cylindraceum, ſemiquinquefidum, acuminatum, æquale.

COR. papilionacea.

Vexillum ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum.

Alæ ovato oblongæ, appendice carinæ affixæ, lateribus conniventibus ſub carina.

Carina oblonga, bifida, patens, obtuſa, deflexa a piſtillo hiansque a vexillo.

STAM. *Filamenta* diadelpha, coalita fere ad apices. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* pedicellatum, oblongum, incurvatum, compreſſum, filamentis involutum e carina exiliens, vexillum reflectens, deſinens in *Stylum* brevem, ſubulatum, fere rectum. *Stigma* terminale, minimum.

PER. *Legumen* compreſſum, longum, inflexum.

SEM. plura, reniformia vel angulata.

OBS. Cochleatæ *R. Siliqua ſpiraliter cochleata.*
Falcatæ *R. Siliquâ arcuata, falcata.*

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

I. DECANDRIA.

1215. *Theobroma.*

II. DODECANDRIA.

1216. *Bubroma.*
1217. *Abroma.*

III. ICOSANDRIA.

1218. *Citrus.*

IV. POLYANDRIA.

1219. *Glabraria.*
1220. *Münchhausia.*
1221. *Durio.*
1222. *Hopea.*
1223. *Symplocos.*
1224. *Hypericum.*
1225. *Ascyrum.*
1226. *Porostema.*
1227. *Swartzia.*

I. DECANDRIA.

† 1215. THEOBROMA. † *Linn. ſuppl.* 341. *Sonnerat nov. Guin. t.* 61. 62. *Houtt. veg.* 3. *t.* 14. Cacao *Tourn.* 444. *Aubl. t.* 275.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, patentibus, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, calyce minora. *Ungues* lati, fornicati, galeato concavi, apice emarginati, interne linea triplici craſſa exarati, nectario ad baſin inſerti. *Laminæ* ſubrotundæ, acuminatæ, patentes, ſingula baſi anguſtata, in unguiculum erecto-recurvum, ungui affixum.

Nectarium: *Urceolus* brevis, exſerens *cornicula* quinque, ſubulata, longa, erecta, acuminata, inflexo conniventia, per urceolum decurrentia.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, erecta, ſuperius extrorſum flexa, intra petalorum ungues latentia, nectario externe adnata, cum ejus corniculis alterna, iisque breviora. *Antheræ* in ſingulo filamento duæ, (utrinque ad apicem una,) verticales, loculo altero ſuperiore, altero inferiore.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, (ſtriatus *Aubl.*) ſtaminibus paullo longior. *Stigma* quinquefidum.

Per. *Capſula* oblonga, coriacea, inæqualis, quinquangularis, quinquelocularis, evalvis, non dehiſcens.

Sem. plurima, ſubovata, in pulpa butyracea nidulantia, affixa *Receptaculo* centrali, columnari.

II. DODECANDRIA.

* 1216. BUBROMA. † Guazuma *Plum.* 18. *Houſt rel.* 14.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis, patentibus, deciduis: duobus paullo majoribus.

Cor. *Petala* quinque. *Ungues* magni, baſi anguſti, fornicati, galeato-concavi, apice inflexi, roſtrati, emarginati, conniventes, nectario ad baſin inſerti. *Laminæ* ſemibifidæ: *laciniis* linearibus, patentibus.

Nectarium Urceolus campanulatus, diviſus in *lacinias* quinque, æquales, lanceolatas, acutas, minatas, erectas, apice patulas.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, erecta, apice extrorſum flexa, nectario externe adnata, cum ejus laciniis alterna iisque paullo breviora, apice trifida: diviſuris breviſſimis. *Antheræ* in ſingulo filamento tres: duæ ad apicem utrinque, tertia paullo inferior, ſingulæ ſingulis filamenti diviſuris inſidentes; *loculis* marginatis.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, hiſpidum. *Stylus* filiformis, longitudine fere ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* ſubgloboſa, lignoſa, undique tuberculis clavatis muricata, ſtella foliacea quinqueradiata terminata, decuplici ſerie foraminulorum transverſorum pertuſa, quinquelocularis, evalvis, non dehiſcens: *diſſepimentis* lignoſo-fibroſis; *loculamentis* interne membrana tenui veſtitis.

Sem. plurima, angulata, duplici ſerie adfixa *Receptaculo* centrali, ſubgloboſo.

* 1217. ABROMA. * *Jacq. hort.* 3. *t. Linn. ſuppl.* 54. *Gærtn.* 64. Haſtingia *Kœnig.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, calyce majora. *Ungues* obovati, fornicati, concavi, obtuſi, apice piloſi, erecti, nectario ad baſin inſerti. *Laminæ* ovales, obtuſæ, patentes, ciliatæ, baſi contractæ in unguiculos breviſſimos, ciliatos, recurvos, quibus unguibus inſident.

Nectarium Urceolus brevis, diviſus in *lacinias* quinque, obcordatas, piloſas, erectas, recurvato-fornicatas, cum unguibus petalorum alternantes.

Stam. *Filamenta* quinque, membranacea, minima, nectario inter lacinias innata, emarginato-trifida. *Antheræ* in ſingulo filamento tres, didymæ, reniformes.

Pist. *Germen* ſubcylindraceum. *Styli* quinque, ſubulati, approximati. *Stigmata* acuta.

Per. *Capſula* ovata, membranacea, venoſa, quinquealata, quinqueroſtrata, quinquelocularis, ſuperne inter roſtra quinquefariam dehiſcens: *diſſepimentis* duplicatis.

Sem. plurima, ſubovata, *arillo* membranaceo obliquo excepta, duplici ſerie adfixa margini diſſepimentorum centrali incraſſato & longitudinaliter barbato. *Receptaculum ſeminum* nullum.

III. ICOSANDRIA.

1218. CITRUS. * Aurantium *Tournef.* 393. 394. Citreum *Tournef.* 395. 396. Limon *Tournef.* 397.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, basi planum, minimum, marcescens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* viginti sæpius, subulata, compressa, erecta, in orbem s. cylindrum posita, inter se sæpius in plura vel pauciora corpora connata. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* globosum, interne novemloculare.
Per. *Bacca* cortice carnoso, pulpa vesiculis constante, novemlocularis.
Sem. bina, subovata, callosa.
Obs. Aurantii T. *Petiolus cordatus est.*
Citrei T. *Petiolus nudus & simplex.*
Limon T. *ab hortulanis facile distinguendum* T.

IV. POLYANDRIA.

1219. GLABRARIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, quinquefidum, corolla dimidio brevius.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, obtusa, æqualia.
Nectarium germen cingens: setis subulatis, erectis, coloratis, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* triginta, capillaria, nectariis interposita: senis senisque basi connexis, longitudine calycis. *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* subglobosum (tetracoccum?) *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Drupa* exsuccior, unilocularis. *Rumph.*
Sem. *Nucleus* osseus, ovalis. *Rumph.*

1220. MUNCHHAUSIA.

Cal. *Perianthium* monophyllum, semisexfidum, turbinatum, toruloſum, persistens: *laciniis* obtusis.
Cor. *Petala* sex, obovata, patentia, unguiculata, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* 24. s. 30, capillaria, petalis breviora; in *sex* corpora connata. *Antheræ* reniformes.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* filiformis, declinatus, mediocris. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ovata, acuminata, ſexlocularis.
Sem. plurima.

1221. DURIO. † *Rumph. amb.* 1. *p.* 99.

Cal. *Perianthium* monophyllum, urceolatum, quinquelobum: *lobis* rotundatis, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, calyci adjecta, eoque minora, concava.
Stam. *Filamenta* connata in corpora quinque, diviſa in ſeptem ſubulata, corolla longiora. *Antheræ* contortæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſtipitatum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* . . .
Per. *Pomum* ſubrotundum, undique muricatum mucronibus polyedris, quinqueloculare, quinquefariam dehiſcens.
Sem. nonnulla, ovata, *arillo* mucoſo.
Obs. Character *ab autoptis emendandus.*

1222. HOPEA. *Auth. Gardenio.* †

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum: *laciniis* ovatis, obtuſis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, concava, baſi mediantibus ſtaminum faſciculis connexa.
Stam. *Filamenta* plurima, ſetacea, corolla longiora, baſi connata in quinque corpora. *Antheræ* quadrangulares.
Pist. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* ſenſim incraſſatus, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* craſſiuſculum, obliqne depreſſum.
Per. *Drupa* ſicca, ovali-cylindrica, gibba, calyce coronata.
Sem. *Nux* glabra, trilocularis, apice obtuſo protracta.
Obs. Nuclei *loculamenta duo ſæpe abortiunt, & obliterantur. Affinitas* Styracis *videtur.*

† 1223. SYMPLOCOS. *Jacq. amer.* 166. *Swartz. prodr.* 109. Siponima *Aubl.* 226. *Cavanill. diſſ.* 7. *p.* 370. *t.* 217?

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum, parvum: *laciniis* ſubrotundis, erectis.
Cor. *Petala* quinque ſ. octo, oblonga, obtuſa, erecta, ſuperne patentiſſima.
Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, plana, petalis breviora,

ſerie quadruplici tubo corollæ accreta: inferioribus brevioribus. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, ſubtrifidum.

PER. *Drupa* quinquelocularis. *Sw.*

SEM. plura. *Id.*

1224. HYPERICUM. * *Tournef.* 131. --- *Gærtn.* 62. Androſæmum *Tourn.* 128. --- *Gærtn.* 59. Aſcyrum *Tournef.* 131.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ſubovatis, concavis, perſiſtentibus.

COR. *Petala* quinque, oblongo-ovata, obtuſa, patentia, ſecundum motum ſolis rotata.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, baſi coalita in quinque ſ. tres phalanges. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres (interdum 1, 2, 5.) ſimplices, diſtantes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* ſubrotunda: *loculis* numero ſtyli.

SEM. plurima, oblonga.

OBS. Aſcyrum T. *Pentagyna*, *Seminibus ſimplicibus.*
Hypericum T. *Trigyna*, *Pericarpio membranaceo.*
Androſæmum T. *Trigyna*, *Pericarpio molli colorato.*

1225. ASCYRUM. * --- *Gærtn.* 62. Hypericoides *Plum.* 7.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis exterioribus* oppoſitis minutiſſimis, linearibus; *interioribus* cordatis, magnis, planis, erectis: *omnibus* perſiſtentibus.

COR. *Petala* quatuor, ovata: *exteriora* oppoſita maxima; *interiora* minora.

STAM. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, baſi leviſſime coalita in quatuor partes. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* ſimplex.

PER. *Capſula* oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis, calycis foliis majoribus incluſa.

SEM. numeroſa, parva, ſubrotunda, valvularum margini affixa.

OBS. *Tot attributa, ab Hypericо differentia, prohibent, quo minus conjungi poſſit, licet facies ſimillima ſit & affinitas.*

* 1226. POROSTEMA. Nectandra *Roland.* Ocotea *Aubl.* 310.

CAL. *Perianthium* monophyllum, coloratum, perſiſtens, ſex-

partitum: *laciniis* ovatis, obtuſis: tribus interioribus minoribus.

Cor. nulla.

Nectarium Squamæ novem, oblongæ, truncatæ; quarum *ſex exteriores*, laciniis calycis ad baſin inſertæ, iisque incumbentes, *tres interiores* receptaculo adfixæ, prioribus obverſæ; ſingulæ *poris* quatuor inſculptæ, exteriores interno, interiores externo latere.

Glandulæ ſex, ſubrotundæ, carnoſæ, fundo calycis inter nectarii ſquamas interiores & exteriores adnatæ. *Aubl.*

Stam. *Filamenta* triginta ſex, ſquamis nectarii affixa, ſingula e ſingulo poro prodeuntia. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ, peltatæ.

Pist. *Germen* ovatum, angulatum, receptaculo immerſum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtuſum, concavum.

Per. *Drupa* turbinata, calyci adfixa.

Sem. duo. *Rolander.*

Obs. *Secundum Aubletium, eſt*

Per. *Capſula* ſubrotunda, 4-6-locularis, calyce tecta.

Sem. plurima, minutiſſima.

Genus Lauro adfine.

* 1227. SWARTZIA. † *Schreb.* Tounatea *Aubl.* 218.?

Cal. *Perianthium* monophyllum, inferum, coriaceum, interne coloratum, quadri-ſ. quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, acutiuſculis, reflexis, ſubæqualibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, flexuoſa, calyce longiora, adſcendentia, baſi coalita, receptaculo ſemicirculari, baſin pedicelli germinis ſuperius ambeunti inſerta; duoque longiora & craſſiora, ad latus pedicelli utrinque, ante reliqua filamenta, adnata, libera, declinata. *Antheræ* ſubrotundæ, planæ, ſupra infraque emarginatæ, dorſo adfixæ; in filamentis longioribus majores, ovales.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, villoſum, inſidens *pedicello* craſſiuſculo, declinato. *Stylus* nullus. *Stigma* obliquum, acutum.

Per *Capſula* coriacea, oblique ovata, pedicellata, unilocularis, bivalvis.

Sem. unicum, ovatum, baſi *arillo* pulpoſo urceolato obliquo tectum, pedicellatum.

Classis XIX.

SYNGENESIA.

SYNGENESIA. * *Compositi* Tournef. Riu. Raj. Herm. &c.

FLOSCULI Character Naturalis.

CALYX. Corona seminis, apice germinis insidens (*vide seminis coronam*)

COROLLA. monopetala: *Tubo* angustissimo, longo, germini insidens: *est vel*

α. TUBULATA: *Limbo* campanulato, quinquefido: *laciniis* reflexo-patentibus.

β. LIGULATA: *Limbo* lineari, plano, extrorsum verso, apice integro, tridentato vel quinquedentato, truncato.

γ. NULLA: *Limbo* destituta, *tuboque* sæpe carens.

STAMINA. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima, collo corollulæ inserta. *Antheræ* totidem, lineares, erectæ, lateribus coalitæ in cylindrum tubulatum, quinquedentatum, longitudine limbi.

PISTILLUM. *Germen* oblongum, inferum sub corollula, supra receptaculum commune. *Stylus* filiformis, erectus, staminum longitudine, antherarum cylindrum perforans. *Stigma* bipartitum: *laciniis* revolutis, patentibus.

PERICARPIUM. verum nullum, licet in quibusdam *Crusta* coriacea: ut in *Osteospermo*, *Strumpsia*.

SEMEN. unicum, oblongum, sæpe tetragonum, basi sæpius angustiore.

Coronatum PAPPO *radiis* plurimis in orbem positis *simplicibus*, vel *radiatis*, vel *ramosis*: eoque pappo vel *sessili* vel *stipiti* insidente.

— PERIANTHIO parvo, sæpe quinquedentato, persistente.

Corona destitutum.

OBSERVATIO.

Sexus vario modo sese habet, hinc sequentes species flosculorum.

Flosculus Tubulatus Hermaphroditus, *si stamina & pistillum adsint.*

— — Masculus, *si stamina sine stigmatibus.*

Floſculus Tubulatus Femineus, *ſi piſtillum ſine ſtaminibus.*
— — Neutra, *ſi neque ſtamina, neque ſtylus, aut ſtigma.*
— *Ligulatus* Hermaphroditus, Maſculus, Femineus, Neuter *ex prioribus patent.*

FLOSCULOSI Character.

Flosculosus flos, *Compoſitus* eſt ex Floſculis pluribus.

Receptaculum commune fructificationis plures Floſculos ſeſſiles recipit.

Diſco concavo, plano, convexo, pyramidato vel globoſo.
— ſuperficie *nuda:* leviſſimis punctis inæquali.
— *villoſa:* villis erectis tecta.
— *paleacea:* paleis linearibus, ſubulatis, compreſſis, erectis, floſculos diſtinguentibus veſtita.

Calix *Communis* eſt *Perianthium*, quod Receptaculum & floſculos continet, qui contrahitur abſoluta floreſcentia: expanſus reflectitur maturo ſemine: & eſt vel

Simplex, dum ſerie unica ambit floſculos.
Imbricatus, dum ſquamæ numerotæ exteriores gradatim breviores incumbunt interioribus.
Auctus, dum unica ſeries laciniarum æqualis longior cingit floſculos, & alia minima cingit baſin tantum ſimplicis interioris & majoris calycis.

Species compositorum Florum ſequentes ſunt: componuntur enim vel ex

1. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis hermaphroditis in radio.
2. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis femineis in radio.
3. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis hermaphroditis in radio.
4. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio.
5. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis femineis in radio.
6. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis neutris in radio.
7. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; nudis femineis in radio.
8. Floſculis tubuloſis maſculinis in diſco; nudis femineis in radio.

9. Floſculis ligulatis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio.

Ordines itaque nobis a recepto fructificationis Syſtemate erunt:

α. Polygamia æqualis. *ſpecies* 9. 1. 4.
β. Polygamia ſuperflua. — 2. 5. 7.
γ. Polygamia fruſtranea. — 3. 6.
δ. Polygamia neceſſaria. — 8.
ε. Polygamia ſegregata *Calyces plures partiales aut proprios intra calycem communem gerit.*
ζ. Monogamia *Floſculis non compoſita, ſimplex.*
Horum explicationem dedi in Syſtemate Naturæ.

OBSERVANDA.

Claſſis *hæc naturalis eſt, niſi ultimo accederet ordini Jaſione, Lobelia, Viola, Impatiens, huic loci ſecundum aſſumta principia Syſtematica neceſſaria.*

Eſſentia floris floſculoſi *conſiſtit in Antheris in cylindrum coalitis, cum ſemine infra receptaculum floſculi unico; ſed* Kuhnia *ſola antheris diſtinctis gaudet.*

Calyx communis *deeſt in* Echinope, *adeſt in* Scabioſa, *&c.*

Receptaculum commune *deeſt in* Milleria, *adeſt in* Dipſaco. *Ergo a Calyce & Receptaculo fruſtra petitur Eſſentia floſculi: & falſo ad Compoſitos referuntur* Scabioſa, Dipſacus, Gomphrena, *&c.*

Plumierium *nullum Compoſitorum florum genus ſtatuiſſe notabile eſt.*

Tournefortius *in Compoſitis genera maxime naturalia quæſivit, obſervationibus licet deſtitueretur Recentiorum.*

Vaillantius *obſervationes plures in Compoſitis, quam ullus alius dedit.*

SYNGENESIA.

I. POLYGAMIA ÆQUALIS.

1228. *Geropogon.*
1229. *Tragopogon.*
1230. *Scorzonera.*
1231. *Picris.*
1232. *Apargia.*
1233. *Sonchus.*
1234. *Lactuca.*
1235. *Chondrilla.*
1236. *Prenanthes.*
1237. *Leontodon.*
1238. *Hieracium.*
1239. *Crepis.*
1240. *Andryala.*
1241. *Rothia.*
1242. *Hyoseris.*
1243. *Hedypnoïs.*
1244. *Krigia.*
1245. *Seriola.*
1246. *Hypochoeris.*
1247. *Lapsana.*
1248. *Rhagadiolus.*
1249. *Zacintha.*
1250. *Catananche.*
1251. *Cichorium.*
1252. *Scolymus.*
1253. *Arctium.*
1254. *Carduus.*
1255. *Cnicus.*
1256. *Onopordum.*
1257. *Cynara.*
1258. *Carlina.*
1259. *Atractylis.*
1260. *Barnadesia.*
1261. *Carthamus.*
1262. *Vernonia.*
1263. *Liatris.*
1264. *Serratula.*
1265. *Pteronia.*
1266. *Spilanthus.*
1267. *Bidens.*
1268. *Lavenia.*
1269. *Cacalia.*
1270. *Kleinia.*
1271. *Ethulia.*
1272. *Eupatorium.*
1273. *Ageratum.*
1274. *Stœhelina.*
1275. *Chrysocoma.*
1276. *Tarchonanthus.*
1277. *Calea.*
1278. *Santolina.*
1279. *Athanasia.*

II. POLYGAMIA SUPERFLUA.

1280. *Tanacetum.*
1281. *Artemisia.*
1282. *Gnaphalium.*
1283. *Xeranthem.*
1284. *Carpesium.*
1285. *Baccharis.*

1286. *Conyza.*
1287. *Erigeron.*
1288. *Unxia.*
1289. *Tuſſilago.*
1290. *Senecio.*
1291. *Aſter.*
1292. *Solidago.*
1293. *Mutiſia.*
1294. *Cineraria.*
1295. *Inula.*
1296. *Arnica.*
1297. *Doronicum.*
1298. *Perdicium.*
1299. *Helenium.*
1300. *Bellis.*
1301. *Bellium.*
1302. *Tagetes.*
1303. *Leyſera.*
1304. *Relhania.*
1305. *Zinnia.*
1306. *Pectis.*
1307. *Chryſanthemum.*
1308. *Matricaria.*
1309. *Boltonia.*
1310. *Cotula.*
1311. *Anacyclus.*
1312. *Anthemis.*
1313. *Achillea.*
1314. *Tridax.*
1315. *Amellus.*
1316. *Eclipta.*
1317. *Verbeſina.*
1318. *Meyera.*
1319. *Phaëtuſa.*
1320. *Sigesbeckia.*
1321. *Buphthalmum.*

III. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

1322. *Helianthus.*
1323. *Galardia.*
1324. *Rudbeckia.*
1325. *Coreopſis.*
1326. *Oſmites.*
1327. *Sclerocarpus.*
1328. *Gorteria.*
1329. *Berckheya.*
1330. *Zægæa.*
1331. *Centaurea.*

IV. POLYGAMIA NECESSARIA.

1332. *Milleria.*
1333. *Baltimora.*
1334. *Silphium.*
1335. *Polymnia.*
1336. *Trixis.*
1337. *Chryſogonum.*
1338. *Melampodium.*
1339. *Calendula.*
1340. *Arctotis.*
1341. *Oſteoſpermum.*
1342. *Othonna.*
1343. *Hippia.*
1344. *Eriocephalus.*
1345. *Filago.*
1346. *Micropus.*

V. POLYGAMIA SEGREGATA.

1347. *Elephantopus.*
1348. *Jungia.*
1349. *Oedera.*
1350. *Craſpedia.*
1351. *Didelta.*
1352. *Sphæranthus.*
1353. *Echinops.*
1354. *Tetranthus.*
1355. *Rolandra.*
1356. *Gundelia.*
1357. *Stæbe.*

VI. MONOGAMIA.

1358. *Seriphium.*
1359. *Shawia.*
1360. *Strumpſia.*
1361. *Corymbium.*
1362. *Iaſione.*
1363. *Lobelia.*
1364. *Viola.*
1365. *Impatiens.*
1366. *Barreria.*

I. POLYGAMIA ÆQUALIS.

1228. GEROPOGON.

CAL. *Communis* ſimplex, polyphyllus: *foliolis* lanceolato-ſubulatis, carinatis, erectis, corolla longioribus.

COR. *compoſita* ſubimbricata, uniformis. *Corollulis* hermaphroditis: Exterioribus tot, quot calycis foliola; Interioribus paucioribus, brevioribus.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, recurvata, filiformia.

PER. nullum. *Calyx* oblongus, erectus, hians.

SEM. *Radii* ſubulata, longitudine calycis. *Pappus* Ariſtis quinque, patulis.

Diſci ſubulata, breviora. *Pappus* plumoſus.

REC. paleis ſetaceis.

OBS. *Datur ſpecies calyce calyculato.* R.

1229. TRAGOPOGON. * *Vaill. A. G.* 1721. 44. 13. 21. 14. *Tournef.* 270. *Gærtn.* Tragopogonoides *Vaill. A. G.* 1721. 43. 15. 14.

CAL. *Communis* ſimplex, octophyllus: *foliolis* lanceolatis, æqualibus; alternis interioribus; omnibus baſi coalitis.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis multis, exterioribus paulo longioribus.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* connivens, acuminatus, longitudine ſeminum, ventriculoſus, tandem reflexus.

SEM. ſolitaria, oblonga, utrinque attenuata, angulata, ſcabra, ſtipite ſubulato, longo, pappigero terminata *Pappus* plumoſus, planus, radiis circiter triginta duobus.

REC. nudum, planum, ſcabrum.

Obs. Tragopogon *Vaill. Semina recta, Calyx corolla longior.*
Tragopogonoides *Vaill. Semina incurvata, Calyx corolla brevior.*

1230. SCORZONERA. * *Tournef.* 169. *Vaill. A. G.* 1721. 53. 13. 16. 14. *Gærtn.*. Scorzoneroides *Vaill. A. G.* 1721. *figuris iisdem.*

Cal *Communis* imbricatus, longus, ſubcylindraceus: *ſquamis* circiter quindecim, margine ſcarioſis.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, exterioribus paulo longioribus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* ovato-oblongus, connivens, tandem patenti-reflexus.

Sem. ſolitaria, oblonga, cylindracea, ſtriata, calyce dimidio breviora. *Pappus* plumoſus.

Rec. nudum.

Obs. Scorzonera *V. foliis integris gaudet.*
Scorzoneroides *V. foliis diviſis & laciniatis eſt.*

1231. PICRIS. * *Gærtn.* . . Helminthotheca *Vaill. A. G.* 1721. 47. 25. 26.

Cal. *Communis* duplicatus. *Exterior* maximus, pentaphyllus: *foliolis* cordatis, planis, laxis, conniventibus. *Interior* imbricatus, ovatus.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis numeroſis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, tandem reflexus.

Sem. ſolitaria, ventricoſa, transverſim ſulcata, obtuſa. *Pappus* plumoſus, ſtipitatus.

Rec. nudum.

* 1232. APARGIA. * *Scop. hiſt. nat.* 363. Virea *Adanſ. ſcop. hiſt. nat.* 361. *Gærtn.*, Leontodon *ſcop. carn. gen.* 318. Hedypnois *Hudſ. angl.* 340. Taraxaconoides *Vaill. A. G.* 1721. 21.

Cal. *Communis* imbricatus, oblongus: *ſquamis* pluribus, linearibus, parallelis, inæqualibus, longitudinalibus, incumbentibus.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum *Stigmata* duo, recurva.

Per. nullum. *Calyx* oblongus, rectus.

Sem. ſolitaria, oblonga, ſtriata. *Pappus* ſeſſilis, (in centralibus ſubſtipitatus,) plumoſus: radiis inferne paleaceis.

Rec. nudum ſ. ſubvilloſum.

Obs. *Præter radios longiores plumoſos Pappi in plurimis ſpeciebus obſervantur alii, acceſſorii, breviſſimi, ſubplumoſi tantum ſ. capillares.* —

1233. SONCHUS. * *Tournef.* 268. *Vaill. A. G.* 1721. 22. *Gærtn.*. Crepis *Vaill. A. G.* 1721. 55. 22.

Cal. *Communis* imbricatus, ventricoſus: *ſquamis* plurimis, linearibus, inæqualibus.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* connivens in globum depreſſum, acuminatum.

Sem. ſolitaria, oblongiuſcula. *Pappus* capillaris, ſeſſilis.

Rec. nudum.

1234. LACTUCA. * *Tournef.* 267. *Vaill.* *A.* G. 1721. 17. *Gærtn.* .

Cal. *Communis* imbricatus, cylindricus; *ſquamis* plurimis, acuminatis, margine membranaceis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis plurimis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, truncata, quadri-quinqueve-dentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens, ovato-cylindraceus.
Sem. ſolitaria, ovata, acuminata, lævia, compreſſa. *Pappus* capillaris: *Stipite* longo, inferne attenuato.
Rec. nudum.

1235. CHONDRILLA. * *Tournef.* 268. *Vaill.* *A.* G. 1721. 12. *Gærtn.* .

Cal. *Communis* calyculatus, cylindraceus: *ſquamis cylindri* plurimis, parallelis, linearibus, æqualibus; *baſeos* paucis, breviſſimis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quadri-quinqueve-dentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* cylindraceus, oblongus.
Sem. ſolitaria, ovata, compreſſa, muricata. *Pappus* capillaris: *Stipite* longo, ſuperne attenuato.
Rec. nudum.

1236. PRENANTHES. * *Vaill.* *A.* G. 1721. 2. 18. *Gærtn.* .

Cal. *Communis* calyculatus, cylindraceus, glaber: *ſquamis cylindri* numero corollularum; *baſeos* paucis inæqualibus, breviſſimis.
Cor. *Compoſita* fere ex ſimplici orbe floſculorum: *Corollulis*

hermaphroditis quinque ad octo & pluribus, æqualibus, in orbem ſimplicem poſitis.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quadridentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſæ.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.

PER. nullum. *Calyx* cylindraceus, ore leviſſime connivens.

SEM. ſolitaria, cordata. *Pappus* capillaris, ſeſſilis.

REC. nudum.

OBS. *Datur ſpecies, quæ pappum ſtipite ſuſtentat.*

† 1237. LEONTODON. * Dens Leonis *Tournef.* 266. *Vaill. A.* G. 1721. 50. 12. *Gærtn.*.

CAL. *Communis* imbricatus, oblongus: *ſquamis interioribus* linearibus, parallelis, æqualibus: *exterioribus* paucioribus, ſæpe reflexis ad baſin.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* oblongus, rectus, tandem reflexus.

SEM. ſolitaria, oblonga, ſcabra. *Pappus* capillaris, ſtipitatus.

REC. nudum, punctatum.

1238. HIERACIUM. * *Tournef.* 267. *Vaill. A.* G. 1721. 3. 46. 49. 57. 58. 59. 60. *Gærtn.*. Piloſella *Vaill. A.* G. 1721. 57.

CAL. *Communis* imbricatus, ovatus: *ſquamis* pluribus, linearibus, valde inæqualibus, longitudinalibus & incumbentibus.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, recurva.
PER. nullum. *Calyx* connivens, ovatus.
SEM. ſolitaria, obtuſe tetragona, brevia. *Pappus* capillaris, ſeſſilis.
REC. nudum.
OBS. Hieracii *V. Caulis ramoſus.*
Piloſellæ T. *Scapus ſimplex.*

1239. CREPIS. * *Gærtn.*, Hieracioides *Vaill. A.* G. 1721. 47. 52. 13. 17. 18.

CAL. *Communis* duplex:
Exterior breviſſimus, patulus, deciduus.
Interior ovatus, ſimplex, ſulcatus, perſiſtens: *ſquamis* linearibus, conniventibus.
COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, plurimis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* ſubrotundus.
SEM. ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris, ſtipitatus.
REC. nudum.

1240. ANDRYALA. * *Gærtn.* . Eriophorus *Vaill. A.* G. 1721. 20.

CAL. *Communis* multipartitus, brevis, rotundatus, villoſus: *ſquamis* plurimis, ſubæqualibus, ſubulatis.
COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* connivens, globoſus.
SEM. ſolitaria, ovata. *Pappus* capillaris, longitudine calycis.
REC. villoſum, planiuſculum.

* 1241. ROTHIA. † *Schreb. Obſervata & communicata a D. D. Roth.*

Cal. *Communis* rotundatus, villoſo-tomentoſus: *ſquamis* circiter ſeptem, æqualibus, linearibus, acutis.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. ſolitaria.

Diſci cylindraceo-turbinata, ſtriata. *Pappus* capillaris, inferne plumoſus, ſeſſilis.

Radii cylindracea, ſtriata, paleis involuta. *Pappus* nullus.

Rec. planum, diſco piloſum, radio paleaceum. *Paleæ* plurium ſerierum, lineares, canaliculatæ, erectæ, acutiuſculæ, baſi tubuloſæ: exteriores longitudine calycis, interiores ſenſim breviores.

Obs. *Andryalæ proxima eſt.*

† 1242. HYOSERIS. * Taraxaconaſtrum *Vaill. A. G. 1721. 45. 40. 31. 32. 24.*

Cal. *Communis* cylindraceo-angulatus, ſuboctophyllus, petſiſtens: *ſquamis* lanceolatis, erectis, acutis, ſubcarinatis, æqualibus; *baſi* calyculatus ſquamis paucioribus, breviſſimis, arctis.

Cor. *Compoſita*, ſubimbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, multis.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx communis* arctus, ſ. patens.

Sem. ſolitaria, oblonga, membranacea, hinc medio ſtriata, longitudine fere calycis; marginalia, ſquamis calycinis obtecta, reliquis latiora; ſ. anguſtiora, triquetra, ſubin-

curvata. *Pappus* ſeſſilis, paleaceo-ariſtatus, capillari cinctus; in ſeminibus *marginalibus* breviſſimus.
REC. nudum.

* 1243. HEDYPNOIS. * *Tourneſ.* 271. Rhagadioloïdes *Vaill. A. G.* 1721. 29. 30.

CAL. *Communis* calyculatus, cylindraceus, ſubdecaphyllus, perſiſtens: *ſquamis* linearibus, erectis, acutis, æqualibus; *baſi* calyculatus ſquamis paucioribus, anguſtioribus, brevibus, arctis.
COR. *Compoſita* ſubimbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, multis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER nullum. *Calyx communis* induratus, connivens, ſubgloboſus, ſquamis ſemina marginalia obtegens.
SEM. ſolitaria, oblongiuſcula, ſubincurvata, ſtriata, ſcabriuſcula, longitudine calycis.
Exteriora coronata *Calyculo* membranaceo, erectiuſculo, obſolete quinquangulari, denticulato. *Pappus* nullus.
Interiora coronata *Calyculo* obſoleto, multiſeto, breviſſimo, intra quem *Pappus* e *Paleis* quinque, erectiuſculis, ariſtatis.
REC. nudum.

* 1244. KRIGIA. † *Schreb.*

CAL. *Communis* ſimplex, cylindraceus, ſubdecaphyllus: *foliolis* lanceolatis, erectis, acutis, æqualibus, corolla brevioribus.
COR. *Compoſita*, ſubimbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx communis* ovatus, tandem reflexus.
SEM. ſolitaria, pentagona, ſtriata, coronata *Calyculo* mem-

brunaceo, pentaphyllo, *foliolis* ſubrotundis, erectis. *Pappus* capillaris e *Setis* quinque, cum foliolis Calyculi alternantibus, longis.
Rec. nudum.

1245. SERIOLA. * *Gærtn.*. Achyrophorus *Vaill. A. G. 1721. f. 28. 13. 21. 18.*

Cal. *Communis* ſimplex: *foliolis* linearibus, ſubæqualibus, erectis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis. *Corollulis* hermaphroditis, æqualibus, numeroſis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. oblonga, longitudine calycis. *Pappus* capillaris, ſtipitatus: *radiis* decem; lateribus piloſis.
Rec. paleaceum, longitudine calycis, deciduum.

1246. HYPOCHOERIS. * *Vaill. A. G. 1721. 28. 21.* --- Achyrophorus *Gærtn.*.

Cal. *Communis* ſubrotundus, imbricatus, baſi ventricoſus: *ſquamis* lanceolatis, acutis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, æqualibus, numeroſis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens, globoſo-acuminatus.
Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* plumoſus, ſtipitatus.
Rec. paleaceum: *Paleis* lanceolato-linearibus, ſeminum longitudine.
Obs. H. glabræ *Semina diſci pappo ſtipitato: Radii pappo ſeſſili. Hall.* R.

† 1247. LAPSANA * *Gærtn.* . Lampſana *Vaill. A. G.* 1721. 8. 47. 48. *Tourn.* 272. Leontodontoides *Mich. gen.* 28. Hyoſeris *Dill. gen.* Arnoſeris *Gærtn.* .

Cal. *Communis* calyculatus, ovatus, angulatus: *ſquamis tubi* octo, æqualibus, linearibus, cavo-canaliculatis, carinatis, acutis; *baſeos* ſex, imbricatis, parvis, alternis minimis.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis circiter ſedecim, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindraceæ, tubuloſæ.

Pist. *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* ovatus, connivens.

Sem. ſolitaria, oblonga, cylindraceo-trigona, ſtriata. *Pappus* nullus.

Rec. nudum, planum.

* 1248. RHAGADIOLUS. *Tournef.* 272. *Vaill. A. G.* 1721. 47. 37. 38. *Gærtn.* . Kœlpinia *Pall. it.* 3. *tab. L.*

Cal. *Communis* calyculatus, cylindraceo-angulatus: *foliolis tubi* quinque ad octo, parallelis, linearibus, cavo-canaliculatis, carinatis, acutis; *baſeos* paucioribus, triangularibus, acutis, appreſſis, minimis.

Cor. *Compoſita*, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis quinque ad decem, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindraceæ, tubuloſæ.

Pist. *Germen* longum, tenue. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calycis ſquamæ tubi* ſemina proxima amplectuntur.

Sem. ſolitaria, longiſſima, marginalia patentia, centralia erecto-incurva, cylindraceo-trigona, acuta. *Pappus* nullus.

Rec. nudum, ſubconvexum.

* 1249. ZACINTHA. * *Tourn.* 269. *Vaill. A. G.* 1721. 48. 27. 33. 35. 36. *Gærtn.* .

Cal. *Communis* duplex:

Exterior brevis, erectus: *foliolis* lanceolatis, margine membranaceis.

Interior ſimplex, baſi ventricoſus, ſulcatus, octophyllus, perſiſtens: *foliolis* linearibus, acutis, conniventibus.

Cor. Compoſita imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* interior ligneſcens, clauſus, depreſſo-acuminatus, angulis octo protuberantibus rotundatis; ſingulis ſquamis obvolvens ſingula ſemina marginalia.

Sem. ſolitaria; *marginalia* ovato-oblonga, incurva, lateribus compreſſa, dorſo gibba, inferne attenuata, ſtriata, antice longitudinaliter excavata villoſa; *centralia* oblonga, ſubincurva, tetragona, dorſo compreſſa, ſtriata, glabra. *Pappus* ſeſſilis, ſubplumoſus.

Rec. nudum.

† 1250. CATANANCHE. * *Vaill. A.* G. 1721. 56. 11. *Gærtn.*. Catanance. *Tournef.* 271.

Cal. *Communis* imbricatus, turbinatus: *foliolis* plurimis, laxe incumbentibus, acutis, ſcarioſis *ſquamula* ovato-acuminata, concava, laxa, nitida, perſiſtente.

Cor. *Compoſita* ſæpius imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, pluribus: exterioribus longioribus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, turbinato-ovata, coronata *Calyculo* pentaphyllo, paleaceo, ariſtato.

Rec. paleaceum.

Obs. *Datur ſpecies, in qua Corolla compoſita non imbricata eſt.*

1251. CICHORIUM. *Tournef.* 272. *Vaill. A. G.* 1721. 9. 10. *Gærtn.*.

Cal. *Communis* calyculatus cylindraceus: *ſquamis* octo, anguſto-lanceolatis, æqualibus, cylindrum conſtituentibus; *quinque* vero incumbentibus, brevioribus.

Cor. *Compoſita* plana, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis viginti, in orbem poſitis.

Propria monopetala, ligulata, truncata, profunde quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindraceo-pentagona, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* cylindraceus, apice connivens.

Sem. ſolitaria, compreſſa, angulis acutis. *Pappus* obſolete piloſus, ſubquinquedentatus.

Rec. ſubpaleaceum.

1252. SCOLYMUS. *Tournef.* 273. *Vaill. A. G.* 1721. 41. 42. *Gærtn.*.

Cal. *Communis* imbricatus, ovatus: *ſquamis* numeroſis, lanceolatis, ſpinoſis, laxis.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, tenuiſſime quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, triangularia, baſi acuminata. *Pappus* nullus.

Rec. paleaceum, convexum: *Paleis* ſubrotundis, planis, apice tridentatis, longioribus quam ſemina, ſeminaque diſtinguentibus.

* * *

1253. ARCTIUM. * Lappa *Tournef.* 256. *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 155. *f.* 20. *Gærtn.*.

Cal. *Communis* globoſus, imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, deſinentibus in *aculeos* ſubulatos, longos, apice reflexo-hamatos.

Cor. *Compoſita* tubulata, uniformis: *Corollulis* hermaphroditis, æqualibus.

Propria monopetala, tubulata: *tubo* tenui, longiſſimo: *limbo* ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus.

Stam. *Filamenta quinque*, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, quinquedentata.

Pist. *Germen* oblongum, apice villoſo. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. ſolitaria, verticaliter pyramidata, angulis duobus oppoſitis obliteratis, extrorſum gibba. *Pappus* ſimplex, ſemine brevior.

Rec. paleaceum, planum: *Paleis* ſetaceis.

† 1254. CARDUUS. * *Vaill. A. G. 1718. p. 153. Gærtn.*.

Cal. *Communis* ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, lanceolatis, acuminatis, ſpinoſis.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, ſubæquales, reflexæ.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo, *limbo* erecto, baſi ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus: *unica* profundius ſeparata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ, ore quinquedentata.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, ſubulatum, nudum, emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* parum connivens.

Sem. ſolitaria, obovata, tetragona, obliteratis *angulis* oppoſitis duobus; *Pappus* capillaris, ſeſſilis, longiſſimus.

Rec. piloſum, planum.

Obs. *Plures Cardui Linneani pappum* plumoſum *habent; ad Cnicos melius referendi. S.*

† 1255. CNICUS. * Polyacantha *Vaill. A. G. 718. p. 156.* Cirſium *Tournef. 255. Vaill. A. G. 1718. p. 157.* Acarna *Vaill. A. G. 1718. p. 163.*

Cal. *Compoſitus* ovatus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ovatis, arctis, ſpinoſis.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis, oblonga: *limbo* quinquefido, erecto, ſubæquali.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* breve. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* oblongum, emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. ſolitaria. *Pappus* plumoſus, ſeſſilis.

Rec. villoſum, planum.

Obs. *Aliqui Cnici Linn. habent Calycem Bracteis obvallatum; ſed hæ, ad partes Fructificationis non pertinentes, characterem genericum ingredi nequeunt. S.*

† 1256. ONOPORDUM. * *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 152. *f.* 37. Cardui ſpecies *Tourn.* 253.

Cal. *Communis* ſubrotundus, ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ſpinoſis, undique prominentibus.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis; *Corollulæ* hermaphroditæ, æquale.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo; *limbo* erecto, ventricoſo, quinquefido: *laciniis* æqualibus, *unica* profundius ſeparata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, quinquedentata.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* coronatum.

Per. nullum. *Calyx* leviter connivens.

Sem. ſolitaria. *Pappus* capillaris, ſeſſilis.

Rec. paleaceum: *paleis* in alveolos coadunatis, truncatis, mucronatis, ſeminibus brevioribus.

† 1257. CYNARA. * *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 155. Cinara *Tournef.* 254.

Cal. *Communis* ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ſubrotundis, carnoſis, auctis apice *appendiculo* ſquamiformi, patente, majori, ſubrotundo, canaliculato, emarginato cum ſpina.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, ſubæquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo;

limbo erecto, ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, *altera* profundius ſeparata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ, quinquedentata.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, oblongum, emarginatum.

PER. nullum. *Calyx* parum connivens.

SEM. ſolitaria, oblongo-ovata, tetragono-compreſſa. *Pappus* ſeſſilis, longus, plumoſus.

REC. ſetoſum.

† 1258. CARLINA. * *Tournef.* 285. *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 172. Carlinoides *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 174.

CAL. *Communis* ventricoſus, radiatus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, laxis, acutis, quarum *interiores* in orbem poſitæ, longiſſimæ, patentes, nitidæ, coloratæ, radiantes florem compoſitum.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenui; *limbo* infundibuliformi, quinquefido.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* breve. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* oblongum, bifidum vel integrum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. ſolitaria, teretiuſcula. *Pappus* diviſus in radios ſubpaleaceos, ramoſos, plumoſos.

REC. planum, paleaceo-ſetaceum: *paleis* membranaceis, baſi ſubcoadunatis in alveolos, multifidis, radiis ſubulatis; *ſetis* paullo longioribus, clavatis, paleis intermixtis.

OBS. Carlinoides *V.* (Carlina atractyloïdes *L.*) *differt Pappo* mere *paleaceo*; *vix hujus generis. S.*

Setas in Receptaculo Carlinæ bene cum antennis Papilionis comparat Scopolius. S.

1259. ATRACTYLIS. * Crocodilodes *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 162. *f.* 9.

CAL. *Exterior* polyphyllus, linearis, major, exaſperatus, perſiſtens, communem incarcerans.

Communis ovatus, imbricatus, *ſquamis* oblongis, plurimis, lanceolatis, conniventibus, inermibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, tubuloſæ in diſco: hermaphroditæ ligulatæ in radio.

Propria diſci monopetala, infundibuliformis, quinquefida.

- *Radii* ligulata, plana, quinquedentata.

Stam. *Diſci*: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa.

- *Radii Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Diſci*: *Germen* breviſſimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

- *Radii* ſimillimum diſci, ſed obſoletum, emarcidum.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. *Diſci* turbinata, compreſſa. *Pappus* plumoſus.

- *Radii* turbinata, compreſſa. *Pappus* plumoſus.

Rec. villoſum, planum.

* 1260. BARNADESIA. *Mutis. Linn. fil. ſuppl.* 55.

Cal. *Communis* ſubventricoſus, apice patulus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, a baſi ad apicem ſenſim longioribus: inferioribus ſ. exterioribus ovatis, arcte imbricatis, acutis, pungentibus; ſuperioribus ſ. interioribus ſubulatis, planis, patulis, pungentibus.

Cor. *Compoſita*, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ: tubuloſæ, pauciſſimæ (tres ſ. quatuor) remotæ, in diſco; ligulatæ, ſimplici ſerie, in radio.

Propria iſtis infundibuliformis: *tubo* brevi, *limbo* hirſuto, quinquepartito, *laciniis* erectis, conniventibus.

- *his* ligulata, lanceolata, baſi patens, apice incurvo, fiſſo, extus hirſutiſſima, *tubo* calyce longiori.

Stam. *Filamenta* quinque. *Antherа* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum: laciniis patulis, ovato-rotundatis.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. plurima, ovata, piloſa: pilis reverſis. *Pappus florum diſci* ſetoſus: radiis ſubulatis, rigidis, retrofractis, nudis, niſi minutiſſimis pilis tectis; *florum radii* longus, erectus, patulus, multiradiatus, plumoſus, mollis.

Rec. planum, villoſum: paleis nullis.

† 1261. CAR-

† 1261. CARTHAMUS. * *Tourneſ.* 248. *Vaill. A. G.* 1718 *p.* 170. *Gærtn.*. Atractylis *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 170. *Gærtn.*. Carthamoides *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 171. Silybum *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 172. *Gærtn.*.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, inferne arctis, auctis apice *appendiculo* foliolaceo, ſubovato, plano, patente, obtuſo.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquepartito, erecto, ſubæquali.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* breviſſimum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. ſolitaria. *Pappus* nullus, vel paleaceus.

REC. planum, *piloſum*, pilis ſemine longioribus.

OBS. Carthamus *V.* habet Pappum nullum.

Atractylis *V. Pappum paleaceum: paleis utrinque ciliatis.*

Carthamoïdes *V. Pappum piloſum, vel rectius paleaceum: paleis anguſtiſſimis, pilos mentientibus, bifariam piloſis.*

Silybum *V. Pappum ſimilem; ſemina ovata, compreſſa.*

Carthamus V. a reliquis propter magnam in ceteris partibus fructificationis obſervandam convenientiam, vix poterit ſeparari. S.

* 1262. VERNONIA. * Serratula *Dill. elth. tab.* 261-264.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus *ſquamis* numeroſis, ovato-lanceolatis, acuminatis, coloratis.

COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* inflexo, *limbo* quinquefido: *laciniis* recurvis.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, ovata. *Pappus* capillaris, coloratus, ſeſſilis, calyce longior, baſi cinctus *Corona* paleacea multifeta, breviſſima.
Rec. nudum, planum.

* 1263. LIATRIS. † *Gærtn.* Anonymos *Walt. carol.* 196. Cirſium *Dill. elth. t.* 82. 83.

Cal. *Communis* oblongus, imbricatus *ſquamis* pluribus, ſubovatis, muticis, coloratis.
Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* inflexo, *limbo* quinquefido: *laciniis* recurvis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, ad ſtamina uſque bifidus, rectus. *Stigmata* acutiuſcula.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, angulata. *Pappus* plumoſus, coloratus, ſeſſilis.
Rec. nudum, planum.

† 1264. SERRATULA. * *Dill. giſſ.* 8.

Cal. *Communis* oblongus, ſubcylindricus, imbricatus *ſquamis* lanceolatis, acutis, ſ. obtuſis, muticis.
Cor. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* inflexo, *limbo* ventricoſo, quinquefido.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, obovata. *Pappus* ſeſſilis, plumoſus.
Rec. paleaceum, planum.
Obs. Pappus *in aliis plumoſus, in aliis ſubplumoſus eſt.*
Carduus *a* Serratula *diſtinguitur Receptaculo piloſo, Calyce ventricoſo, ejusque ſquamis aculeatis; ac Stigmate minus bifido.* (*Tum pappo plumoſo. S.*)

† 1265. PTERONIA. † *Gærtn.* . Pterophorus. *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, carinatis, acuminatis.

Cor. *Compoſita* uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, acuto.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, compreſſa. *Pappus* ſeſſilis, ſubplumoſus: radiis ſubpiloſis.
Rec. paleaceum, planiuſculum: *paleis* multipartitis in ſetas ſeminibus breviores.

* * *

† 1266. SPILANTHES. * *Jacq.* Pyrethrum *Medic. Act. pal.* 3. *p.* 237. *t.* 18. Cerucchis *Gærtn.*

Cal. *Communis* ſubhæmiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* lanceolato-linearibus, compactis, duplici ſerie.
Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa, conico-convexa. *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quadri-ſ. quinquefido, reflexo.
Stam. *Filamenta* quatuor ſ. quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, recurva.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, compreſſo-plana, membranaceo-marginata, apice biariſtata: *ariſta* altera ſæpe minore.
Rec. paleaceum, conicum: *Paleis* compreſſis, deciduis.
Obs. *In* Sp. atriplicifolia *ſemina mutica.* In Sp. Acmella *radius* 5-*florus*, *minimus.*

† 1267. BIDENS. * *Tournef.* 262. *Dill. elth.* 43. 47. *Gærtn.* . Ceratocephalus *Vaill. A.* G. 1720. *f.* 47. 48. 49.

Cal. *Communis* imbricatus, erectus: *foliolis* ſæpe æqualibus, oblongis, canaliculato-concavis.
Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, obtuſa, angulata. *Pappus* ariſtis duabus pluribusve, oblongis, rectis, acutis, retrorſum ſcabro-hamoſis.

Rec. paleaceum, planum: *Paleis* deciduis, planiuſculis.

Obs. *In pluribus ſpeciebus calyculus patens pentaphyllus cingit florem compoſitum.*

Verbeſina *ſolo radio a Bidente differt.*

Corolla *interdum floſculo uno alterove radiali inſtruitur.* R.

* 1268. LAVENIA. *Soland. Swartz. prodr.* 112. Adenoſtema *Forſt. gen.* 45. --- *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Communis* ovatus, ſubimbricatus: *ſquamis* 10-14. lanceolatis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. *Compoſita*, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales (15-20.)

Propria infundibuliformis, baſi dilatata: *limbo* quinquefido, patulo.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, tubo breviora. *Antheræ* oblongæ, planiuſculæ, didymæ, leviter connatæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, corollula longior, bipartitus. *Stigmata* planiuſcula, clavata.

Per. nullum. *Calyx* perſiſtens, patens.

Sem. ſubclavata, rugoſiuſcula, glandulis viſcida. *Pappus* ariſtis tribus, ſubulatis, apice glanduloſis.

Rec. nudum.

† 1269. CACALIA. * *Vaill. A. G.* 1719. *Tournef.* 258. Kleinia *edit. prior.* Cacalianthemum *Dill. elth.* 54. 55. An Tithymaloides? *Klein monagr.* Porophyllum *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 20. *f.* 39.

Cal. *Communis* ſimplex, oblongus, baſi tantum ſubcalyculatus, cylindricus: *ſquamis* quinque ad decem, æqualibus,

lanceolato-linearibus, tubum conſtituentibus; paucis breviſſimis, baſi incumbentibus.

Cor. *Compoſita* tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, numero foliorum calycinorum longiorum, uniformes.

Propria monopetala, infundibuliformis, in tubum ſenſim attenuata: *limbo* quadri-ſ. quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblonga, ovato-anguſta. *Pappus* capillaris, longiſſimus.

Rec. nudum, planum, punctatum.

* 1270 KLEINIA. *Jacq. amer.* 215.

Cal. *Communis* ſimpliciſſimus, oblongus, cylindraceus, pentaphyllus: *foliolis* lineari-lanceolatis, acuminatis, æqualibus.

Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, plurimæ, æquales, calyce paullo longiores.

Propria infundibuliformis: *tubo* tenui, longiſſimo; *limbo* ſubcampanulato, quinquefido.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* lineare, calyce duplo brevius. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum.

Per. nullum. *Calyx* totus retroflexus.

Sem. ſolitaria, linearia. *Pappus* capillaris.

Rec. nudum, planiuſculum.

1271. ETHULIA. * Sparganophorus *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Communis* polyphyllus, rotundatus, ſimplex: *foliolis* 15, linearibus, ſubæqualibus, patentibus.

Cor. *Compoſita* tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, uniformes, ſpatio diſtantes.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, capillaria. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſa.

Pist. *Germen* prismaticum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, recurva.

Per nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, truncata, turbinata, pentagona, quinque-ſulcata. *Pappus* nullus, ſed margo prominulus.
Rec. nudum, convexum, punctis excavatum.

† 1272. EUPATORIUM. * *Tournef.* 259. *Vaill. A. G.* 1719. *Dill. elth.* 114.

Cal. *Communis* oblongus, ſubcylindricus, imbricatus: *ſquamis* lineari-lanceolatis, erectis, inæqualibus.
Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, ad ſtamina uſque bifidus, rectus. *Stigmata* tenuia.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris ſ. plumoſus, longus.
Rec. nudum.

† 1273. AGERATUM. * Carelia *Pont. diſſ.*

Cal. *Communis* oblongus: *ſquamis* multis, lanceolatis, ſubæqualibus.
Cor. *Compoſita* uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, æquales, vix calyce longiores.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quadrifido, patulo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuiſſima, erecta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, angulata, coronata *Calyculo* paleaceo, pentaphyllo, erecto, ariſtato.
Rec. nudum, convexum, minimum.
Obs. *Ab* Eupatoriis *differt* Corona *ſeminum*, *a* Bidente *Receptaculo nudo.*

1274. STÆHELINA. †

Cal. *Communis* oblongus, cylindraceus, imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, erectis, terminatis *ſquamula* breviore, colorata.

Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, æquali, acuto, campanulato.

Stam. *Filamenta* ſingulis quinque, capillaria. *Antheræ* connatæ, caudatæ.

Pist. *Germen* breviſſimum. *Stylus* filiformis. *Stigma* duplex, oblongum, obtuſum, erectum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblonga, breviſſima, tetragona. *Pappus* ramoſus ſ. fiſſus, calyce longiore.

Rec. paleaceum, planum: *Paleis* breviſſimis, perſiſtentibus.

1275. CHRYSOCOMA. * Chryſocome *Dill. gen.* 14. Coma aurea *Boerh.* 1. *p.* 121.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* linearibus, extus convexis, acuminatis.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, calyce longior: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, revoluto.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongum, coronatum. *Stylus* filiformis, vix floſculis longior. *Stigmata* duo, oblonga, depreſſa, involuta.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. ſolitaria, ovato-oblonga, compreſſa. *Pappus* capillaris, ſeſſilis.

Rec. nudum, planum.

1276. TARCHONANTHUS. *

Cal. *Communis* turbinatus, monophyllus, ſemiſeptemfidus (ſæpius), interne coloratus, corolla brevior, acutiuſculus, perſiſtens.

Cor. *Compoſita* uniformis: floſculis circiter viginti: *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ, baſi caudata.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum. *Stylus* flore duplo longior. *Stigmata* duo, dehiſcentia.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* piloſus undique veſtiens ſemen.
Rec. piloſum, minimum, pilis longitudine calycis.
Obs. Pappus *huic ſingularis, qui non coronat, ſed veſtit ſemen.*

1277. CALEA. †

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* oblongis, laxiuſculis.
Cor. *Compoſita* uniformis. *Corollulæ* hermaphroditæ, plurimæ, æquales.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, recurvata, acuta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris, longitudine calycis.
Rec. paleaceum: *Paleis* calyce paullo longioribus, inter floſculos eminentibus.
Obs. *A Cel.* Swartzio *ad Syng. Polyg.* ſuperfluam *refertur Prodr. p.* 113. *S.*

1278. SANTOLINA. * *Tournef.* 260. *Vaill. A.* G. 1719.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* ovato-oblongis, acutis, appreſſis.
Cor. *Compoſita* uniformis, calyce longior. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, numeroſæ.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, revoluto.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* tetragonum, oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, depreſſa, truncata.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, tetragona. *Pappus* nullus.
Rec. paleaceum, planiuſculum: *Paleis* concavis.
Obs. S. alpina *differt floſculis femineis* nullis. R.

1279. ATHANASIA. * Baccharis *Vaill.* *A.* G. 1719.

Cal *Communis* imbricatus, ovatus: *ſquamis* lanceolatis, adpreſſis.

Cor. *Compoſita* uniformis, calyce longior. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, numeroſæ.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, acuto, erectiuſculo.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevia. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, ſtamine paulo longior. *Stigma* bifidum, obtuſum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* paleaceus ex ſetis breviſſimis.

Rec. paleaceum; *Paleis* lanceolatis, ſemine longioribus.

II. POLYGAMIA SUPERFLUA.

1280. TANACETUM. * *Tournef.* 261. *Vaill. A.* G. 1719. Balſamita *Vaill. A.* G. 1719.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* acutis, compactis.

Cor. *Compoſita* tubuloſa, convexa: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* nonnullæ in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo.

Feminea trifida, introrſum profundius diviſa.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum, parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* ſubmarginatus.

Rec. convexum, nudum.

Obs. Corollulæ *radii interdum nullæ omnesque floſculi hermaphroditi.*
Semen *in quibusdam nudum.*

1281. ARTEMISIA. * *Tournef.* 260. *Vaill. A. G.* 1719. *f.* 23. 31. 36. 45. Abrotanum *Tournef.* Abſinthium *Tournef.* 260. *Vaill. A. G.* 1719. *f.* 32.

Cal. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis* rotundatis, conniventibus.
Cor. compoſita: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, plures, in diſco. *Femineæ* petalis ferme nudæ, in ambitu.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria; breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.
Pist. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum.
Femineis *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, hermaphroditis longior. *Stigma* hermaphroditis ſimile.
Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.
Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, nuda.
Femineis ſolitaria, nuda.
Rec. planum, nudum, aut villoſum.
Obs. Abſinthium T. *Receptaculo gaudet villoſo, & calyce magis globoſo.*
Abrotanum T. *Receptaculo eſt nudo.*
Artemiſia T. *Receptaculo etiam eſt nudo.*

1282. GNAPHALIUM. * Elichryſum *Tournef.* 259. *Dill. elth.* 107. 108. Helichryſum *Vaill. A. G.* 1719. 21. 37. 38. Antennaria *Gærtn.*

Cal. *Communis* rotundatus, imbricatus: *ſquamis* marginalibus, rotundatis, ſcarioſis, coloratis.
Cor. compoſita: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, interdum femineis apetalis mixtæ.
Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo.
Femineis (ſi quæ) corolla nulla.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* perſiſtens, nitidus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, parva, coronata *Pappo* capillari ſ. plumoſo. *Femineis* ſimilia hermaphroditis.

Rec. nudum.

Obs. *In aliis Corona ſeminis Pappus eſt capillaris, in aliis plumoſus.*

G. arboreum *receptaculo lanato diſtinctum.*

Dantur ſpecies floribus dioicis, raro in hac claſſe exemplo.

† 1283. XERANTHEMUM.* *Tournef.* 284. *Dill. gen.* 8. *Vaill. A.* G. 1718. *p.* 174. (Xeranthemoides *Dill. elth.* 322.)

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, quarum *intimæ* diſco longiores, membranaceæ, nitidæ, radium coloratum conſtituentes, coronantes florem compoſitum.

Cor. *Compoſita* inæqualis: *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ, tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* pauciores, tubulatæ, in ambitu.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, calyce longe brevior: *limbo* quinquefido, patulo.

Femineis tubuloſa, longitudine hermaphroditi, quinquefida, minus æqualis.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine fere corollulæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* breve. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum.

Femineis *Germen* ut im hermaphroditis. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigma* ſimplex, clavatum.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. Hermaphroditis oblonga, coronata. *Calyculo* quinquefido, acuto.

Femineis ſimilia Hermaphroditis.

Rec. planiuſculum, paleaceum.

Obs. Xeranthemi T. *Corona ſeminis quinquefida, ſimplex. Receptaculum paleaceum.*

Xeranthemoides T. *Corona feminis Pappo plumoſo aut piloſo conſtans. Receptaculum nudum.* (*Cum Xeranthemo T. vix ſub eodem genere comprehendi poteſt. S.*)

1284. CARPESIUM. * Conyzoides *Tournef. act.* 1706.

Cal. *Communis* imbricatus: *Foliolis exterioribus* majoribus, patulis, reflexis; *interioribus* æqualibus, arctis, brevioribus.

Cor. *Compoſita* æqualis. *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco. *Femineæ* in ambitu.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Femineis tubuloſa, quinquefida, connivens.

Stam. Hermaphroditi. *Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindracea.

Pist. Hermaphroditæ *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum.

Femininis ſimillimum hermaphrodito.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis obovata, nuda.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum.

1285. BACCHARIS.

Cal. *Communis* cylindricus, imbricatus: *ſquamis* linearibus, acutis.

Cor. *Compoſita* æqualis. *Corollulis* hermaphroditis & Femineis mixtis.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquefida.

Femineis vix manifeſta, fere nulla.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, minima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine floris. *Stigma* bifidum.

Femineis ſimillimum, hermaphroditis.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, breviſſima, oblonga. *Pappus* capillaris.

Femineis ſimillima.

Rec. nudum.

Obs. *Pappus in aliis longiſſimus, in aliis ſpeciebus vix calycem ſuperans.*

1286. CONYZA. *

CAL. *Communis* imbricatus, ſubrotundus, ſquarroſus: *ſquamis* acutis, exterioribus patentiuſculis.

COR. *Compoſita* tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* numeroſæ, ſimiles, in ambitu.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Femineis infundibuliformis: *limbo* trifido.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi, tenuior. *Stigmata* duo, tenuiſſima.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris.

Femineis ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris.

REC. nudum, planum.

1287. ERIGERON. * Conyzoides *Dill. gen.* Conyzella *Dill. gen.*

CAL. *Communis* oblongus, cylindraceus, imbricatus: *ſquamis* ſubulatis, erectis, gradatim longioribus, ſubæqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ in diſco. *Femineæ* ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido.

Feminea ligulata, linearis, ſubulata, erecta, ſæpius integerrima.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* minimum, coronatum pappo corollula ſua longiori. *Stylus* filiformis, longitudine pappi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Femineis *Germen* minimum, pappo corollæ ſuæ longitudine fere æquali. *Stylus* capillaris, longitudine pappi. *Stigmata* duo, tenuiſſima.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. hermaphroditis oblonga, parva. *Pappus* longus, capillaris.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, planum.

Obs. *Floſculos diſci intimos, ſeu intermedios, ſæpius maſculos eſſe obſervat Dillenius.*

Species datur floſculis femineis nudis.

* 1288. UNXIA. *Linn. fil. ſuppl. 56.*

Cal. *Communis* ſubrotnndus, pentaphyllus: *foliolis* ovatis.

Cor. *Compoſita*, radiata: *radio* obſoleto. *Corollulæ hermaphroditæ* quinque in diſco; *Femineæ* totidem, in radio.

Propria hermaphroditis infundibuliformis, quinquefida; *femineis* ovata, parva.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. ſingulis *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. omnibus ovata, dura, nuda.

Rec. nudum.

Obs. *Linneus floſculos hermaphroditos maſculos appellat; aſt quum* ſingulis *floſculis germen, & omnibus ſemina tribuat, & præterea generi locum in Syng. Polygamia* ſuperflua *aſſignet; facile intelligitur, illum pro floſculis* maſculis, hermaphroditos *ſcribere & voluiſſe & debuiſſe. S.*

1289. TUSSILAGO. * *Tourneſ. 279. Vaill. A. G. 1720. f. 46.* Petaſites *Tourneſ. 258. Vaill. A. G. 1719.*

Cal. *Communis* cylindraceus: *ſquamis* lanceolato-linearibus, (quindecim vel viginti,) æqualibus, diſcum æquantibus, ſubmembranaceis.

Cor. *Compoſita* varia.

Corollulæ in aliis hermaphroditæ tubuloſæ omnes, vel tantum in diſco.

Femineæ aliis nullæ, aliis ligulatæ.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido (vel quadrifido,) acuto, reflexo, calyce longiore.

Femineæ nulla aut ligulata, anguſtiſſima, calyce longior, integra.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* breve. *Stylus* filiformis, ſtamine longior. *Stigma* craſſiuſculum.

Femineis *Germen* breve. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, compreſſa. *Pappus* capillaris, ſtipitatus.

Femineis, ſi quæ, ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum.

Obs. Petaſites *T. caret floſculis ligulatis in radio, licet quibusdam feminei nudi adſint.*

Tuſſilago *T. inſtruitur ſemper femineis in radio, corolla ligulata præditis.*

Anandria *Pappo ſeſſili eſt.*

T. frigida *variat floribus floſculoſis & radiatis.*

1290. SENECIO. * *Tournef.* 260. *Dill. elth.* 258. *Vaill. A. G.* 1719. Jacobæa *Tourn.*

Cal. *Communis* calyculatus, conicus, truncatus: *ſquamis* ſubulatis, plurimis, in cylindrum ſuperne contractum parallelis, contiguis, æqualibus, paucioribus baſin imbricatim tegentibus, apicibus emortuis (ſphacelatis).

Cor. *Compoſita* calyce altior: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, in radio, ſi quæ adſint.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* reflexo, quinquefido.

Femineis (ſi quæ) oblonga, obſolete tridentata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, minima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa.

Pist. utrisque: *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* conico-connivens.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, ovata. *Pappus* capillaris, longus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, planum.

Obs. Senecio *T. caret Radio communi corollæ.*

Jacobæa *T. inſtruitur Radio communi corollæ.*

† 1291. ASTER. * *Tournef.* 274. *Vaill. A. G.* 1720. *Dill. elth.* 36. *f.* 41.

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* interioribus apice prominulis, inferioribus patulis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ in diſco. *Femineæ* ligulatæ, decem plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Femineæ ligulata, lanceolata, tridentata, (tandem ſe revolvens.)

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, ovata. *Pappus* capillaris.

Femineis ſimilia hermaphroditis.

Rec. nudum, planiuſculum.

1292. SOLIDAGO. * *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 5. 46. 18. Virga aurea *Tournef.* 275. *Vaill. A. G.* 1720. Doria *Dill. gen.* 8. *elth.* 104. 105.

Cal. *Communis* oblongus, imbricatus: *ſquamis* oblongis, anguſtis, acuminatis, rectis, conniventibus.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, plurimæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, decem pauciores (ſæpius quinque), in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Femineæ ligulata, lanceolata, tridentata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, obovato-oblonga. *Pappus* capillaris.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. planiuſculum, nudum.

* 1293. MUTISIA. *Linn. fil. ſuppl.* 57.

Cal. *Communis* oblongus, cylindricus, imbricatus: *ſquamis* lanceolatis: *interioribus* longioribus.

Cor. *Compoſita* radiata; *Corollulæ* diſci triplo plures, quam radii, hermaphroditæ; radii octo, femineæ.

Propria Hermaphroditis tubuloſa, trifida: *lacinia* exteriore lanceolata, interioribus linearibus.

Femineæ ovali-oblongæ, integræ: *ungue* (?) lineari.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, linearia. *Antheræ* cylindricæ, floſculo longior, baſi ſetis decurrentibus.

Femineis nulla. *Rudimenta* filamentorum duo.

Pist. *Germen* breve. *Stylus* filiformis. *Stigma* Hermaphroditis ſimplex; Femineis duo, ſetacea.

Per. nullum.

Sem. oblongiuſcula. *Pappus* plumoſus.

Rec. nudum.

1294. CINERARIA. *

Cal. *Communis* ſimplex, polyphyllus, *foliolis* æqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, numero foliorum calycis, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erecto.

Feminea ligulata, lanceolata, apice denticulata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, filiformia, brevia. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſæ, apice quinquefidæ.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, erectiuſcula.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigmata* duo, oblonga, obtuſiuſcula, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, linearia, quadrangula. *Pappus* capillaris, copioſus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, planiuſculum.

Obs. C. purpurata *pappo plumoſo* differt. *Mant.* 285. R.

1295. INULA. * Enula *Cæſalp. Magnol.* Helenium *Vaill. A. G.* 1720. *Moriſ. Raj. Herm. Rivin.*

Cal. *Communis* imbricatus: *foliolis* laxis, patulis: exterioribus majoribus, æqualis longitudinis.

Cor. *Compoſita* radiata, lata. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, numeroſiſſimæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, numeroſæ, confertæ, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erectiuſculo.

Feminea ligulata, linearis, integerrima.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, filiformia, brevia. *Anthera* cylindrica, compoſita ex minoribus quinque, linearibus, coalitis: ſingulis inferne deſinentibus in *ſetas* duas rectas, longitudine filamentorum.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* longum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, erectiuſculum.

Femineis: *Germen* longum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus. *Stigmata* erecta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, linearia, quadrangula. *Pappus* capillaris, longitudine ſeminis.

Femineis ſimilia hermaphroditis.

Rec. nudum, planum.

Obs. *Ergo antheris inferne in ſetas decem deſinentibus non modo ab Aſtere, ſed & a (plurimis) reliquis nobis cognitis differt.*

1296. ARNICA. *

Cal. *Communis* imbricatus, radio corollæ brevior: *foliolis* lanceolatis, longitudine calycis, erectis.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco, numeroſiſſimæ. *Femineæ* in radio, circiter viginti.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, erecta, quinquefida, æqualis.

Feminea lanceolata, longiſſima, tridentata, patens.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindrica.

Femineis: *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta. *Antheræ* nullæ.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis ſimillimum hermaphroditis.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* capillaris, pubeſcens, longus.

Femineis ſimillima hermaphroditis. *Pappus* capillaris.

Rec. nudum.

Obs. *Corollulæ diſci ſæpe trifidæ: lacinia exteriore duplo latiore.*

1297. DORONICUM. * *Tournef* 277. *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 41. 14. Bellidiaſtrum *Mich.* 29.

Cal. *Communis* foliolis lanceolato ſubulatis, viginti circiter, æqualibus, erectis, duplicis ſeriei, longitudine ſæpius radii corollæ.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, numero foliorum calycis, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminea ligulata, lanceolata, tridentata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* leviter connivens.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, obovata, compreſſa, ſulcata. *Pappus* capillaris.

Femineis ſolitaria, obovata, ſulcata, parum compreſſa. *Pappus* nullus.

Rec. nudum, planum.

1298. PERDICIUM. † Trixis *Brown.*

Cal. *Communis* oblongus, imbricatus: *foliolis* lanceolatis: interioribus corolla vix longioribus.

Cor. *Compoſita* imbricata, radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco. *Femineæ* in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, ſemibifida: *Labio interiore* bipartito, acuminato, æquali: *L. exteriore* ſemitrifido, lineari, æquali.

Feminea linearis, ligulata, tridentata: interius ad baſin bidentata

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* parvum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum, obtuſum.

Femineis: *Germen* parvum. *Stylus* ſemibifidus. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, obovata. *Pappus* capillaris, ſeſſilis, copioſiſſimus, longitudine calycis, faſtigiatus.

Rec. nudum.

Obs. *Flos refert Corollam ſemifloſculoſam, licet vere radiata ſit.*

P. ſemifloſculare, *genere diſtinctiſſimum, characterem præbuit.*

P. radiale *floſculis bilabiatis convenit, habitu toto differt.*

P. braſilienſe *flores ſubradiatos, & floſculos in diſco & radio bilabiatos hermaphroditos habet.* R.

1299. HELENIUM. * Heleniaſtrum *Vaill. A.* G. 1720. Helenia *Gærtn.* .

Cal. *Communis* ſimplex, monophyllus, multipartitus, patens: *foliolis* circiter viginti, ſenſim attenuatis.

Cor. *Compoſita* radiata; *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* numero laciniarum calycis, in radio.

Propria Hermaphroditis tubulata, calyce brevior, quinquedentata.

Feminea ligulata, extrorſum latior, apice trifida, calyce longior.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, obovata, angulata, coronata *Calyculo* quinquedentato, parvo.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, convexum: *Paleis* calycinis radii floſculos tantum diſtinguentibus.

1300. BELLIS. * *Tournef.* 280. *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 16. 20. *Gærtn.* . Bellis-Leucanthemum *Mich. gen.* 29.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, erectus: *foliolis* decem ad viginti, duplici ſerie poſitis, lanceolatis, æqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, calycis foliis plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida.

Feminea ligulata, lanceolata, vix tridentata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* emarginatum.

Femineæ *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, patula.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, obovata, compreſſa. *Pappus* nullus.

Femineis ſimilia hermaphroditis.

Rec. nudum, conicum.

1301. BELLIUM. *

Cal. *Communis* foliolis plurimis, æqualibus, cymbiformibus.

Cor. *Compoſita* radiata. *Radii* feminea, 10. ſ. 12. *Diſci* hermaphrodita, plurima.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quadrifida, erecta.

Femineis elliptica, emarginata, ligulata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quatuor, brevia. *Anthera* cylindrica.

Pist. Hermaphroditis *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, oblongum.

Femineis *Germen* turbinatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum, minutum.

Per. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis turbinata: *Corona* paleacea, octophylla, rotundata. *Pappus* ariſtis octo, ſimplicibus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, conicum.

Obs. *Ob Pappum & Corollulas quadrifidas a* Bellide & Pecti *diverſum.*

1302. TAGETES. * *Tournef.* 278. *Vaill. A. G.* 1720. 43. 15. *Dill. elth.* 280. 279. *Gærtn.*

Cal. *Communis* ſimpliciſſimus, monophyllus, tubuloſus, oblongus, pentagonus, quinquedentatus.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, plures, in diſco elevato. *Femineæ* ligulatæ, quinque, in radio.

Propria Hermaphroditis tubuloſa, ſemiquinquefida, erecta, calyce longior: *laciniis* linearibus, introrſum villoſis.

Femineis ligulata, hermaphroditis longior, longitudine & latitudine fere æqualis, obtuſiſſima, verſus tubum anguſtior, tomentoſa, perſiſtens.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, linearia, compreſſa, calyce paulo breviora. *Pappus Paleis* quinque, erectis, acuminatis, inæqualibus.

Femineis ſimilia hermaphroditis.

Rec. nudum, parvum, planum.

1303. LEYSERA. † Aſteropterus *Vaill.* 1720.

Cal. *Communis* ovatus, imbricatus: *ſquamis* obtuſis, concavis, ſcarioſis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, plures, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida, erectiuſcula.

Feminea ligulata, lanceolata, integra.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* parvum. *Stylus* filiformis. *Stigma* emarginatum.

Femineis: *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* quinqueſetus, plumoſus, longus, intra quem *Corona* paleacea breviſſima.

Femineis ſimillima. *Pappus Corona* paleacea ſola absque plumis.

Rec. nudum. *Paleæ* radii tantum floſculos diſtinguentes.

* 1304. RELHANIA. *L'Héritier ſert.* 22. Eclopes *Gærtn.*.

CAL. *Communis* imbricatus, oblongus: *ſquamis* oblongis, ſcarioſis.

COR. *Compoſita*, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido.

Femineis ovato-oblonga.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antherae* tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo, reflexa.

Femineis *Germen* oblongum, ſubincurvum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo, recurva.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, angulata, coronata *Calyculo* membranaceo, multifido lacero.

Femineis ſimillima.

REC. paleaceum.

OBS. *Differt ab* Athanaſia *radio*; *a* Leyſera, *pappo nullo plumoſo*; *ab* Oſmite *radio fertili*. *l'Hérit.*

1305. ZINNIA. * *Gærtn.*.

CAL. *Communis* ovato-cylindri us, lævis, imbricatus: *ſquamis* plurimis, obtuſis, erectis, perſiſtentibus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ plures in diſco elevato *Femineæ* quinque ad decem, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida, intus villoſa.

Feminea ligulata, ſubrotunda, retuſa, diſco major, perſiſtens.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum, ariſtatum: ariſta altera longiore. *Stylus* filiformis, ſemibifidus. *Stigmata* duo, erecta, obtuſa.

Femineis: *Germen* oblongum, triquetrum, muticum. *Stylus* capillaris, ſemibifidus. *Stigmata* duo. recurvata.

PER. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, tetragona-ancipitia. *Pappus* mucronibus duobus: altero ariſtato.

Femineis ſolitaria, mutica, coronata Petalo perſiſtente.

Rec. paleaceum: *Paleis* lingulatis, canaliculatis, longitudine calycis, deciduis.

† 1306. PECTIS. † *Gærtn.*.

Cal. *Communis* pentaphyllus, cylindricus: *foliolis* lanceolatis, obtuſis, ſubæqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ, ſubſenæ, in diſco *Femineæ* quinæ in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquefida.

Feminea ligulata, ovata, calyce brevior.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, brevia. *Antherа* cylindrica, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* lineare. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* lineare. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, revoluta.

Per. *Calyx* immutatus, patens.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, linearia. *Pappus Ariſtis* duabus tribusve, patulis.

Femineis ſimillima Hermaphroditis.

Rec. nudum.

† 1307. CHRYSANTHEMUM. * *Tournef.* 280. *Gærtn.* Leucanthemum *Tournef.* Bellidioides *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 17. 23. 31. Pyrethrum *Hall. Gærtn.*

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* arcte incumbentibus: *interioribus* per gradus majoribus, margine ſcarioſis, *intimis* terminatis ſquama ſcarioſa.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* duodenis plures, in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquefida, patula, longitudine calycis.

Femineis ligulata, oblonga, tridentata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa, corolla fere brevior.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Femineis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, cum hermaphroditis æqualis. *Stigmata* duo, obtuſa, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* marginatus vel nullus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. nudum, punctatum, convexum.

OBS. Leucanthemi T. *Corollulæ femineæ lanceolatæ & membranæ calycinæ anguſtæ.*

Chryſanthemi T. *Corollulæ femineæ ovato-truncatæ & membranæ calycinæ ovatæ.*

C. floſculoſum *radio deſtituitur.*

1308. MATRICARIA. * *Tournef.* 231. *Vaill. A.* G. 1720. *Gærtn.*

CAL. *Communis* hemiſphæricus: *ſquamis* linearibus, imbricatis, ſubæqualibus, non ſcarioſis.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, numeroſæ, in diſco hemiſphærico. *Femineæ* in radio, plures.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida, patens

Feminea oblonga, tridentata.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum, nudum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis *Germen* nudum. *Stylus* filiformis, longitudine fere hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* nullus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. nudum, convexum.

* 1309. BOLTONIA. *L'Hérit. ſert. p.* 27.

CAL. *Communis* planiuſculus, imbricatus *ſquamis* ſubæqualibus, linearibus, acutis.

COR. *Compoſita*, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, in diſco hemiſphærico. *Femineæ* in radio, plures.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida.
Feminea linearis, integra.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine fere hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, compreſſa, coronata margine quinquedentato. (bicorni *L'Hérit.*)
Femineis ſimillima.

REC. nudum, hemiſphæricum.

1310. COTULA. * *Vaill. A. G. 1719. f. 3. 21. 15.* Ananthocyclus *Vaill. A. G. 1719. f. 5. 24. Dill. elth. 23. f. 25. 26.* Lanciſia *Pont. diſſ.*

CAL. *Communis* convexus, diviſus in ſedecim circiter partes ovatas, quarum octo exteriores: harum inferiores interioribus fere majores.

COR. *Compoſita* longitudine calycis, parum convexa: *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco, numeroſæ. *Femineæ* in ambitu, viginti plures.
Propria Hermaphroditis tubuloſa, quadrifida, inæqualis: *lacinia* extima majori.
Femineis fere nulla.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quatuor, minima. *Anthera* tubuloſa, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis *Germen* obovatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, obtuſa.
Femineis: *Germen* obovatum, compreſſum, anceps, majus. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, ſimplicia.

PER nullum. *Calyx* immutatus, perſiſtens.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, minora, ovato-trigona, angulo interiore obſoleto. *Pappus* marginatus.
Feminis ſolitaria, majora, cordata, hinc plana, inde gibba, margine obtuſo cincta. *Pappus* margo.

REC. ſubnudum, planum.

OBS. *Aliis ſpeciebus Linneanis flores floſculoſi, aliis radiati ſunt.* R.

1311. ANACYCLUS. * Santolinoides *Vaill. A. G.* 1719. *Mich. gen.* 31. Cotula *Tournef.* 282.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ovatis, planis, acutis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* Hermaphroditæ numeroſæ, in diſco. *Femineæ* quinque ad decem, in ambitu, diſco vix altiores.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminea: *tubo* compreſſo: *limbo* ovato integro.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindraceà, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* oblongum, membrana utrinque auctum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, tenuia, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, compreſſa. *Pappus* nullus.

Feminis ſolitaria, oblonga, ala latiſſima utrinque membranacea, apice emarginata. *Pappus* nullus.

Rec. paleaceum. *Paleis* obtuſis cum acumine.

†1312. ANTHEMIS. * Chamæmelum *Tournef.* 281. *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 31. 33. 17. *Gærtn.* . Anrhemis *Mich. gen.* 30. Buphthalmum *Tournef.* 280.

Cal. *Communis* hemiſphæricus: *ſquamis* linearibus, ſubæqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* Hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ in diſco convexo. *Femininæ* plures quam quinque, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Feminea ligulata, lanceolata, interdum tridentata.

Stam. Hermaphroditis. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum, *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* marginatus vel nullus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. paleaceum, convexum ſ. conicum.

1313. ACHILLEA.* *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 2. 10. 36. *Gærtn.*. Millefolium *Tourn.* 283. Ptarmica *Tournef.* 283.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus: *ſquamis* ovatis, acutis, conniventibus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, quinque ad decem, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida, patula.

Feminea ligulata, obcordata, patens, trifida: *lacinula intermedia* minore.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Femineis: *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, obtuſa, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus; Receptaculum filiforme, elongatum, ut diſcus ſeminum, ovatus, calyce duplo longior.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, ovata, *flocco* inſtructa. *Pappus* nullus.

Feminis ſimilia hermaphroditis.

REC. paleaceum, elevatum: *Paleis* lanceolatis, longitudine floſculorum.

1314. TRIDAX. †

CAL. *Communis* cylindricus, imbricatus: *ſquamis* ovato-oblongis, obſolete acutis, erectis.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ in diſco: *Femineæ* in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Femineis ligulata, tripartita: *laciniis* æqualibus; *media* anguſtiore.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* multi-radiatus, ſimplex, calyce paullo longior.
Feminis ſimillima hermaphroditis.
Rec. paleaceum planum. *Paleis* lanceolatis, ſemine breviores.

1315. AMELLUS. †

Cal. *Communis* imbricatus, ſubrotundus.
Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ in diſco; *Femineæ* plurimæ in radio.
Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquefida.
Feminea ligulata, laxa, bi-ſeu tridentata.
Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, brevia. *Anthera* cylindrica, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis: *Germen* obovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, filiformia.
Femineis ſimillimum hermaphroditis.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. Hermaphroditis ſolitaria, obovata. *Pappus* capillaris.
Femineis ſimillima hermaphroditis.
Rec. paleaceum.

1316. ECLIPTA. * *Gærtn.*. Eupatoriophalacron *Vaill. A. G.* 1720. *Dill. elth.* 138.

Cal. *Communis* polyphyllus: *foliolis* lanceolatis, ſubæqualibus, ſerie duplici.
Cor. *Compoſita*, radiata: *Radii* copioſiſſima, feminea. *Diſci* hermaphrodita.
Propria Hermaphroditi tubuloſa, quadrifida, erecta, extus farinoſa.
Femineis anguſtiſſima, ligulata.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Anthera* cylindracea.
Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* mediocris. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis *Germen* trigonum. *Stylus* mediocris. *Stigma* bifidum, patens.

PER. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis oblonga, compreſſa, crenulata, obtuſa, mutica.

Femineis trigona, oblonga, crenulata, obtuſa, mutica.

REC. planiuſculum, paleaceum: *Paleis* anguſtiſſimis.

OBS. *Diſtincta a* Verbeſina *corollulis quadrifidis, ſeminibusque muticis; a* Cotula *receptaculo paleaceo.*

† 1317. VERBESINA. * Synedrella *Gærtn.*

CAL. *Communis* concavus: *foliolis* oblongis, canaliculato-concavis, erectis, ſæpius æqualibus, ſerie duplici.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ plures, in diſco. *Femininæ* circiter quinque, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Feminea ligulata, trifida (& lata vel ſimplex & anguſtiſſima,

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditi: *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Femineis: *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, craſſiuſcula, angulata. *Pappus* ariſtis duabus, ſubulatis, inæqualibus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. paleaceum.

* 1318. MEYERA. * *Schr.*

CAL. *Communis* tetraphyllus: *foliolis* magnis, latis, cordatis, concavis, venoſis, apice patulis, acutiuſculis, diſco brevioribus.: quorum duo oppoſita interiora.

COR. *Compoſita*, tubuloſa, convexa. *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* numeroſæ, in ambitu.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, acuto, reflexo.

Feminea anguſtior, trifida, obtuſa.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* corollula longior. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* communis perſiſtens.

SEM. utrisque ſolitaria, oblonga, transverſe compreſſa, lunata, ſtriata, paleis involuta. *Pappus* nullus.

REC. convexum, parvum. *Paleæ* cartilagineæ, triquetræ, incurvæ, dorſo ſulcatæ, apicem verſus externe pubeſcentes, ore obliquæ, ſingulæ ſingulum ſemen obvolventes, imbricatæ: exteriores paullo latiores.

OBS. *Genus Sclerocarpo adſine.*

* 1319. PHAËTHUSA. *Gærtn.*.

CAL. *Communis* polyphyllus: *foliolis* ſerie duplici, oblongis, apicibus dehiſcentibus, obtuſis.

COR. *Compoſita*, ſemiradiata. *Corollulæ* hermaphroditæ plures, in diſco; *Femineæ* 1-3. in radio, tantum ad alterum latus floris.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquedentata, pubeſcens.

Femineæ ligulata, oblonga, bidentata, longiſſima.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſæ, corolla paullo longior.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum, villoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, reflexa.

Femineis: *Germen* oblongum, paullo majus. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, compreſſa, villoſa. *Pappus* ariſtis duabus.

Femineis ſimillima.

REC. paleaceum: *paleis* linearibus, acutis, calyce longioribus.

* 1320. SIGESBECKIA. * *Gærtn.*.

CAL. *Communis exterior* pentaphyllus: *foliolis* linearibus, teretibus, patentiſſimis, flore longioribus, perſiſtentibus.

Interior ſubquinquangularis: *foliolis* pluribus ovatis, concavis, obtuſis, æqualibus.

COR. *Compoſita* ſemiradiata. *Corollulæ* hermaphroditæ plures, in diſco. *Femininæ* quinque (& infra) in radio, tantum ad alterum latus floris.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, longitudine calycem ſuperans, quinquedentata ſ. tridentata.

Feminea ligulata, lata, tridentata, breviſſima, vel infundibulis, trifida: diviſura interiore profundiore.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, ſ. tria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum, incurvum, magnitudine calycis.. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* oblongum, incurvum, magnitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, obtuſe tetragona, ſuperne craſſiora, obtuſa, nuda. *Pappus* nullus.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. paleaceum: *Paleis* calycinis ſquamis ſimillimis, concavis, ſemina hinc involventibus, deciduis.

1321. BUPHTHALMUM. * *Gærtn.* Aſteriſcus *Tournef.* 283. *Vaill. A. G.* 1720. *Dill. elth.* 38. *f.* 44. Aſteroides *Tournef.* 487. *Vaill. A. G.*

CAL. *Communis* varius in diverſis, imbricatus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, diſcum planum conſtituentes. *Femineæ* decem plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminea ligulata, longior, patens, tridentata.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* tubuloſa, cylindracea.

PIST. Hermaphroditi: *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, ſimplex. (ſ. bifidum.)

Femineis: *Germen* anceps. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, oblonga.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, margine inciſo multifido coronata.

Femineis ſolitaria, compreſſa, margine utrinque ſecante, coronata margine ſimili.

REC. paleaceum, convexum.

III. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

1322. HELIANTHUS. * *Gærtn.* Corona foliis *Vaill. A. G. 1720. f. 12. 45. Tournef. 279. Dill. elth. 94.*

CAL. *Communis* imbricatus, ſubſquarroſus, expanſus: *ſquamis* oblongis, baſi latiuſculis, dehiſcentibus undique apicibus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſiſſimæ in diſco. *Femineæ* pauciores, multo longiores, in radio.

Propria Hermaphroditis cylindracea, calyce communi brevior, *baſi* ventricoſa, orbiculata, depreſſa: *limbo* quinquedentato, acuto, patente.

Femineis ligulata, lanceolata, integerrima, longiſſima.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, curva, infra ventriculum corollulæ inſerta, longitudine tubi. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bipartitum, reflexum.

Femineis: *Germen* minimum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, obtuſa, tetragona, angulis oppoſitis compreſſa, interna anguſtiora, coronata *paleis* duabus lanceolatis, acutis, deciduis.

Femineis nulla.

REC. paleaceum, magnum, planum: *paleis* lanceolatis, acutis, duabus ſingulum ſemen diſtinguentibus, deciduis.

* 1323. GALARDIA. *Lamarck. encycl. 2. p. 591.* Gaillarda *Fougeroux de Bondaroy Act. Gall. 1785.* Calonnea *Buchodz.*

CAL. *Communis* gemino ordine ſquamarum: *ſquamis* linearibus, planis, acutis, duodecim circiter in ſingulo ordine: *exterioribus* longioribus, reflexis, *interioribus* erectis.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, in diſco convexo. *Femineæ* duodecim circiter, multo longiores, patentes, in radio.

Propria *Hermaphroditis* tubuloſo-infundibuliformis: *limbo* quinquedentato.

Femineis ligulata, extrorſum latior, ſemitrifida.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* turbinato-angulatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, patentia.

Femineis Germen minimum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, angulata, coronata *Calyculo* pentaphyllo: *foliolis* lanceolatis, erectis, ariſtatis.

Femineis nulla.

REC. convexum, paleaceum: *Paleis* ſetaceis.

1324. RUDBECKIA. * *Gærtn.* Obeliſcotheca *Vaill. A. G.* 1720. *t.* 44. *Dill. elth.* 218.

CAL. *Communis* gemino ordine ſquamarum: *ſquamis* planis, latiuſculis, curtis, ſex in ſingulo ordine.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ, numeroſæ, in diſco conico. *Femineæ* duodecim (circiter,) longiſſimæ, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſo-infundibuliformis: *limbo* quinquedentato.

Feminea ligulata, lanceolata, bi-trive-dentata, plana, pendula.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* tetragonum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bipartitum, revolutum.

Femineis: *Germen* minimum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* margo membranaceus, quadridentatus.

Femineis nulla.

REC. paleaceum, conicum, calyce communi longius: *paleis* longitudine ſeminum, erectis, canaliculato-concavis, deciduis.

1325. COREOPSIS. * *Gærtn.* Ceratocephaloides *Vaill. Act.* 1720.

CAL. *Communis* vel ſimplex ſubimbricatus, vel duplicatus:

exterior foliolis ſæpe octo, rudibus, in orbem poſitis; *interior* totidem majoribus, membranaceis, coloratis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, in diſco. *Femineæ* octo, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata.

Feminea ligulata, quadridentata, patens, magna.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum, tenue.

Femineis: *Germen* conſimile hermaphroditis. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, orbiculata, hinc convexa, inde cava, cum protuberantia transverſali, (ad apicem ſcilicet & baſin,) cincta margine membranaceo, apice bicorni.

Femineis nulla.

Rec. paleaceum.

1326. OSMITES. † Bellidiaſtrum *Vaill. A. G.* 1720.

Cal. *Communis* imbricatus, gibbus: *foliolis* intimis apice auctis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* Hermaphroditæ plures in diſco. *Femineæ* in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquefida.

Feminea ligulata, integra.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bifidum.

Femineis: *Germen* minus. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* obſoletum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappo* fere nullo; vel marginata: *Pappo* obſoleto ſubpaleaceo.

Femineis rudimenta ſæpius abortientia.

Rec. paleaceum.

* 1327. SCLEROCARPUS.* *Jacqu. fil. act. helv. 9. p. 34. tab. 2.*

Cal. *Communis foliolis* ſex: quorum tria exteriora, tria al-

terna interiora. *Exteriora* majuſcula, ſtructura & facie foliorum. patentia: duo majora, tertium minus. *Interiora* linearia, canaliculata, acuta, erecta apice patula, longitudine floſculorum.

Cor. *Compoſita*, radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ decem, in diſco. *Femineæ* tres in radio, ſingulæ intra ſingulum foliolum calycinum interius

Propria Hermaphr. tubuloſa, quinquefida.

Feminea ligulata, ſubrotunda.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* quinque, parvæ, coalitæ, ſingula apice ariſtata.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* oblongum, compreſſum, extrorſum gibbum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* profunde bifidum, revolutum.

Femineis *Germen* tenue. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum

Per. nullum, niſi Paleæ ſemina involventes.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga, compreſſa, margine exteriore gibbo, interiore recto, *Pappus* nullus. *Femineis* nulla.

Rec. convexum, parvum. *Paleæ* hermaphrod. Cartilagineæ compreſſæ, dorſo gibbæ, ſtriatæ tuberculatæque, latere interiore recto dehiſcentes marginibus introrſum conniventibus planis, lævibus, apice terminato collo brevi, erectiuſculo: ore obliquo, extrorſum acuminato; ſingulæ ſingulum ſemen includentes. *Feminearum* rectiuſculæ, cylindraceæ, tenues, breviores.

1328. GORTERIA. † *Gærtn.*

Cal. *Communis* monophyllus, imbricatus *ſquamis* ſpinoſis: interioribus ſenſim longioribus, rectis, ſetaceis, rigidis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* Hermaphroditæ plures in diſco. *Femineæ* rariores, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida.

Feminea ligulata, lanceolata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, brevia. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bifidum.

Femineis Germen obſoletum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

Per. *Calyx* immutatus, deciduus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, ſubrotunda. *Pappus* ſimplex (lanatus *Syſt. nat.*)

Femineis nulla.

Rec. nudum.

* 1329. BERCKHEYA. * *Ehrh. beytr. 3. p. 137.*

Cal. *Communis* polyphyllus, imbricatus: *foliolis* lanceolatis, ſquarroſo-patentibus, dentato-ſpinoſis: inferioribus brevioribus.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ, tubuloſæ, numeroſæ, in diſco; hermaphroditæ ligulatæ pauciores, in radio.

Propria Diſci infundibuliformis, profunde quinquefida inferne glanduloſa.

Radii lanceolata, quadridentata, inferne glanduloſa.

Stam. *Diſci*: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, quinquedentatæ.

Radii: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, brevis, ſterilis.

Pist. *Diſci*: *Germen* turbinatum, piloſum, breve. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Radii: *Germen* parvum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* nullum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Diſci* ſolitaria, turbinata, piloſa, coronata *Paleis* 10—15, lanceolatis, ſerrulatis.

Radii nulla.

Rec. planum, paleaceum: *Paleis* coadunatis in alveolos, lacero-denticulatis.

1330. ZOEGEA.

Cal. *Communis* ovatus, imbricatus: *Squamis* lanceolatis, ciliatis: intimis ſcarioſis, lanceolatis, longioribus.

Cor. *Communis* radiata. *Corollulæ hermaphroditæ* plurimæ in diſco. *Femineæ* pauciores in radio.

Propria Hermaphroditi monopetala: *Tubo* filiformi; *Limbo* quinquepartito: *laciniis* lanceolatis, erectis.

Feminea monopetala, ligulata, plana, ſubquinquedentata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, brevia. *Anthera* cylindrica.

Pist. Hermaphroditis *Germen* breve. *Stylus* capillaris, longiſſimus, erectus. *Stigma* breve, bifidum.

Femineis *Germen* breve. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, connivens.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria. *Pappus* ſetaceus.

Femineis nulla.

Rec. ſetoſum.

Obs. *Affinitas* Centaureæ *ſumma*, *ſed Florum Corollæ radius planus.*

1331. CENTAUREA. * Centaurium majus *Tournef.* 256. Jacea *Tournef.* 254. *Dill. gen.* 13. Cyanus *Tournef.* 254. *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 184. Calcitrapa *Vaill. p.* 167. Calcitrapoides *Vaill. p.* 164. Cnicus *Vaill. p.* 163. *Gærtn.* . . Rhaponticum *Vaill. p.* 175. Rhaponticoïdes *Vaill p.* 177. Jacea *Vaill. p.* 182. Amberboi *Vaill. p.* 180. Crocodilium *Vaill. p.* 161. Eriocephalus *Vaill. p.* 160.

Cal. *Communis* imbricatus, ſubrotundus: *ſquamis* ſæpius varie terminatis.

Cor. *Compoſita* floſculoſa, difformis: *Corollulæ* Hermaphroditæ plurimæ, in diſco. *Femineæ* pauciores, majores, laxæ, in radio.

Propria Hermaphroditi monopetala: *tubo* filiformi; *Limbo* ventricoſo, oblongo, erecto, terminato *laciniis* quinque, linearibus, erectis.

Femineis monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenui, ſenſim ampliato, recurvo; *limbo* oblongo, obliquo, inæqualiter diviſo.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, longitudine corollulæ.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiſſimum, acumine (multis bifido) prominens.

Femineis: *Germen* minimum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* nullum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, connivens.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria. *Pappus* plerisque plumoſus ſ. capillaris.
Femineis nulla.
Rec. ſetoſum.
Obs. Calcitrapa *Vaill. Calyx aculeis ſolitariis, rectis, magnis. Semina nuda vel coronata.*
Calcitrapoides. *V. Calyx aculeis confertis, parvis.*
Rhapontic[illegible]. *V. Calyx membranis ſcarioſis, integris.*
Rhapontic[illegible]oides. *V. Calyx ſquamis lanceolatis, acuminatis.*
Amberboi - *V. Calyx ſquamis obtuſis, ſimpliciſſimis.*
Jacea - - *V. Calyx ſquamis ciliatis. Semina pappo ſetaceo.*
Crocodilium *V. Calyx ſquamis aculeatis. Semina pappo plumoſo.*
Eriocephalus *V. Calyx ſquamis aculeatis, lanatis.*
Cnicus *V. Calyx involucratus, ſquamis aculeatis. Semina margine inflexo, crenulato, pappo ſetaceo duorum ordinum. — Floſc. radii parvi.*

IV. POLYGAMIA NECESSARIA.

1332. MILLERIA. * *Mart. cent. 4. Gærtn.*

Cal. *Communis* monophyllus, tripartitus, maximus, connivens in formam plano-triquetram, perſiſtens: *foliolis duobus interioribus* æqualibus, ſubovatis, acutis planis: *exteriori* vero duplo majori, ſubrotundo, acuminato, plano, cordato, profundius a reliquis diviſo.
Cor. *Compoſita* ſemi-radiata: *Corollulæ* Hermaphroditæ, duæ, intra foliola calycina minora. *Feminea* unica, intra foliolum calycinum majus.
Propria Hermaphroditis monopetala, tubuloſa, erecta, quinquedentata.
Feminea ligulata, erecta, obtuſa, concava, emarginata.
Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* totidem, erectæ, lineares, lateribus mediis connexæ, longitudine corollæ, acutæ.
Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum, tenuiſſimum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, linearia, debilia, obtuſa, patentia.
Femineis: *Germen* magnum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, ſetacea, reflexa, longa.
Per. nullum. *Calyx* connivens in figuram trigonam.

Sem. Hermaphroditis nulla.
Feminis ſolitarium, verſus baſin anguſtius, obtuſum, oblongum, triquetrum. *Pappus* nullus.
Rec. *Commune* minimum nudum.
Obs. M. quinquefloræ *Corollula feminea trifida eſt. Hermaphroditæ tubuloſæ quatuor. Calyx bivalvis. Stylus maſculis ſimplex, femineis bifidus.*

1333. BALTIMORA. * *Gærtn.*

Cal. *Communis* cylindricus: *foliolis* ſeptem, lanceolatis, erectis: interioribus brevioribus.
Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* Hermaphroditæ *diſci* plures (XI.) *Femineæ radii* quinque.
Propria *Hermaphroditis* infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, tomentoſo.
Femineis ligulata, ovata, trifida: media minore.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque. *Anthera* cylindriça.
Pist. Hermaphroditis *Germen* obſoletum. *Stylus* brevis. *Stigma* nullum.
Femineis *Germen* oblongum, coronatum calyculo dentato, deciduo. *Stylus* filiformis, breviſſimus. *Stigmata* duo, filiformia, corollula longiora.
Per nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. *Hermaphroditis* nulla.
Femineis triquetra, nuda, apice gibba.
Rec. paleaceum.

1334. SILPHIUM. * *Gærtn.* Aſteriſcus *Dill. eltb.* 39. 42.

Cal. *Communis* ovatus, imbricatus, ſquarroſus: *ſquamis* ovato-oblongis, in medio reflexis, undique prominentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* Hermaphroditæ in diſco plures. *Femineæ* in radio pauciores.
Propria Hermaphroditis monopetala, infundibuliformis, quinquedentata; *tubo* vix limbo anguſtiore.
Feminea lanceolata, longiſſima, ſæpe tridentata.
Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis: *Germen* teres, tenuiſſimum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, villoſus. *Stigma* ſimplex.

Femineis: *Germen* obcordatum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigmata* duo, ſetacea, longitudine ſtyli.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis nulla.

Femineis ſolitaria, ſubmembranacea, obcordata, margine membranaceo, bicorni, emarginato.

Rec. paleaceum: *Paleis* linearibus.

1335. POLYMNIA. * Tetragonotheca *Gen. ed. VI. n. 976.* Wedelia. *Jacq. amer. 217.*

Cal. *Communis exterior* patens, major, tetra ſ. pentaphyllus: *foliolis* ovatis; ſuperior octo ſ. decaphyllus: *foliolis* cymbiformibus, erectis.

Cor. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* Hermaphroditæ plures, in diſco. *Femineæ* quinque ſ. decem, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, quinquefida. *Feminea* ligulata bi ſ. tridentata.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque. *Antherae* cylindracea, tubuloſa, corolla paulo longior.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Femineis: *Germen* ovatum, majuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, acuta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis nulla.

Femineis ſolitaria, obovata, gibba: introrſum ſubangulata, nuda.

Rec. paleaceum, convexum, imbricatum: *Paleis* ovatis, obtuſis, longitudine floſculorum, concavis.

Obs. P. Tetragonothecæ & Wedeliæ *Calyx exterior tetraphyllus.* Wedelia *a reliquis differt petalis radii emarginatis, & Seminibus pappo plano decemdentato. Syſt. Veg.* 658. *R.*

* 1336. TRIXIS. *Swartz. prodr.* 115. Bailliera *Aubl.* 317. — *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Communis* imbricatus, ovatus: *ſquamis* 8—10. oblongis, acuminatis, convexis, ſubæqualibus: *exterioribus* ſubcarinatis, apice membranaceis.

Cor. Compoſita. *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ, in diſco; *Femineæ* pauciores, breviores, in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis; *Tubo* breviſſimo; *Limbo* erecto, quinquefido.

Femineis infundibuliformis; *Tubo* compreſſo; *Limbo* trifido: *lacinia* poſtica majore, anterioribus minoribus.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, longitudine tubi. *Anthera* cylindracea, ſupra limbum.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* lineare, pubeſcens. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, apice bifidus. *Stigmata* reflexa.

Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, apice bifidus. *Stigmata* reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus connivens.

SEM. Hermaphroditis ſæpe abortientia.

Femineis ovata, ſubcompreſſa, marginata, poſtice convexa, apice obtuſa, ſubtrigona, hirſuta. *Pappus* nullus.

REC. paleaceum: *Paleis* oblongis, acutis, concavis, membranaceis.

1337. CHRYSOGONUM. †

CAL. *Communis* pentaphyllus, planus, patens: *foliolis* lanceolatis, longitudine ferme floris.

COR. *Compoſita* radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ, in diſco: *Femineæ* quinque, in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Femineis ligulata, oblonga, truncata, tridentata.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, minima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* minimum. *Stylus* ſetaceus, longitudine corollulæ. *Stigma* obſoletum.

Femineis Germen majus, perianthio proprio obvolutum. *Stylus* brevior. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis nulla.

Femineis ſolitaria, obcordata, depreſſo-quadrangula, lateribus latiuſculis: *coronata ſquamula* tridentata, introrſum dehiſcente: verſus baſin contracta. *Glumam* intra propriam, tetraphyllam, latet ſemen ſingulum: *ſquama* exteriore ovata latiore; *ſquamis* tribus reliquis anguſtiſſimis, arcte conniventibus, maturo fructu dehiſcentibus.

REC. paleaceum, planum; *Paleis* linearibus, obtuſis.

† 1338. MELAMPODIUM. † *Gærtn.*

CAL. *Communis* pentaphyllus, planus: *foliolis* ſubovatis, longitudine floris, patentiſſimis.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ in diſco: *Femineæ* quinque circiter, in radio.

Propria Hermaphroditi monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Feminea ligulata, ovata, integra ſ. tridentata.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque minima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* minimum. *Stylus* ſetaceus, longitudine corollæ. *Stigma* obſoletum.

Feminis Germen ſubovatum, compreſſum, laterihus ſcabris, apice plano membranaceo. *Stylus* breviſſimus.

PER. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis nulla.

Femineis ſolitaria, obovata, compreſſa: tetragona, lateribus aculeata, coronata *Calyculo* cordato, margine involuto, connivente in formam vulvæ.

REC. paleaceum, conicum. *Paleis* lanceolatis, coloratis, longitudine floſculorum.

1339. CALENDULA. * *Gærtn.* Caltha *Tournef.* 284. *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 27. Dimorphotheca *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 22. 21. Cardioſpermum *Trant. A. G.* 1724. *f.* 2.

CAL. *Communis* ſimplex, polyphyllus, erectiuſculus: *ſegmentis* lineari-lanceolatis, quatuordecim ad viginti, ſubæqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ, in diſco. *Femineæ* plurimæ, numero radiorum calycis, longiſſimæ, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, ſemiquinquefida, longitudine calycis.

Feminea ligulata, longiſſima, tridentata, baſi villoſa, enervis.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* oblongum. *Stylus* filifor-

mis, vix ſtaminum longitudine. *Stigma* obtuſum, biſidum, rectum.

Femineis: *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, acuminata, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* connivens, ſubrotundus, depreſſus.

SEM. Hermaphroditis *centralia* diſci nulla: *peripheriæ propria* rarius ſolitaria, membranacea obcordata, compreſſa.

Femineis ſolitaria, majora, oblonga, incurva, triangularia, angulis membranaceis, externe longitudinaliter figura vegetabilis inſculpta. *Pappus* nullus.

REC. nudum, planum.

OBS. Calthæ *Vaill. Semina feminarum ala utrinque membranacea inflexa inſtructa.*

Dimorphothecæ *V. Semina feminarum ala laterali membranacea inflexa deſtituta.*

1740. ARCTOTIS. * *Gærtn.* Arctotheca *Vaill. A. G. 1720. f. 39. 40.* Anemonoſpermos *Comm. H. A. 2. p. 45.*

CAL. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis inferioribus* laxioribus, ſubulatis; *mediis* ovatis; *intimis* oblongis: apice ſcarioſo, rotundato, concavo.

COR. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, fere viginti, diſci diametro longiores.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, apicibus reflexis, æqualibus.

Feminis ligulata, lanceolata, tenuiſſime tridentata, *tubo* breviſſimo.

STAM. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, quinquedentata, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis: *Germen* vix manifeſtum. *Stylus* cylindraceus, corolla paulo longior. *Stigma* ſimplex.

Femineis *Germen* ovata-tetragonum, villoſum, coronatum calyculo proprio. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, ovato-oblonga, craſſiuſcula, erecta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. Hermaphroditis nulla.

Feminis ſolitaria, ſubrotunda, villoſa, coronata *Calyculo* ſubpentaphyllo: *foliolis* ovatis patentibus.

REC. villoſum ſ. paleaceum, planiuſculum.

Obs. Genus ſingulare, *quod aliis ſpeciebus Floſculi feminei Radii ſteriles, Diſci fertiles; aliis ſpeciebus Floſculi feminei Radii ſteriles.* — Numerus foliolorum calyculi variat a 4 ad 8. *Bergius. Gærtner.* S.

1341. OSTEOSPERMUM. * *Gærtn.* Monilifera *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 28. Chryſanthemoides *Tournef. A. G.* 1705. *f.* 4. *Dill. gen.* 9. *elth.* 68.

Cal. *Communis* ſimplex, hemiſphæricus, polyphyllus: *foliolis* ſubulatis, parvis.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ plurimæ, in diſco. *Femineæ* decem circiter, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata, longitudine calycis.

Feminea ligulata, linearis, tridentata, longiſſima.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis: *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine vix ſtaminum. *Stigma* obſoletum.

Femineis: *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis nulla.

Femineis ſolitaria ſubgloboſa: colorata, tandem indurata, nucleum conformem includentia. *Pappus* nullus.

Rec. nudum, planum.

1342. OTHONNA. * Jacobæaſtrum *Vaill. A. G.* 1720. 15.

Cal. *Communis* ſimpliciſſimus, monophyllus, baſi obtuſus, acutus, æqualis, in octo vel duodecim ſegmenta diviſus.

Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ multæ, in diſco. *Femineæ* in radio, numero ſegmentorum calycis, ſæpe octo.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata, calyce vix longior.

Feminea ligulata, lanceolata, calyce longior, tridentata, reflexa.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus fere longior. *Stigma* bifidum, ſimplex.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* reflexum, majus.
Per. nullum. *Calyx* immutatus, perſiſtens.
Sem. Hermaphroditis nulla.
Femineis ſolitaria, oblonga, nuda aut pappoſa.
Rec. nudum, punctatum.
Obs. *In aliis Semina pappo coronata ſunt, in aliis Calyx ultra medium diviſus; in aliis modo dentatus, figura tamen ſemper conſtanti.*

1343. HIPPIA. †

Cal. *Communis* hemiſphæricus, ſubimbricatus, *ſquamis* ovatis.
Cor. *Compoſita*, diſcoidea: Floſculis *maſculis* pluribus diſci; *Femineis* decem in ambitu.
Propria Maſculis infundibuliformis, quinquefida, erecta.
Femineis obſoleta, tubuloſa, ſubtrifida.
Stam. Maſculis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindrica, brevior.
Pist. Femineis *Germen* marginatum, magnum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* erecta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. *Femineis* ovalia, latiſſime undique marginata, nuda.
Rec. nudum.

1344. ERIOCEPHALUS. * *Dill. elth.* 110. *Gærtn.*

Cal. *Communis* erectus: *ſquamis* decem, ovatis, æqualibus, conniventibus: quarum *quinque exteriores* carinatæ, *interiores* planæ.
Cor. *Compoſita* radiata: *Corollulæ* hermaphroditæ duplo plures, in diſco. *Femininæ* quinque, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Radii ligulata, obcordata: *apice* trilobo, æquali.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis *Germen* minimum, nudum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acuminatum, inflexum.
Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.
Sem. Hermaphroditis nulla.

Feminis ſolitaria, obovata, nuda.

Rec. nudum, planum; aut lanugo calycis duplicis ordinis floſculis hermaphroditis ac femininis interjicitur.

Obs. Corpuſculum *compreſſum baſi ſingulæ ſquamulæ calycinæ adhæret.*

1345. FILAGO. * *Vaill. act.* 1719. *f.* 6. 7. Gnaphalium. *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Communis* ex paleis imbricatis, continens in *diſco* Floſculos Hermaphroditos, plures; in *ambitu* inter ſquamas calycis inferiores Floſculos Femineos ſolitarios.

Cor. Hermaphroditicæ infundibuliformes; *limbo* quadrifido, erecto. *Femineæ* vix conſpicuæ, filiformes anguſtiſſimæ, ore bifidæ.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quatuor, capillaria, parva. *Anthera* cylindrica, apice quadridentata.

Pist. Hermaphroditis *Germen* vix ullum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acutum, bifidum.

Femineis *Germen* ovatum, majuſculum, depreſſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum.

Sem. Hermaphroditis nulla.

Femineis obovata, compreſſa, glabra, parva. *Pappus* nullus.

Rec. diſcus nudus absque paleis; latera vero *Paleis* calycinis floſculos diſtinguentibus.

Obs. *Hic character eſt* Filaginis pigmææ *f.* acaulis *Linn.* Filago germanica, arvenſis & montana, *et forte plures ſpecies, ſequentibus notis ab illa diſtinguuntur et inter ſe conveniunt.*

Cal. *Communis* teres ſ. pentagonus, imbricatus: *ſquamis* ovato-lanceolatis, exterioribus, acutis, tomentoſis, interioribus nitidis, coloratis, acuminatis.

Cor. *Compoſita*: *Corollulis* hermaphroditis tubuloſis paucis in centro diſci: *Femineis* tubuloſis numeroſis in reliqua parte diſci: *Femineis* aliis paucis, fere apetalis, inter ſquamas calycis exteriores.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quadrifido, patente.

Femineis in diſco, infundibuliformis, *tubo* tenui, baſi tumido; *limbo* quadrifido, erecto.

Femineis inter ſquamas calycis, vix conſpicua, *tubo* tenuiſſimo, *limbo* bifido, acuto.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Anthera* tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* exignum abortiens. *Stylus* capillaris, longitudine limbi. *Stigmata* duo, erecto-patula.

Feminis in diſco: *Germen* oblongum. *Stylus* capillaris, limbo longior. *Stigmata* duo, patula.

Feminis intra calycem: *Germen* oblongum. *Stylus* capillaris, limbo longior. *Stigmata* duo, longa, patentia.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſterilia, pappo coronata.

Feminis in diſco, oblonga, pappo coronata. *Pappus* brevis, ſimplex.

Feminis intra calycem, oblonga, nuda.

Rec. nudum. *Leers.*

1346. MICROPUS. * Gnaphalodes *Tournef.* 439.

Cal. *Communis inferior* pentaphyllus: *foliolis* tenuibus, parvis, obſoletis.

Communis interior maximus, pentaphyllus: *foliolis* laxis, diſtinctis, galeatis, compreſſis, margine longitudinaliter conniventibus.

Cor. *Compoſita* ex hermaphroditis decem in diſco, & Feminis quinque in ambitu.

Propria hermaphroditi monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Feminea nulla.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, ſetacea, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* obſoletum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obſoletum.

Femineis *Germen* obovatum, compreſſum, latens intra ſingulam ſquamam calycis communis interioris. *Stylus* e latere germinis interiore, ſetaceus, hermaphroditos verſus inflexus, longitudine calycis. *Stigma* bipartitum tenue, acuminatum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, ſed communis interior major induratus.

Sem. Hermaphroditis nulla.

Femi-

Femineis ſolitaria, obovata, proprio *folioło* calycis interioris incluſa. *Pappus* nullus.

Rec. *Paleis* acutis, minimis diſtinguens ſemina feminarum, non vero floſculos diſci.

X. POLYGAMIA SEGREGATA.

1347. ELEPHANTOPUS. * *Vaill. A. G. 1719. f. 11. 41. Dill elth. 104.*

Cal. *Involucrum* foliolis tribus latis acutis, multiflorum, magnum, perſiſtens, absque umbella.

Perianthium partiale quadriflorum, oblongum, imbricatum: *ſquamis* lanceolato-ſubulatis, mucronatis, erectis, quarum quatuor longiores æquales.

Cor. *Compoſita* tubuloſa: *Corollulæ* hermaphroditæ quinque aut quatuor, æquales, ſimplici orbe digeſtæ.

Propria monopetala, ligulata: *limbo* anguſto, quinquepartito, ſubæquali.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

Pist. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuia, patentia.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. ſolitaria, compreſſa. *Pappus* ſetaceus.

Rec. nudum.

Obs. *Negat limites Floſculoſis & Semifloſculoſis Tournefortii intercedere.*

* 1348. JUNGIA. *Linn. fil. ſuppl. 58.*

Cal. *Communis* polyphyllus: *foliolis* patentiuſculis, linearibus, obtuſis, canaliculatis, perianthio partiali brevioribus, tres ſ. quatuor flores involventibus.

Perianthium partiale polyphyllum, ſubæquale, multiflorum: *foliolis* oblongis, canaliculatis, obtuſis erectis.

Cor. *Compoſita*, uniformis; *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* ſenſim ampliato; *limbo* bilabiato: *lacinia exteriori* revoluta, longiore, lineari, apice dentata; *interiori* bipartita: *lacinulis* duabus erectis, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo inſerta. *Antheræ* connatæ.

Pist. *Germen* inferum, lineare, angulatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, revoluta, obtuſa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, angulata. *Pappus* longus, ſeſſilis, plumoſus.
Rec. paleaceum. *Paleæ* foliolis calycinis ſimiles.

1349. OEDERA. † *Gærtn.*

Cal. *Communis* multiflorus, polyphyllus, floribus major, ſquarroſus: *foliolis* lanceolatis; inferioribus majoribus, continens *Calyculos* partiales plures.
Partialis polyphyllus: *foliolis* paleaceis, lanceolatis; floſculis æqualis.
Cor. *Communis* radiata e floribus partialibus pluribus.
Partiales radiatæ, etiam in diſco poſitæ.
Propria Diſci hermaphrodita, infundibuliformis, quinquefida, erecta.
Radii *feminea* ligulata, lanceolata, longitudine calycis communis.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindrica.
Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, filiformia, obtuſa.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, filiformia, longiora.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. *Hermaphroditis* oblonga, corona *Paleis* plurimis, acutis, brevibus.
Femineis oblonga, coronata *paleis* plurimis.
Rec. *Commune* paleaceum.
Partiale paleaceum: *Paleis* linearibus deciduis.

* 1350. CRASPEDIA. *Forſt. flor.* 58.

Cal. *Communis* imbricatus. *Floſculorum* faſciculi aliquot depreſſi.
Perianthium partiale nullum.
Cor. *Compoſita* tubuloſa. *Corollulæ* hermphroditæ. . .
Stam. *Filamenta* quinque. *Anthera* cylindracea.
Pist. *Germen* . . . . . *Stylus* . . . . *Stigma* . . . .
Per. nullum.
Sem. . . . . *Pappus* plumoſus.
Rec. paleaceum.

* 1351. DIDELTA. *Herit. ſtirp. t.* 28. *Lamarck. encycl.* 2. *p.* 378.

Cal. *Communis* duplex: *Exterior* tripartitus: *foliolis* magnis, ovatis, patentiſſimis; *interior* ſ. *ſuperior* brevior,

duodecimfidus : *foliolis* lineari-lanceolatis, acuminatis, margine ſpinuloſis, patentibus, quorum alterna breviora.

Cor. *Compoſita*, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ numeroſæ in diſco: ſteriles in ſpatio medio triangulari; fertiles circum circa; femineæ duodecim, in radio, ſingula ſingulo foliolo calycino oppoſita, calyce longiores.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, limbo quinquepartito.

Feminea ligulata, tri-ſ. quadridentata.

Stam. Hermaphroditis utrisque *Filamenta* capillaria, breviſſima.

Femineis Rudimentum unius ſtaminis, ad apicem inſertum.

Pist. Hermaphroditis fertilibus *Germen* oblongum, compreſſum, receptaculo immerſum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum revolutum.

Hermaphroditis ſterilibus *Germen* minimum, ſubrotundum. Cetera ut in fertilibus.

Femineis *Germinis* rudimentum vix ullum.

Per. nullum. *Receptaculum* in tres partes finditur, quarum quæque, foliolo calycino majori et quibusdam minoribus adhærens, in *alveolis* ſemina recondit.

Sem. Hermaphroditis ſterilibus et Femineis nulla. Hermaphroditis fertilibus oblonga. *Pappus* brevis, ſimplex, rigidus.

Rec. *Commune* deltoideum, quadripartitum: *medium* triangulare, nudum; *lateralia* fungoſa, ſetoſa.

Obs. *Calyx ſuperior ſæpe* 11-*fidus*; *& floſculi feminei undecim.*

1352. SPHÆRANTHUS. * *Vaill. A. G.* 1719. t. 20. f. 12.

Cal. *Communis* globoſus, imbricatus: *ſquamis* acuminatis, perſiſtentibus, receptaculum univerſale undique veſtientibus.

Perianthium partiale multiflorum, pentaphyllum, intra ſingulam ſquamam calycis communis ſolitarium, conſtans *foliolis* linearibus, æqualibus, erectis.

Cor. Partialis *Corollulæ* hermaphroditæ paucæ (3) in diſco; *Femineæ* in ambitu ſæpius quinæ.

Propria Hermaphroditi monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminea ſubulata, tubulata: *ore* trifido, minimo, clauſo.

Stam. Hermaphroditis: *Filamenta* quinque capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, corolla longior.
Pist. Hermaphroditis: *Germen* tabidum. *Stylus* longior, craſſior. *Stigma* ſimpliciſſimum.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* bipartitum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. Hermaphroditis nulla.
Femineis ſolitaria, oblonga, nuda.
Rec. *Commune* ſquamoſum. *Partiale* nudum.

1353. ECHINOPS. * Echinopus *Tournef.* 262. *Vaill. A.* G. 1718. *p.* 150. *f.* 4. 5. 15.

Cal. *Communis* polyphyllus: *ſquamis* ſubulatis, reflexis totaliter, multos flores continens.
Perianthium partiale uniflorum, oblongum, imbricatum, angulatum: *foliolis* ſubulatis, ſuperne laxis, erectis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, longitudine calycis, tubuloſa: *limbo* quinquefido, reflexo-patente.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, quinquedentata.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* duplex, depreſſiuſculum, revolutum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus, major.
Sem. unicum, ovato-oblongum, baſi anguſtius: apice obtuſo. *Pappus* obſoletus.
Rec. *Commune* globoſum, ſetoſum.

* 1354. TETRANTHUS. *Swartz. prodr.* 115. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Communis* pentaphyllus, quadriflorus: *foliolis* linearibus; erectis, ciliatis, ad baſin floſculorum.
Perianthium proprium monophyllum, tubuloſum, baſi attenuatum, compreſſum, fauce obliquum, margine ciliatum, uniflorum, calyce communi multoties longius.
Cor. *Compoſita*, uniformis, æqualis. *Corollulæ* quatuor, hermaphroditæ.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* ſenſim ampliato, *limbo* quinquefido, inæquali: *laciniis* duabus *ſu-*

perioribus minoribus, minus divisis; tribus *inferioribus* patentioribus, oblongis, obtusis.

STAM. *Filamenta* quinque, ex basi corollulæ, longitudine dimidia tubi. *Anthera* tubulosa.

PIST. *Germen* e fundo perianthii, sub filamentis, oblongum. *Stylus* staminibus & corolla longior, filiformis, ultra medium divisus. *Stigmata* reflexa, linearia, obtusa.

PER. nullum. *Perianthium proprium* immutatum, persistens, includens

SEM. oblongum, striatum, coronatum margine apicis membranaceo, ciliato.

REC. minimum, nudum.

* 1355. ROLANDRA. *Rottboell. coll. hafn. 2. p. 256. Swartz. prodr.* 116. *Auct. D. D. Swartz.*

CAL. *Communis* nullus. *Flosculi* fasciculati in capitulum subrotundum: *fasciculis* distinctis pedicellatis, *squamis* interjectis plurimis, floseulis brevioribus, ovatis lanceolatisque, aristatis.

Perianthium partiale glumaceum, bivalve: *valvulis* inæqualibus, compressis, carinatis: *superiore* majore, alteram includente, aristata; *inferiore* acuminata.

COR. *Propria* hermaphrodita, minutissima, infundibuliformis: *tubo* filiformi, longo; *limbo* quinquefido: *laciniis* brevissimis, erectis acutis.

STAM. *Filamenta* quinque, tubo breviora. *Anthera* tubulata, infra faucem.

PIST. *Germen* compresso-trigonum, basi acutum, apice retusum. *Stylus* longitudine tubi, apice bifidus. *Stigmata* incrassata erecta.

PER. nullum. *Calyx partialis* immntatus includit

SEM. trigonum, apice margine dentato coronatum. *Pappus* nullus.

1356. GUNDELIA. † *Tournef.* 486. Hacub *Vaill. A. G.* 1718. *p.* 150. *f.* 16.

CAL. *Communis* vix ullus, præter folia cingentia Receptaculum compositum.

COR. *Composita* tubulata, uniformis: *Corollulæ* hermaphroditæ quinque, æquales.

Propria monopetala, clavata: *limbo* ventricoso, quinquefido, erecto.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, longa.
Pist. *Germen* ovatum, receptaculo immerſum, ſquamulis minimis coronatum, inferum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigmata* duo, revoluta.
Per. nullum. *Semina* plane receptaculo immerſa abſconduntur.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, acuminata, coronata margine obſoleto; *lateralia* abortiunt.
Rec. *Commune* conicum, tectum undique *receptaculis* partialibus, diviſis *paleis* tricuſpidatis.
Partiale conico-obtuſum, quadrangulare, truncatum; *Foveolis* quinque, quarum *unica* in centro, *reliquæ* in ambitu excavatæ pro quinque Floſculorum inſertione.

1357. STOEBE. †

Cal. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis* ſubulatis. receptaculum univerſale undique tegentibus.
Perianthium partiale uniflorum, pentaphyllum, intra ſingulam ſquamam calycis communis ſolitarium, conſtans *foliolis* linearibus, acutis, æqualibus, erectis.
Cor. *Propria* monopetala, infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, patulo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevia. *Anthera* cylindracea, quinquedentata.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum, bifidum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga. *Pappus* plumoſus, longus.
Rec. *proprium* nudum.

1358. SERIPHIUM. † Helichryſoides *Vaill. act. A. P.* 1719.

Cal. *Perianthium exterius* foliolis quinque, ſubrotundis, imbricatis, tomentoſis.
Interius foliolis quinque, erectis, acuminatis, ſubulatis, glaberrimis, ſcarioſis, duplo longioribus, uniflorum.
Cor. monopetala, infundibuliformis, calyce interiore brevior: *Limbo* quinquedentato.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, *Anthera* cylindrica.
Pist. *Germen* inferum corollulæ, ſuperum calycis. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſubbifidum,
Per. nullum. *Calyx* immutatus, clauſus.
Sem. ſolitarium, oblongum.

* 1359. SCHAWIA. *Forſt. gen.* 48.

CAL. *Perianthium* imbricatum, cylindricum: *ſquamis* quinque vel ſex oblongis: tribus interioribus longioribus, ſubæqualibus.

COR. monopetala infundibuliformis, brevis: *limbo* quinquefido, lineari, patente.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* bifidum, patens.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, pervius.

SEM. ſolitarium, oblongum. *Pappus* capillaris, baſi pubeſcens.

REC. nudum.

VI. MONOGAMIA.

1360. STRUMPFIA. *Jacq. amer.* 218.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, ſuperum, minimum, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, patentia.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, coalitæ in corpus ovatum.

PIST. *Germen* inferum, ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, erectus, ſtaminibus fere longior. *Stigma* ſimplex: obtuſum.

PER. *Bacca* calyce coronata, ſubrotunda, unilocularis.

SEM. unicum, ſubrotundum.

1361. CORYMBIUM. †

CAL. *Perianthium* diphyllum, uniflorum, inferum, longum priſmaticum, ſexangulare: *foliolis* erectis, conniventibus longitudinaliter, dorſo triangularibus, truncatis, obſolete tridentatis, parſiſtentibus: *foliolis* duobus minimis ad baſin.

COR. monopetala, æqualis. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus, patens: *laciniis* lanceolatis.

STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, erecta, tubo inſidentia: *Antheræ* oblongæ, erectæ, corolla breviores, connatæ in cylindrum.

PIST. *Germen* intra calycem, inferum corollulæ, hirſutum. *Stylus* ſimplex, erectus, longitudine corollæ. *Stigma* oblongum, bipartitum, patens.

Per. nullum. *Calyx.* immutatus.
Sem. unicum, oblongum, longitudine fere calycis, tectum lana pappi inſtar.
Rec. nudum.

† 1362. JASIONE. * *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium commune* 10-phyllum: *foliolis alternis* interioribus anguſtioribus, includens flores plurimos pedunculis breviſſimis adnexos; perſiſtens.
Perianthium proprium quinquefidum, ſuperum, perſiſtens.
Cor. propria monopetala, regularis, profunde quinquefida: *laciniis* lanceolatis erectis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, brevia. *Antheræ* quinque, oblongæ, baſi connexæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis longitudine corollæ *Stigma* bifidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquangularis, coronata calyce proprio, ſubbilocularis, apice foramine rotundo dehiſcens. *Diſſepimentum* ad axem diviſum.
Sem. plura, ſubovata. *Receptaculum* ſubgloboſum, pedicellatum, liberum, in baſi capſulæ.
Obs. *Floſculi centrales ſæpe abortientes: Stigmate indiviſo clavato.*

1363. LOBELIA. * Dortmanna *Rudb. A. V.* 1720 Laurentia *Mich.* 14. Rapuntium *Tournef.* 51. *Dill. elth.* 242. *Gærtn.* 30.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, minimum, germini circumnatum, marceſcens: *denticulis* ſubæqualibus: *duobus ſuperioribus* magis ſurſum ſpectantibus.
Cor. monopetala, irregularis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, ſuperne longitudinaliter diviſus. *Limbus* quinquepartitus, *laciniis* lanceolatis; quarum *ſuperiores duæ* minores, magis reflexæ, profundius diviſæ, conſtituentes labium ſuperius: *tres reliquæ inferiores* magis patentes, ſæpius majores.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine tubi petali, ſuperne connata. *Antheræ* connatæ in cylindrum oblongum, baſi quinquefariam dehiſcentem.
Pist. *Germen* acuminatum, inferum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, hiſpidum.

PER. *Capſula* ovata, bi-ſ. trilocularis, bi-ſ. trivalvis, apice dehiſcens, calyce cincta. *Diſſepimenta* valvulis contraria.
SEM. plurima, minima. *Receptaculum* conicum.

1364. VIOLA. * *Tournef.* 236. Calceolaria *Loeſl.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, breve, perſiſtens: *foliolis* ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, baſi obtuſis, ſupra baſin affixis, æqualibus, ſed diſpoſitione variis: quorum duo fulciunt petalum α; ſingula ſingulum petalum β. γ; unicum duo petala δ. ε. ſimul.
COR. pentapetala, irregularis: *petalis* inæqualibus; quorum
Petalum α ſupremum rectum, deorſum ſpectans, latius, obtuſius, emarginatum, deſinens baſi in *Nectarium* corniculatum, obtuſum, inter calycis foliola prominens.
β. γ. *lateralia* paria, oppoſita, obtuſa, recta.
δ. ε. *infima* paria, majora, ſurſum reflexa.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, quorum *duo* petalo α. proxima appendicibus annexis intrant nectarium. *Antheræ* ſæpius connexæ, obtuſæ, membranis ad apicem auctæ.
PIST. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, extra antheras prominens. *Stigma* obliquum.
PER. *Capſula* ovata, trigona, obtuſa, unilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ovata, appendiculata, valvis affixa. *Receptaculum* lineare, per ſingulam valvulam lineæ inſtar excurrens.
OBS. Stigma *vel* (*in* Martiis *dictis*) *in hamum ſimplicem reflectitur*, *vel* (*in* Tricoloribus *dictis*) *capitulum eſt concavum apice perforato.*
Flos in Europæis ſemper inverſus eſt, in Indicis ſæpius rectus: unde diverſa facies apparens.
V: diandra *ſtam.* 2. *differt. S. V.* 669. R.

1365. IMPATIENS. * *Riv. IV.* 146. Balſamina *Tournef.* 235.

CAL. *Perianthium* diphyllum, minimum: *foliolis* ſubrotundo-acuminatis, æqualibus, verſus latera flores poſitis, coloratis, deciduis.
COR. pentapetala, ringens: *Petalis* inæqualibus; quorum Petalum α *ſummum* ſubrotundum, planum, erectum, le-

viter trifidum, apice acuminatum, *labium ſuperius* conſtituens.

β. γ. *infima* paria reflexa, maxima, extrorſum latiora, obtuſa, irregularia, *labium inferius* conſtituentia.

δ. ε. *intermedia* paria, oppoſita, ad baſin α exorta. *Nectarium* monophyllum, cuculli inſtar fundum floris recipiens, ore obliquum, extrorſum aſſurgens. baſi in cornu deſinens.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima, verſus baſin anguſtiora, incurva. *Antheræ* totidem, connatæ, baſi diviſæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovata- acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex, antheris brevius.

Per. *Capſula* unilocularis, quinquevalvis, elaſtice diſſiliens valvulis in ſpiram convolutis.

Sem. plura, ſubrotunda, receptaculo columnari affixa.

Obs. *Deficiunt in aliis Petala* δ. ε., *in aliis Cornu nectarii.* Capſulæ *figura differt; hinc* Impatiens *Riv. Capſula longa fuit:* & Balſamina *Riv. ovata.*

* 1366. BARRERIA. *Scop.* Poraqueïba *Aubl.* 47.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, parvum.

Cor. monopetala, quinquepartita. *Laciniæ* oblongæ, acutæ, ſubtus convexæ, ſupra concavæ: *ſcrobiculo* duplici: ſuperiori ovato, bifido, cuneiformi trifido, pro receptione ſtaminum excavatæ.

Stam. *Filamenta* quinque, adſcendentia, linearia, ſuperne latiora, craſſa, triangularia? marginata, curva. *Antheræ* erectæ, tetragonæ, marginatæ, coalitæ in formam rotæ molendinariæ; flore clauſo ſingulæ, cum filamentis, ſcrobiculis duorum petalorum reſpondentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* brevis. *Stigma* trifidum.

Per.

Sem.

Classis XX.

GYNANDRIA.

GYNANDRIA dignoscitur a reliquis situ Staminum in ipso Stylo, vel in receptaculo elongato in formam Styli, Pistillum cum staminibus ferente, Pistillique in partem transeunte.

Obs. *Primus Ordo hujus Classis, qui* Diandria *dicitur, (excepta Gunnera et Forstera, S.) Naturalis est, cujus genera, sola fere consideratione Nectarii, a se invicem differunt: quam notam Radici longe præferimus in constituendis generibus, licet a Botanicis antea non recepta fuerit.*

Structura fructificationis, hujus Ordinis omnino singularis est.

Germen *enim semper inferum contortum est.* Petala *quinque, quorum duo interiora connivent sæpius in galeam. Labium inferius Nectarium constituit, quod locum pistilli & petali sexti occupat.* Stylus *adnascitur margini interiori, ut cum stigmate suo vix distingui possit.* Filamenta *semper duo sunt, brevissima, ferentia totidem* Antheras, *inferne angustiores, nudas seu tunica carentes, pulpæ citri instar divisibiles; hæ teguntur Cellulis totidem deorsum apertis, ipsi margini interiori nectarii innitatis, (hujus Labium superius constituentibus). Fructus* Capsula *est unilocularis, trivalvis, dehiscens angulis sub costis carinatis.* Semina *scobiformia, (subgloboſa, in plerisque arillo scobiformi oblongo membranaceo reticulato inclusa, Schmidel. gesn. 2. p. 15. t. 20. f. 12. Gærtn. fr. 1. t. 15. S.) numerosa, affixa receptaculo lineari in singula valvula.* Vires *aphrodisiacæ omnibus his plantis a Medicis adscribuntur.*

(*Labium superius Nectarii plantarum Orchidearum proprie est* Anthera bilocularis, *et Antheræ, a Linneo sic dictæ, sunt* Receptacula Pollinis; *hinc plantæ Orchideæ, saltem pleræque,* Monandræ *sunt. Earum*

characteres itaque emendare oportebit, ſi prius plures generum exoticorum ſpecies, ad vivas plantas, accurate deſcriptæ erunt. S.

Lector in examinando & conferendo Characteres noſtros ſemper in hac Claſſe tradat Piſtillum ante Stamina, ſi alias diſtinctam ideam ſitus Staminum habere velit; nos enim, ne ordinem ſemel receptum mutaremus, Stamina ante Piſtilla deſcripſimus.

Singulares ſunt Flores hujus Claſſis, & monſtroſam ac inadſuetam præ ſe ferunt faciem, quod a ſitu partium fructificationis inſolito, reſpectu ad reliquas plantas, oritur.

GYNANDRIA.

I. DIANDRIA.

1367. *Orchis.*
1368. *Satyrium.*
1369. *Ophrys.*
1370. *Malaxis.*
1371. *Serapias.*
1372. *Limodorum.*
1373. *Arethuſa.*
1374. *Cranichis.*
1375. *Diſa.*
1376. *Cypripedium.*
1377. *Epidendrum.*
1378. *Gunnera.*
1379. *Forſtera.*

II. TRIANDRIA.

1380. *Salacia.*
1381. *Stilago.*
1382. *Rhopium.*

III. HEXANDRIA.

1383. *Ariſtolochia.*

IV. OCTANDRIA.

1384. *Cytinus.*
1385. *Scopolia.*

I. DIANDRIA.

1367. ORCHIS. * *Tournef.* 247. Limodorum *Tournef.* 250.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix.* ſimplex.
Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque: *tria* exteriora, *duo* interiora ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo affixum: *Labio ſuperiore* erecto, breviſſimo: *L. inferiore* magno, patente, lato. *Tubo* poſtice corniformi, nutante.

Stam. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* obovatæ, erectæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.

Pist. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* adnatus labio ſuperiori nectarii, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.

Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.

Sem. numeroſa, minima, ſcobiformia.

1368. SATYRIUM. *

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga: *tria* exteriora; *duo* interiora ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo adnexum. *Labio ſuperiore* erecto, breviſſimo; *L. inferiore* plano pendulo, baſi burſa ſcrotiformi poſtice prominente.

Stam. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* obovatæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.

Pist. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* labio ſuperiori nectarii adnatus, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.

Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.

Sem. numeroſa, minima, ſcobiformia.

1369. OPHRYS. * Ophrys *Tournef.* 250.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.

Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque oblonga, ſurſum conniventia, æqualia: *duo* horum exteriora.

Nectarium petalis longius, dependens, poſtice tantum ſub carinatum.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ margine interiore nectarii.

Pist. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* margini interiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.

Per. *Capſula* ſubovata, trigona, obtuſa, ſtriata, trivalvis, unilocularis, angulis carinatis dehiſcens.

Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.

Obs. O. Corallorhiza *ſtamina* 4. *ſ. in ſingulis loculis duo habet.* R.

* 1370. MALAXIS. *Soland. Swartz. prodr.* 119. *Auctore. D. D. Swartz.*

Cal. *Spathæ* nullæ.

Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque: *tria exteriora*, quorum duo ſuperiora, unum inferius, lanceolata, obtuſa, patentia: *duo interiora* linearia, acuta, circa germen reflexa.

Nectarium in medio corollæ, petalis minus, concavum, marginibus convexis, cordatum, poſtice acuminatum, antice bifidum.

Stam. *Antheræ* duæ, ovatæ, vix pedicellatæ, urceolo piſtilli margine inſertæ, foveolis duabus in fundo inſidentes.

Pist. *Germen* pedicellatum, teretiuſculum, inferum. *Stylus*: *Urceolus* in medio nectarii, dimidiatus, breviſſimus, patens, margine poſteriori ſtamina gerens. *Stigma* ante foveolas, prope antheras.

Per. *Capſula* pedicellata, oblonga, tricarinata, unilocularis, ſub carinis dehiſcens, apice et baſi cohærens.

Sem. minutiſſima.

Obs. *Hujus generis ſunt plures Ophrydes Linn.* Sw.

1371. SERAPIAS. * *Gærtn.* 14. Helleborine *Tournef.* 249.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.

Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, erecto-patula, ſurſum conniventia.

Nectarium longitudine petalorum, basi excavatum, melliferum, ovatum, inferne gibbum, trifidum, acutum: intermedia cordata, obtusa, basi cicatrice bifida tridentata.

STAM. *Filamenta* duo, brevissima, pistillo insidentia. *Antheræ* erectæ, sub labio superiore nectarii collocatæ.

PIST. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* labio superiori nectarii adnatus. *Stigma* obsoletum.

PER. *Capsula* obovata, obtuse trigona, tribus carinis adnatis, trivalvis, sub carinis dehiscens, unilocularis.

SEM. numerosa, scobiformia. *Receptaculum* lineare, singulæ valvulæ pericarpii adnatum.

1372. LIMODORUM. † *Gronov. virg.* 110. *Roy. lugdb.* 16.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* simplex.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* quinque, ovato-oblonga, subæqualia, patentia: superioribus conniventibus.
Nectarium monophyllum, concavum, pedicellatum, intra petalum infimum, longitudine petalorum.

STAM. duo. *Filamentum* corpus oblongum, ascendens, longitudine corollæ. *Antheræ* binæ, ovatæ, antrorsum spectantes.

PIST. *Germen* columnare, longitudine corollæ, inferum. *Stylus* filiformis, adnatus filamentorum corpori. *Stigma* infundibuliforme.

PER. *Capsula* columnaris, trivalvis, unilocularis, angulis dehiscens.

SEM. numerosa, scobiformia.

1373. ARETHUSA. † *Gron.* Orchidion *Mitch* 19.

CAL. *Spatha* foliacea.
Perianthium nullum.

COR. ringens. *Petala* quinque, oblonga, subæqualia, duo exteriora, omnia conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, basi tubulosum intra corollæ fundum, bipartitum: *Labio inferiore* reflexo, lato, rugoso, longitudine petalorum, propendente: *L. superiore* lineari, tenerrimo, stylo adnato, apice lobato.

STAM. *Filamenta* duo, brevissima, pistilli apici insidentia.

Antheræ ovatæ, compreſſæ, tectæ duplicatura labii interioris nectarii.

PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Stylus* oblongus, incurvus, labio interiore nectarii veſtitus. *Stigma* infundibuliforme.

PER. *Capſula* oblongo-ovata, unilocularis, trivalvis, angulis dehiſcens.

SEM. numeroſa, aceroſa.

* 1374. CRANICHIS. *Swartz prodr.* 120. *Auct. D. D. Swartz.*

CAL. *Spathæ* vagæ.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* quinque, oblonga, ſubhorizontalia: *tria exteriora* (vel duo lateralia ſuperiora et unum anterius) ovato-lanceolata, æqualia, patentia; *duo interiora* anteriora vix minora, tenuiora, ovato-lanceolato, erecta.
Nectarium ſ. Petalum ſuperius (inter petala exteriora ſuperioria) galeatum, ſ. fornicatum, erectum, ovatum, gibbum, ſubcarinatum, apice integrum, baſi ſæpe bifidum, intus punctatum, genitalia tegens et poſtice amplectens.

STAM. *Antheræ* duæ ſ. quatuor, pedicellatæ, apici ſtyli inſidentes, galeam verſus ſpectantes, operculo erecto biloculari: columnæ ſtyli antice adnato, poſtice tectæ.

PIST. *Germen* obovatum, obliquum, inferum. *Stylus*: columna erecta, galea brevior, apice dilatata, obtuſa, poſtice ſtamina gerens. *Stigma* infundibuliforme, inter columnam ſtyli et operculum ſtaminum.

PER. *Capſula* oblonga vel obovata, baſi attenuata, trigona, tricarinata, unilocularis, ſub coſtis dehiſcens, apice et baſi cohærens.

SEM. numeroſa, minima, ſcobiformia ſ. pulverulenta, receptaculo columnari affixa.

* 1375. DISA. † *Berg. cap.* 348. *t.* 4. *Linn. ſuppl.* 59. *Lamarek encycl.* 2. *p.* 290.

CAL. *Spathæ* foliaceæ.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* quinque, quorum lateralia duo majora, ovata, acuta, patentia ſ. adſcendentia; duo intra cornu incluſa; (*Thunb.*) quintum inter lateralia majora, minus.
Nectarium monophyllum: labio inferiore petalis paul-

lo majore, ovato, acuto, concavo, poſtice cornuto.

Stam. *Filamenta* duo, piſtillo inſidentia, breviſſima. *Antheræ* lineares, intra labium ſuperius.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* adnatus labio ſuperiori. *Stylus* lingulatus, brevis, baſi excavatus, retrorſum bicornis. *Linn.*

Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, trivalvis.

Sem. numeroſa, minutiſſima.

Obs. *Characterem accuratius et diſtinctius traditum ab ill. Thunbergio exſpectamus.*

† 1376. CYPRIPEDIUM. * Calceolus *Tournef.* 249.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quatuor (vel quinque), lanceolata, longiſſima, patentia, erecta.
Nectarium intra petalum infimum, calceiforme, inflatum, obtuſum, cavum, petalis brevius, latius: *labio ſuperiore* ovato, plano, inflexo, parvo.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ labio ſuperiori nectarii.

Pist. *Germen* longum, contortum, inferum. *Stylus* breviſſimus, labio ſuperiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.

Per. *Capſula* obovata, obtuſe trigona: tribus futuris, ſub quibus dehiſcens angulis, trivalvis, unilocularis.

Sem. numeroſa, minima, *Receptaculum* lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii longitudinaliter adnatum.

1377. EPIDENDRUM. * *H. B. P.* 127. *Gærtn.* 14. Vanilla *Plum.* 28.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, longiſſima, patentiſſima.
Nectarium baſi tubulatum, turbinatum, intra petala deorſum poſitum, ore obliquo, bifido: *ſuperiori labio* breviſſimo, trifido; *inferiori* in acumen producto.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* tectæ labio ſuperiori nectarii.

Pist. *Germen* tenue, longum, contortum, inferum. *Stylus*

breviſſimus, adnatus labio ſuperiori nectarii. *Stigma* obſoletum.

PER. *Siliqua* longiſſima, teres, carnoſa.

SEM. numeroſa, minutiſſima.

OBS. *Species pleræque paraſiticæ arborum ſunt.*

1378. GUNNERA.

CAL. *Amentum* verticillatum: *ſquamis* monophyllis, unifloris, ſetaceis, longitudine floris, perſiſtentibus.

Perianthium nullum, niſi cruſta feminis bidentata.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, oppoſita, inſidentia germinis lateribus extra dentes. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ovatum, apice bidentatum. *Styli* duo, breves, ſubulati, inter dentes germinis. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum.

SEM. unicum, ovatum, cruſta perianthina corticatum.

* 1379. FORSTERA. *Linn. Forſt. act. upſ. 3. p. 184. Linn. fil. ſuppl. 59.*

CAL. *Perianthium* duplex.

Exterius inferum, triphyllum, laterale: *foliolis* oblongis, acutis.

Interius ſuperum, ſexfidum *foliolis* erectus, oblongis concavis.

COR. monopetala, tubuloſa-campanulata. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* oblongis, obtuſis, patulis, apice reflexis, æqualibus.

Nectarium: *ſquamulæ* duæ, obovatæ, petaliformes, ſtylo utrinque ſub ſtigmate adfixæ.

STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, ſingulum inter ſtigma et nectarii ſquamulam ſtylo ſub ſtigmate adfixam. *Antheræ* obovatæ.

PIST. *Germen* inferum, ovale. *Stylus* cylindricus, erectus, longitudine tubi corollæ. *Stigmata* duo, lata, patentia, ſubbarbata.

PER. *Capſula* ovalis, unilocularis.

SEM. numeroſa, ſcobiformia, *receptaculo* columnari adfixa.

II. TRIANDRIA.

1380. SALACIA. †

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, breviſſimum, patens: *laciniis* ovatis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, ſeſſilia.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* tres, didymæ, baſi divaricatæ, inſidentes germinis apici.
Pist. *Germen* ſubrotundum, calyce majus. *Stylus* breviſſimus, inter antheras. *Stigma* ſimplex.
Per.
Sem.
Obs. Stilagini *ex charactere proximum genus, habitu diverſum.* Fructum *non vidi, forte tricoccus.*

1381. STILAGO.

Cal. *Perianthium* monophyllum, hemiſphæricum, ſubintegerrimo-trilobum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria, germini inſidentia, patentia, calyce longiora.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* cylindricus, perſiſtens, ſtaminibus brevius. *Stigma* verrucoſum.
Per. *Bacca* globoſa.
Sem. - - -

* 1382. RHOPIUM. Meborea *Aubl.* 323.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis, ad baſin *fovea* marginata exſculptis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* tres, ſingula ſingulo ſtylo ſub ſtigmate adnata, bifida: loculis disjunctis, transverſe dehiſcentibus.
Pist. *Germen* ſubrotundum, trigonum. *Styli* tres, erecti, approximati. *Stigmata* plana, acuta, ſuper antheras deflexa.
Per. *Capſula* tricocca, angulis obtuſis, ſexlocularis, ſexvalvis: diſſepimentis medio valvarum affixis.
Sem. duo, (unum utrinque diſſepimento adhærens) ovata.

III. HEXANDRIA.

1383. ARISTOLOCHIA. * *Tournef.* 71. — *Gærtn.* 14.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, tubuloſa, irregularis: *baſis* ventricoſa, ſubgloboſa, toruloſa: *Tubus* oblongus, hexagono-cylindraceus. *Limbus* dilatatus, inferne extenſus in linguam longam.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſex, ſubtus ſtigmatibus adnatæ, quadriloculares.
PIST. *Germen* oblongum, inferum. angulatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* ſubgloboſum, ſexpartitum, concavum.
PER. *Capſula* magna, ſexangularis, ſexlocularis,
SEM. plura, depreſſa, incumbentia.
OBS. *Fructus figura variat, aliis ſubrotundus, aliis longus.*

IV. OCTANDRIA.

† 1384. CYTINUS. † Hypociſtis. *Tournef. inſt.* 477. Thyrſine. *Gleditſch. Abhandl. K.* 1. *p.* 226. *Tab.* 2.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulato-campanulatum, perſiſtens. *Tubo* cylindrico; *Limbo* patulo, quadripartito, obtuſiuſculo, colorato.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* octo, oblongæ, adnatæ apici ſtyli ſub ſtigmate, oblongæ, biloculares.
PIST. *Germen* inferum, rotundatum. *Stylus* cylindricus, longitudine fere calycis. *Stigma* octofidum, gibbum, obtuſum.
PER. *Bacca* coronata, ſubrotunda, coriacea, octolocularis.
SEM. numeroſa, minuta, ſubrotunda.

* 1385. SCOPOLIA. *Thunb. Linn. fil. ſuppl. pl.* 60.

CAL. *Communis* diphyllus, multiflorus: *foliolis* æqualibus, oblongis, obtuſis, concavis, nervoſis, glabris.
Perianthium proprium nullum. *Fl.* plures, parvi, villoſi, ſeſſiles.
COR. monopetala, infundibuliformis, quadrifida, villoſa, infera: *dentibus* ſubæqualibus, obtuſiuſculis.
STAM. *Filamenta* quatuor, apici germinis in circulo inſidentia, erecta, brevia, filiformia. *Antheræ* quatuor in columnam conniventes, cui inſidet alia columna quatuor antherarum filamentis deſtitutarum; ſingulæ angulatæ.
PIST. *Germen* ſuperum, erectum, glabrum, terminatum ſetis, filamentis intermixtis. *Stylus* nullus. *Stigma* breve, acutum.
PER.
SEM.

Claſſis XXI.

MONOECIA.

Maſculus flos inſtruitur Staminibus, deſtituitur Piſtillo.

Femineus flos deſtituitur Staminibus, inſtruitur Piſtillo.

Androgyna planta profert & Flores Maſculos & Femineos in eodem individuo.

Monoecia comprehendit Flores tantum Androgynos, abſque hermaphroditis: i. e. Flores Maſculos & Femineos diſtinctos, ſed ex eadem radice prognatos.

Calyx Communis ſi diverſos ſexu floſculos comprehendat, non intrat Monoeciam, ne confuſio oriatur, adeoque nec varia Genera *Umbellatorum Compoſitorumve* florum.

Methodi variæ Syſtematicorum varium præbuerunt uſum, imprimis inculcarunt Partium fructificationis Species. Methodus *ſexualis* ſeorſim tradit ſexu diſtinctos flores, ut omnes modos habeat generationis plantarum: qui non deſtituuntur uſu in earum cultura. Si itaque ſexu diſtinctarum claſſium Genera præcedentibus immixta fuiſſent, claudicaſſet methodus, defeciſſet uſus, & in Scyllam incidiſſet evitaturus charybdin, combinaturus coniferas & Tricoccos cum Monadelphis, Cucurbitaceos cum Syngeneſiſtis & in bivio ſtetiſſet ambiguus ad *Nyſſam*, *Gleditſchiam*, *Mimoſam* &c. ob diverſum numerum ſtaminum in ſexu diſtinctis floribus.

Addenda hic ſunt *Callitriche verna*. *Rumex ſpinoſus*, *Arum tryphyllum*, *Glycine monoica*, *Mercurialis ambigua*, & aliæ plantæ.

MONOECIA.

I. MONANDRIA.

1386. *Ambrosinia.*
1387. *Arum.*
1388. *Calla.*
1389. *Houttuynia.*
1390. *Zostera.*
1391. *Zannichellia.*
1392. *Ceratocarpus.*
1393. *Artocarpus.*
1394. *Cynomorium.*
1395. *Casuarina.*
1396. *Aegopricum.*
1397. *Chara.*
1398. *Elaterium.*

II. DIANDRIA.

1399. *Anguria.*
1400. *Lemna.*

III. TRIANDRIA.

1401. *Typha.*
1402. *Sparganium.*
1403. *Zea.*
1404. *Tripsacum.*
1405. *Coix.*
1406. *Olyra.*
1407. *Carex.*
1408. *Scleria.*
1409. *Axyris.*
1410. *Tragia.*
1411. *Hernandia.*
1412. *Phyllanthus.*

IV. TETRANDRIA.

1413. *Serpicula.*
1414. *Aucuba.*
1415. *Littorella.*
1416. *Tricera.*
1417. *Cicca.*
1418. *Argythamnia.*
1419. *Betula.*
1420. *Buxus.*
1421. *Boehmeria.*
1422. *Urtica.*
1423. *Diotis.*
1424. *Morus.*

V. PENTANDRIA.

1425. *Nephelium.*
1426. *Xanthium.*
1427. *Ambrosia.*
1428. *Parthenium.*
1429. *Iva.*
1430. *Clibadium.*
1431. *Amaranthus.*
1432. *Leea.*

VI. HEXANDRIA.

1433. *Zizania.*
1434. *Pharus.*
1435. *Epibaterium.*
1436. *Pometia.*
1437. *Guettarda.*

VII. POLYANDRIA.

1438 *Mabea.*
1439. *Ceratophyllum.*
1440. *Myriophyllum.*
1441. *Sagittaria.*
1442. *Begonia.*
1443. *Acidoton.*
1444. *Theligonum.*
1445. *Poterium.*
1446. *Juglans.*
1447. *Quercus.*
1448. *Fagus.*
1449. *Carpinus.*
1450. *Corylus.*
1451. *Platanus.*
1452. *Liquidambar.*
1453. *Hedyosmum.*
1454. *Thoa.*
1455. *Pariana.*

VIII. MONADELPHIA.

1456. *Pinus.*
1457. *Thuja.*
1458. *Cupreſſus.*
1459. *Plukenetia.*
1460. *Dalechampia.*
1461. *Acalypha.*
1462. *Croton.*
1463. *Jatropha.*
1464. *Ricinus.*
1465. *Gymnanthes.*
1466. *Siphonia.*
1467. *Agyneia.*
1468. *Omphalea.*
1469. *Sapium.*
1470. *Stillingia.*
1471. *Hippomane.*
1472. *Aleurites.*
1473. *Gnetum.*
1474. *Bradleja.*
1475. *Hura.*

IX. SYNGENESIA.

1476. *Trichoſanthes.*
1477. *Momordica.*
1478. *Cucurbita.*
1479. *Cucumis.*
1480. *Bryonia.*
1481. *Sicyos.*
1782. *Sechium.*

X. GYNANDRIA.

1483. *Andrachne.*
1484. *Hyphydra.*

I. MONANDRIA.

† 1386. AMBROSINIA. *Baſſii monograph.*

* *Maſculi.*

CAL. *Spatha* monophylla, cucullata, baſi convoluta, apice connivens; *diſſepimento* membranaceo (Spadice Baſſ.) in loculamenta duo ſuperne communicantia diviſa.

Perianthium nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plurimæ, ſolitariæ, intra poſteriorem concamerationem ſpathæ, in ſuperiore parte diſſepimenti, diſtincto ordine digeſtæ.

Nectaria duo, ſubrotunda, concava, ad baſin antherarum.

* *Femineus.*

CAL. *Spatha* communis cum Maſculis.

Perianthium nullum.

PIST. *Germen* in loculo anteriore Spathæ, in parte inferiore diſſepimenti, ſolitarium, ſubrotundum. *Stylus* cylindraceus, ſpatha brevior. *Stigma* obtuſum.

PER. *Capſula?* ſubrotunda, unilocularis.

SEM. plurima, ovata, nidulantia.

† 1387. ARUM.* *Tournef.* 69. Ariſarum *Tournef.* 70. Colocaſia *Boerh.* 2. *p.* 73. Dracunculus *Tournef.*

* *Maſculi* Flores in eumdem Spadicem cum femineis inter puplicem cirrorum ordinem denſe congeſti.

CAL. *Spatha* monophylla, maxima, oblonga, baſi convoluta, apice connivens, ventre compreſſa, interne colorata.

Spadix clavatus: ſimpliciſſimus, ſpatha paullo brevior, coloratus, inferne germinibus obvallatus, marceſcens ſupra germina.

Perianthium proprium nullum.

COR. nulla.

Nectaria? baſi craſſa, deſinentia in *Cirros* filiformes, duorum ordinum, e medio ſpadice egredientes.

STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* ſingula ſeſſilis, tetragona.

* *Feminei* in inferiore parte ſpadicis, ſibi invicem approximati.

CAL. *Spatha* et *Spadix* communia cum Maſculis.

Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſingulum obovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* villis barbatum.

Per. *Bacca* globoſa, unilocularis.

Sem. plura, ſubrotunda.

Obs. Arum *T. foliis ſagittatis integris a Dracunculo ſeparatum fuit.*

Dracunculus *T. foliis multifidis ab Aro diſtinctus fuit.*

Ariſarum *T. Spatha apice incurvo, Spadice incurvato, Antheris filamentis innixis, leviter recedit ab Aro, diſtinctum tamen non conſtituit genus.*

† 1388. CALLA. * Provenzalia *Petit. gen. p.* 45. Anguina *Trew.*

* *Maſculi* Flores, femineis intermixti et in ſuperiore parte ſpadicis congeſti.

Cal. *Spatha* monophylla, ovato-cordata, acuminata, ſuperne colorata, maxima, patens, perſiſtens.

Spadix digitiformis, ſimpliciſſimus, erectus, fructificationibus tectus.

Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* ſingulum compreſſum, inferne anguſtius, truncatum, perſiſtens. *Anthera* depreſſa, ſeſſilis, bilocularis.

* *Feminei.*

Cal. *Spatha* et *Spadix* communia cum Maſculis.

Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſingulum ſubrotundum, obtuſum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* acutum.

Per. *Bacca* tetragono-globoſa: pulpoſa, unilocularis.

Sem. plura, (6 — 12) oblonga, cylindracea, utrinque obtuſa.

Obs. *In* Calla paluſtri *Spadix tegitur totus Staminibus et Piſtillis mixtis. In C.* æthiopica *vero inferius tantum, ſuperius autem ſolis Staminibus tectus.*

* 1389. HOUTTUYNIA. *Thunb. jap.* 12.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Spatha* ? tetraphylla: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, coloratis.

Spadix oblongus, longitudine ſpadicis, fructificationibus tectus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* plurima, germinibus inter mixta, (circum unumquodque germen circiter ſeptem,) breviſſima. *Antheræ* didymæ, ovatæ.

* *Feminei.*

Cal. *Spatha* et *Spadix* communis cum Maſculis.

Cor. nulla.

Pist. *Germina* plurima, ſtaminibus intermixta; ſingula . . .

Per. *Capſula?* trigona . .

Sem. . . . .

†1390. ZOSTERA. * *Gærtn.* 19. Alga *Raj. angl.* 3. *p.* 52. Ruppia *Moehr. Act. angl.* 1741. *p.* 217.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Spatha* nulla, niſi *Folii baſis* vaginans, longitudinaliter connivens, ſuperne utrinque emarginata, includens ſpadicem.

Spadix linearis, planus, altero latere ſtaminibus ſuperne, piſtillisque inferne inſtructus.

Perianthium nullum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* alterna, plura, breviſſima, ſupra germina ſpadici inſerta. *Anthera* in ſingulo ovato-oblonga, nutans, obtuſa, ſurſum retro ſubulata, incurva.

* *Feminei.*

Cal. *Spatha* & *Spadix* idem cum Maſc.

Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Pist. *Germina* pauciora, alterna, ſingula ovata, compreſſa, ancipitia, ſubpedicellata, apice affixa, nutantia. *Stylus* in quoque Germine unicus, ſimplex. *Stigmata* duo, capillaria.

Per. *Capſula* ovata, roſtrata, ſtylo terminata, ſubcompreſſa, membranacea, diaphana, unilocularis, evalvis. *Gærtn.* angulo laterali longitudinaliter dehiſcens. *Linn.*

Sem. unicum, ellipticum, compreſſum, ſtriatum. *G.*

† 1391. ZANNICHELLIA. * *Mich.* 34. *Gærtn.* 19. *Mill. illuſtr.* 77. Algoides *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 1. *f.* 1. Aponogeton *Ponth. anth.* Graminifolia *Dill. gen.* 169.

✲ *Maſculus* Flos.

Cal. nullus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum, ſimplex, longum, erectum. *Anthera* ſagittata, erecta.

✲ *Femineus* juxta maſculum florem.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, tridentatum.

Cor. nulla.

Pist. *Germina* quatuor ad octo, corniculata, conniventia. *Styli* totidem, ſimplices, patentiuſculi. *Stigmata* ovata, plana, patentia extrorſum.

Per. *Capſulæ* totidem, ſubfalcatæ, erecto patentes, ſtylo reclinato roſtratæ, dorſo tuberculatæ, cruſtaceo-coriaceæ, compreſſæ, uniloculares, evalves.

Sem. ſolitaria, oblonga, hinc gibba.

✲ *Maſculi* flores ſolitarii, ſparſi.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ore obliquo, poſtice acuto, integerrimo.

† 1392. CERATOCARPUS. * *Buxbaum Act. Petrop.* 1. *p.* 241. *t.* 9. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 14. *Güldenſtædt Nov. Act. Petrop.* 16. *p.* 553. *t.* 17. *f.* 7 — 12. Ceratoïdes *Tournef. cor.* 52.

✲ *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, ſuperne amplius, tenue, coloratum, bifidum : — *lacinia* ſuperiore acuta, inferiore emarginata. *Güld.*

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum, capillare, vix calyce longius, receptaculo inſertum. *Anthera* didyma, ovalis, erecta.

✲ *Feminei* Flores in eadem planta.

Cal. *Perianthium* monophyllum, obovatum, compreſſum, utrinque carinatum, perſiſtens, bicorne: *corniculis* rectis ſubulatis, divaricatis.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* ſimplicia, inter cornua calycis exſerta.
Per. nullum. *Calyx* major, ſemen in ſinu fovens & undique tegens.
Sem. oblongum, inferne attenuatum, compreſſum.

* 1393. ARTOCARPUS. *Forſt. gen.* 51. *Linn. Suppl.* 61. Sitodium. *Soland. Gærtn.* 71. 72. Radermachia *Thunb. nov. gen.* 24.

* *Maſculi* Flores.
Cal. nullus. *Amentum* cylindricum, totum Floſculis tectum.
Cor. ſingulis *Petala* duo, oblonga, concava, obtuſa, villoſa.
Stam. *Filamentum* unicum intra ſingulam corollam, filiforme, longitudine corollæ. *Anthera* oblonga.

* *Feminei* Fores, in eadem arbore.
Cal. nullus.
Cor. nulla.
Pist. *Germina* plurima, in globum connata, ſexangulata. *Stylus* ſingulis filiformis. *Stigma* unicum, vel duo, capillaria, revoluta.
Per. *Fructus* ovato-globoſus, compoſitus, muricatus.
Sem. pro ſingulo germine ſolitaria, oblonga, *arillo* pulpoſo obducta; inſidentia *Receptaculo* ovato.

1394. CYNOMORIUM. *Mich.* 12. *Amœn. acad.* 7. *p.* 357. Balanophora *Forſt. gen.* 20?

* *Maſculi Flores* in amentum imbricatim cum femineis digeſti.
Cal. *Amentum* erectum, clavatum, undique tectum floſculis. *Perianthium proprium* tetraphyllum: *foliolis* tribus clavatis, quarto inferiori majori, obtuſiſſimo, canaliculato.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, firmum, rectum, ſquama calycina longius. *Anthera* didyma.

* *Feminei Flores* maſculis mixti, in eadem planta, vixque ab iis remoti.
Cal. *Amentum* commune cum maſculis.
Perianthium proprium ſuperum: *foliolis* quatuor, clavatis, tuberculatis: æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* unicus, erectus, firmus, patens, longitudine squamæ calycinæ. *Stigma* obtusum.
Per. nullum.
Sem. unicum subrotundum.
Obs. *Vidi etiam Flosculos hermaphroditos, monandros, reliquis immixtos. Tota planta est unicum Amentum.*

* 1395. CASUARINA. *Forst. gen. 52. Thunb. nov. gen. pl. 53. Linn. suppl. 62.*

* *Masculi* Flores.
Cal. *Amentum* filiforme, imbricatum *squamis* minutis, ovatis, acutis, ciliatis, unifloris.
Cor. *Squamulæ* duæ ovatæ, concavæ, basi cohærentes, ciliatæ, minutæ. (nulla *Thunb.*)
Stam. *Filamentum* unicum, capillare, squama amenti adjacente longius. *Anthera* didyma: *loculis* utrinque acuminatis.
* *Feminei* Flores, in eadem arbore.
Cal. *Amentum* ovato-cylindricum: *squamis* ovatis, acutis, carinatis, ciliatis.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* minutum. *Stylus* filiformis, longus, exsertus, bifidus. *Stigmata* duo.
Per. *Strobilus* cylindricus. *Capsulæ?* conicæ, bivalves: *valvulis* perpendiculariter dehiscentibus.
Sem. solitaria, conica, margine apiceque membranacea.

* 1396. ÆGOPRICUM. *Linn. suppl. pl. 63.*

* *Masculi* Flores, in *Amento* ovato, parvi.
Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, trifidum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, calyce longius, erectum. *Anthera* ovata.
* *Feminei* Flores, in eadem planta, solitarii.
Cal. ut in Masculo.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, divaricati. *Stigmata* simplicia persistentia.
Per. *Bacca* globosa, intus tricocca, trilocularis: mucrone bifido.
Sem. solitaria, inde angulata.

† 1397. CHARA. * *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 3. Hippuris *Dill. gen.* 2. *Ponted. anthol.* 116. *Schmidel. ic.* 14.

* *Maſculus* Flos, ad baſin feminei, extra calycem.

CAL. nullus.

COR. nulla.

STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* globoſa, antice germini, extra calycem ſubjecta, unilocularis, non dehiſcens.

* *Femineus* flos.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubulatis, inæqualibus, perſiſtentibus; vel nullum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* turbinatum, ſtriis quinque ſpiralibus inſculptum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque ſimplicia.

PER. *Bacca* ovato-oblonga, ſpiraliter ſtriata, unilocularis, intra cruſtam tenuiſſimam ſemina continens.

SEM. plurima, ſphærica, minutiſſima.

1398. ELATERIUM. *Jacq. amer.* 241. *t.* 154.

* *Maſculi* flores.

CAL. nullus.

COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindricus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, dorſo canaliculatis, inciſuris denticulo inſtructis.

STAM. *Filamentum* unicum, columnare. *Anthera* linearis, quinquies plicata.

* *Feminei* flores.

CAL. ut in Maſculo.

COR. ut in Maſculo.

PIST. *Germen* inferum, echinatum. *Stylus* columnaris, craſſeſcens. *Stigma* capitatum.

PER. *Capſula* infera, echinata, coriacea, pulpa repleta, uniformis, unilocularis, bivalvis, elaſtica.

SEM. plura.

II. DIANDRIA.

1399. ANGURIA. *Jacq. amer.* 242.

* *Maſculi* flores.

CAL. monophyllus, quinquefidus, baſi ventricoſus: *laciniis* lanceolatis, brevibus.

COR. pentapetala, patens, calycis limbo adnata.

Stam. *Filamenta* duo, oppoſita, calyci inſerta. *Antherа* ſurſum deorſumque repens.

* *Feminei* flores in eadem planta.

Cal. ut in Maſculo.

Cor. ut in Maſculo.

Stam. *Filamenta* ut in Maſculis. *Antheræ* nullæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Stylus* ſemibifidus. *Stigmata* bifida, acuta.

Per. *Pomum* oblongum, quadrangulare, biloculare.

Sem. plurima, ovalia, compreſſa, nidulantia.

1400. LEMNA. * Lenticula *Mich.* 11. *Dill. gen.* 6. Hydrophace *Buxb. cent.* 11. *t.* 37. *f.* 2.

* *Maſculus* flos.

Cal. monophyllus, ſubrotundus, latere dehiſcens, oblique extrorſum dilatatus, obtuſus, patens, depreſſus, magnus, integer.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* duo, ſubulata, incurva, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, globoſæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* obſoletum.

Per. abortiens.

* *Femineus flos* in eadem planta cum maſculo.

Cal. ut in maſculo.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.

Per. *Capſula* globoſa cum acumine, unilocularis.

Sem. nonnulla, oblonga, utrinque acuta, longitudine fere capſulæ, hinc ſtriata.

Obs. *Flores Hermaphroditos viderunt Cl. Ehrhart & Hedwig. S.*

III. TRIANDRIA.

† 1401. TYPHA. * *Tournef.* 301. *Gærtn.* 2.

* *Maſculi* numeroſi in amento culmum terminante.

Cal. *Amentum commune* cylindricum, denſiſſimum, conſtans *Perianthiis propriis* triphyllis, ſetaceis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, pendulæ.

* *Feminei*

* *Feminei* numeroſi in amento, culmum eundem cingente, compactiſſime digeſti.

CAL. nullus.

COR. nulla

PIST. *Germen* inſidens ſetæ, ovatum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* capillare, perſiſtens.

PER. nullum. *Fructus* numeroſi cylindrum conſtituunt.

SEM. unicum, ovatum, ſtylo inſtructum, ſetæ inſidens. *Pappus* capillaris, ſetæ ſeminiferæ a baſi ad medium affixus, longitudine piſtilli.

† 1402. SPARGANIUM. * *Tournef.* 302. *Leers herb.* 726. *t.* 13. *f.* 11. *Gærtn.* 19.

* *Maſculi* numeroſi, in capitulum collecti.

CAL. *Amentum commune* ſubrotundum, undique denſiſſime imbricatum, conſtans

Perianthiis propriis triphyllis, linearibus, deciduis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei.*

CAL. ut in maſculo. *Receptaculum commune* ſubrotundum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* brevem, ſubulatum. *Stigmata* unum ſ. duo, acuta, canaliculata, perſiſtentia.

PER. *Drupa* exſucca, turbinata cum acumine, inferne angulata.

SEM. Nux, oſſea, oblongo-ovata, angulata.

OBS. *Semen in aliis uniloculare, in aliis biloculare obſervavit Tournefortius.*

† 1403. ZEA. * Mays *Tournef.* 303—305. *Gærtn.* 1. *Imhof. diſſ. Morbus Zeæ. Arg.* 1784.

* *Maſculi Flores* in ſpicas diſtinctas laxas diſpoſiti.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: valvulis ovato-oblongis, ventricoſis, muticis, acuminatis: *exteriore* paullo longiore.

COR. *Gluma* bivalvis: *valvulis* oblongis, muticis longitudine fere calycis: *exteriore* ventricoſa, obtuſa; *interiore* apice bidentata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* carnoſis, ſupra latioribus, truncatis, vertice ſulcatis, breviſſimis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* ſubprismaticæ, bifidæ, apice dehiſcentes.

* *Feminei* in ſpica denſiſſima infra maſculos, in eadem planta, foliis obtecta.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis perſiſtens: *valvulis* ſubrotundis, craſſis, margine membranaceis, ciliatis: *exteriore* caſſiore.

Cor. *Gluma* quadrivalvis: *valvulis*, inæqualibus, membranaceis, hyalinis, latis, brevibus, perſiſtentibus.

Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, omnium longiſſimus, pendulus. *Stigma* ſimplex, verſus apicem pubeſcens.

Per. nullum. *Receptaculum commune* maximum, longum, quinquangulare, quinque ordinibus fovearum transverſarum exſculptum, in quarum unaquaque bini fructus demerſi hærent, calyce et corolla propria cincti.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, baſi angulata, compreſſa, glumis longiora, pedicellata.

Obs. *E quatuor illis corollæ femineæ valvulis duæ floſculum ſterilem efficere videntur.*

† 1404. TRIPSACUM. *

* *Maſculi* flores gemini unilaterales alterni, in ſuperiore parte ſpicæ.

Cal. *Gluma* biflora: *floſculo* exteriore maſculo, interiore neutro; utrique bivalvis: *valvula exteriore* lanceolata, planiuſcula, obtuſa, mutica, cartilaginea, marginibus tenuioribus (interiore rectiuſculo) amplexante *interiorem* oblongam, triangulari-navicularem, acutam, longitudine fere exterioris.

Cor. utrisque bivalvis, membranacea, tenuiſſima, mutica, calyce minor: *valvulis* ſubæqualibus: *exteriore* ovata, naviculari obtuſiuſcula; *interiore* lanceolata, apice bifida.

Nectarium diphyllum, minimum: *foliolis* triangularibus, carnoſis, convexis, truncatis, utrinque mucronatis: margine ſuperiore tenuiore, medio emarginato.

Stam. Floſculi exterioris: *Filamenta* tria, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* parallelepipedæ. Floſculi interioris: *Filamenta* tria, tenuiſſima, ſubconnata. *Antheræ* nullæ.

* *Feminei* flores in eadem ſpica infra maſculos, utrinque alternatim rachi immerſi.

Cal. *Involucrum* ovatum. cartilagineum, craſſiſſimum, inferne ventricoſum, nitidum, dorſo utrinque obſolete mar-

ginatum, apice obtuſo ſubemarginatum, margine tenuiore glumam amplexans.

Gluma bivalvis: *valvula exteriore* oblonga, ventricoſa, apice attenuata, acuminata, craſſiuſcula, duplicata; *interiore* conſimili, obtuſiuscula.

Cor. bivalvis, calyce minor, tenerior: *valculo exteriore* majore, ventricoſa, obtuſe tridentata; *interiore* vix minore, dorſo plana, emarginata. *Gluma* ſterilis, univalvis, oblonga, margine utrique conduplicata, bidentata, ad latus anterius corollulæ, eaque multo minor.

Nectarium diphyllum, minimum: *foliolis* linearibus, membranaceis, tenuiſſimis, apice acute emarginatis.

Stam. *Filamenta* tria, ad baſin germinis, minima, baſi lata, capillaria. *Antheræ* lineares, minimæ, ſteriles.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* calyce longior, compreſſus. *Stigmata* duo, longiſſima, torta, villoſa.

Per. nullum.

Sem. unicum, ovatum, compreſſiuſculum, ſtylo perſiſtente acuminatum.

Obs. *Ad baſin involucri utrinque ſinus, externe foramine, villis obturato, hians.*

† 1405. COIX. * Lacryma Job. *Tournef.* 306. — Lithagroſtis *Gærtn.* 1.

* *Maſculi* flores in ſpicam laxam digeſti, gemini, ſeſſiles, cum intermedio minore pedicellato.

Cal. *Gluma* biflora: *floſculo* exteriore maſculo, interiore neutro; utrique bivalvis: *valvula exteriore* oblongo-ovata, obtuſa, mutica, craſſa, ala anguſta circumcirca cincta, margine introrſum flexo amplexante *interiorem* anguſtiorem, lanceolatam, acutam, dorſo carinatam, longitudine exterioris.

Cor. utrisque bivalvis, membranacea, tenuiſſima, mutica: *valvulis* ovato-lanceolatis: *exteriore* concava, ſubcarinata, acutiuſcula; *interiore* planiore, apice crenulata; in floſculo maſculo æqualibus, longitudine fere calycis, in fl. neutro interiore exteriori paullo breviore.

Nectarium diphyllum, minimum: *foliolis* triangularibus, convexis, truncatis, utrinque obtuſis.

Stam. Floſculi exterioris: *Filamenta* tria, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* parallelepipedæ. Floſculi interioris: *Filamenta* tenuiſſima. *Antheræ* nullæ.

* *Femineus* flos ad baſin ſpicæ maſculæ, in eadem planta.

Cal. *Involucrum* ovato-conicum, craſſum, obtuſum, nitidum, durum, apice perforatum: ore obliquo; continens pedunculum floris maſculi, florem femineum, & rùdimenta duo floſculorum cylindrica, clavata, ex ore involucri prominentia, ad latus utrumque pedunculi. *Gluma* ſolitaria, linearis, anguſta, bidentata, marginibus inflexis, ad baſin pedunculi.

Gluma bivalvis, craſſa, interne celluloſa: *valvula exteriore* magna, ventricoſa, cuſpide longa canaliculata emarginata terminata; *interiore* planiuſcula, dorſo ſulco duplici impreſſo, in cuſpidem longam acuminatam ſolidam producta, paullo longiore.

Cor. bivalvis, calyce paullo brevior, membranacea: *valvula exteriore* (intra valvulam exteriorem calycis) majore, ventricoſa, cuſpidata, acuminata; *interiore* planiuſcula, dorſo biſulco, marginibus inflexis, in cuſpidem planiuſculam acuminatam deſinens. *Valvula* tertia in ſinu exterioris, minor; ſimilis, tenuiſſima, cuſpidata, emarginata, ſubcarinata, dorſo germinis incumbens.

Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum, minimum. *Stylus* compreſſus. *Stigmata* duo, corniculata, flore longiora, undique pubeſcentia

Per. nullum. *Involucrum* arcte adnaſcitur, increſcit, nitet, decidit, non dehiſcit.

Sem. ſolitarium, ſubgloboſum, antice profunde ſulcatum, ſtylo perſiſtente roſtratum, calyce indurato tectum.

Obs. *Involucrum floris feminei interdum apice folium profert.*

† 1406. OLYRA. †

* *Maſculi* Flores, infra femineos.

Cal. *Gluma* bivalvis, uniflora: *valvulis* æqualibus, lanceolatis: *exteriore* ſubventricoſa, terminata in *ariſtam* capillarem, rectam, lævem; *interiore* anguſtiore, acuta, utrinque complicata.

Cor. nulla.

Nectarium diphyllum, minimum: *foliolis* obovatis, ſubemarginatis, membranaceis, erectis.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* lineares, utrinque acutæ.

* *Feminei* ſolitarii, terminales in eadem panicula, maſculis multo majores.

Cal. *Gluma* bivalvis, uniflora, magna, patula: *valvulis* ſub-

æqualibus, ovatis, concavis, nervoſis; *exteriore* terminata in *ariſtam* longam, ſubulatam, ſubflexuoſam, inferne villoſam; *interiore* anguſtiore, acuminata.

Cor. *Gluma* bivalvis, calyce multo brevior, coriacea, nitida, mutica, obtuſa: *exteriore* paullo longiore.

Nectarium triphyllum, minimum: foliolis obovatis, membranaceis, erectis.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine fere calycis. *Stigma* capillare, pubeſcens.

Per. *Gluma* corollæ involvens, decidens.

Sem. ovatum.

Obs. *Calyx rectius fere pro corolla, et corolla fl. feminei pro nectario exteriore haberetur.* — Olyram paniculatam *Sw. tantum vidi. S.*

1407. CAREX. * Cyperoides *Tournef.* 299. *Scheuchz.* 10. 11. *Mich.* 32. Scirpoides *Mont.* 17. Carex *Dill gen.* 13. *Mich.* 33. *Gærtn.* 2.

* *Maſculi Flores* in ſpicam digeſti.

Cal. *Amentum* oblongum, imbricatum, conſtans *Squamis* unifloris, lanceolatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, ſetacea, erecta, calyce longiora. *Antheræ* erectæ, longæ, lineares.

* *Feminei flores* in eadem vel (quibusdam) in diſtincta planta.

Cal. *Amentum* ut in maſculis.

Cor. *Petala* nulla.

Nectarium inflatum: ovato-oblongum, apice bidentatum, ſuperne contractum, ore dehiſcens, perſiſtens.

Pist. *Germen* triquetrum, intra nectarium. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* tria vel duo, ſubulata, incurva, longa, acuminata, pubeſcentia.

Per. nullum. *Nectarium* majus factum ſemen fovet.

Sem. unicum, ovato-acutum, triquetrum, altero angulo ſæpius minore.

Obs. Scirpoides *Mont.* Carex *Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in eadem ſpica gerit.*

Cyperoides *Mont. Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in diſtincta ſpica.*

* 1408. SCLERIA. *Berg. act. Holm. 1765. tab. 4. Retz. faſc. 4. p. 13. Gærtn. 2. Swartz. prodr. 18. Auct. D. D. Swartz.*

Flores Maſculi in eadem ſpicula vel panicula cum *femineis* mixti.

* *Spiculæ maſculæ* ſolitariæ, vel androgynæ.

CAL. *Gluma* 2---6 valvis, multiflora: *valvulis* ovatis, acutis, carinatis, concavis, muticis, perſiſtentibus.

COR. *Glumæ* plurimæ, oblongæ, muticæ, calycinis longiores tenuioresque, ſtamina ſeparantes.

STAM. *Filamenta* ſolitaria ſ. tria, intra quamcumque glumam corollinam. *Antheræ* lineares.

* *Spiculæ femineæ* ſolitariæ, axillares, terminales, vel inter glumas calycinas maſculas inſertæ.

CAL. *Gluma* 2---4 valvis, uniflora: *valvulis* ovatis, acutis, muticis, carinatis, concavis, perſiſtentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum, baſi attenuatum. *Stylus* filiformis, longitudine glumarum, indiviſus vel trifidus. *Stigmata* capillaria reflexa.

PER. nullum.

SEM. *Nux* ſubgloboſa vel oblonga, colorata, nitida. *Nucleus* ſubrotundus, venoſus.

1409. AXYRIS. * Ceratoides *Tournef. cor?*

* *Maſculi flores* in amenta digeſti.

CAL. *Perianthium* tripartitum, patens, obtuſum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, patentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Feminei flores* ſparſi.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, obtuſum, connivens, perſiſtens: *foliolis* duobus exterioribus brevioribus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* acuminata.

PER. nullum. *Calyx* foliolis tribus majoribus arcte ſemen involvens.

SEM. unicum, ovatum, compreſſum, obtuſum.

1410. TRAGIA. * *Plum. gen.* 12. *Jacq. amer.* 245.

* *Maſculi flores.*

Cal. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Obs. *Calycem hunc eſſe petalum infundibuliforme ſtatuit Plumier.*

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* quinque ſ. ſexpartitum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſubrotundum, triſulcum. *Stylus* unicus, erectus, calyce longior. *Stigma* trifidum, patens.

Per. *Capſula* tricocca, ſubrotunda, trilocularis, hiſpida: loculis ſingulis extus ad baſin punctis duobus notatis.

Sem. ſolitaria, globoſa.

† 1411. HERNANDIA. † *Plum.* 40. *Jacq. amer.* 245. *Aubl.* 329. *Gærtn.* 40.

* *Maſculi Flores* bini laterales in ſingula umbella.

Cal. *Involucrum* partiale, tetraphyllum, triflorum: *foliolis* ovatis, obtuſis, patentiſſimis.

Perianthium nullum.

Cor. *Petala* ſex, ſubovata, patentia: quorum tria interiora anguſtiora.

Nectarium; Glandulæ ſex, teretes capitatæ, circum filamenta poſitæ.

Stam. *Filamenta* tria, petalis breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* erectæ, oblongæ, magnæ.

* *Femineus Flos* intermedius.

Cal. *Involucrum* commune cum maſculis.

Perianthium inferum, monophyllum, campanulatum, integrum, perſiſtens.

Cor. *Petala* octo: quorum quatuor interiora anguſtiora, omnia germini inſidentia.

Nectarii Glandulæ quatuor, obovatæ, cum petalis interioribus alterna.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* obliquum, ſubinfundibuliforme, magnum.

Per. *Drupa* ſicca, ovata, octo-ſulcata, unilocularis, incluſa in *Perianthio* maximo, inflato, ſubrotundo, carnoſo, colorato: *ore* integro.

Sem. *Nux* globoſa, leviter depreſſa.

Obs. *Cor. monopetala, in mare ſexpartita, in femina octofida. Aubl.*

1412. PHYLLANTHUS. *

* *Maſculi* in eadem planta cum femineis.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, campanulatum, coloratum: *laciniis* ovatis, patulis, obtuſis, perſiſtentibus.

Cor. nulla: niſi Calycem dicas.

Stam. *Filamenta* tria, calyce breviora, baſi approximata, apicibus diſtantia. *Antheræ* didymæ.

* *Feminei* ut maſculi poſiti.

Cal. *Perianthium* ut in maſculis.

Cor. *Petala* nulla.

Nectarium margo duodecim angulorum, germen cingens.

Pist. *Germen* ſubrotundum, obtuſe trigonum. *Styli* tres, patuli, bifidi. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triſulca, trilocularis: *loculis* bivalvibus.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

IV. TETRANDRIA.

1413. SERPICULA. — Laurembergia *Berg. cap.* 350. *t.* 5. ?

* *Maſculi Flores* ſolitarii, pedunculati.

Cal. *Perianthium* minimum, quadridentatum, erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, ſeſſilia.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, longitudine petalorum.

* *Feminei* flores in eadem planta.

Cal. *Perianthium* ſuperum, quadripartitum, minimum, perſiſtens.

Cor.

Pist. *Germen* inferum, ovatum, ſulcatum. *Stylus* - - - *Stigma* - - -

Per. *Nux* cylindrica, exata torulis octo cartilagineis, unilocularis, decidua.
Sem. unicum, oblongum.

* 1414. AUCUBA. *Thunb. fl. jap.* 4. *nov. gen.* 61.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, truncatum, obſolete quadridentatum, villoſum, previſſimum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, acuta, patentia, ſubtus concava, piloſa, ſupra convexa, decidua.
Stam. *Filamenta* quatuor, receptaculo inter petala inſerta, craſſa, erecta, breviſſima. *Antheræ* ovatæ, didymæ, quadriſulcatæ.
Receptaculum convexo-planum, glabrum, foramine medio quadrato impreſſum.

* *Feminei* Flores in eadem arbore.

Cal. ut in Mare.
Cor. ut in Mare.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* craſſus, brevis. *Stigma* ſimplex, capitatum.
Per. *Nux* ovata: unilocularis.

1415. LITTORELLA. * *Auct. D. Bergio Act. Suec.* 1768.

* *Maſculi.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum.
Cor. monopetala. *Tubo* longitudine calycis; *Limbo* quadripartito, erecto, perſiſtente.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longiſſima, receptaculo inſerta. *Antheræ* cordatæ.

* *Feminei* in eadem planta.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, conica, ore ſubquadrifido; perſiſtens.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longiſſimus. *Stigma* acutum.
Per. *Corolla* veſtiens.
Sem. *Nux* unilocularis.
Obs. Flos *Plantaginis*, Fructus *vero alienus.*

* 1416. TRICERA. *Swartz.* Crantzia *Ejusd. prodr.* 38. *Auct. D. D. Swartz.*

Umbella ſimplex: *Floſculis maſculis* pedunculatis, *femineo* medio ſeſſili.
Involucrum nullum.

* *Maſculi.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ad baſin quadripartitum: *laciniis* lanceolatis, acutis, erectis, perſiſtentibus, coloratis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, calyce longiora, ovata! *Antheræ* apici filamentorum inſidentes, lanceolatæ, acutæ, medio canaliculatæ, poſt floreſcentiam recurvæ,

* *Femineus.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, erectis, coloratis.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ſubtrigonum. *Styli* tres, breves, teretiuſculi, conici, poſt floreſcentiam bipartibiles. *Stigmata* ſtylis longiora, recurva, patula, canaliculata, perſiſtentia.
Per. *Capſula* oblonga, trigona, tricornis, trilocularis, trivalvis.
Sem. bina, oblonga, obtuſa.

† 1417. CICCA. — *Linn. ſuppl.* 416.

* *Maſculi* flores ſparſi.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis.
Cor. nulla,
Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea. *Antheræ* ſubgloboſæ, longitudine calycis.

* *Feminei* flores ſparſi in eadem planta.

Cal. *Perianthium* quadripartitum.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quatuor, bipartiti, ſubulati, reflexi, longitudine germinis. *Stigmata* acuta, perſiſtentia.
Per. *Capſula* ſubgloboſa, tetracocca, non diſſiliens.
Sem. ſolitaria.
Obs. *Affinitas* Phyllanthi.

* 1418. ARGYTHAMNIA. *Brown.* 338. *Swartz. prodr.* 39. *Auctore D.D. Swartz.*

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis.
COR. *Petala* quatuor, lanceolato-ovata, margine ciliata, calyce breviora.
Nectarium: *Glandulæ* quatuor inter petala, ſubrotundæ, depreſſæ.
STAM. *Filamenta* qnatuor, petalis longiora, baſi approximata, dilatata. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Styli* rudimentum.

* *Feminei* Flores in eodem racemo ſub maſculis.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, ſubtrigonum. *Styli* tres, patuli, ſemibifidi: *laciniis* ſingulis bifidis. *Stigmata* lacera.
PER. *Capſula* tricocca, trilocularis, ſexvalvis.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

† 1419. BETULA. * *Tournef.* 360. Alnus *Tournef.* 359.

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Amentum* undique imbricatum, laxum, cylindraceum: *ſquamis* trifloris; quibus ſingulis ſquamulæ duæ, minutæ, ad latera poſitæ. *Floſculi* tres, æquales, diſco ſquamæ ſingulæ calycinæ affixi.
Perianthium ſingulis monophyllum, parvum, integrum, ſ. trifidum ſ. quadripartitum: laciniis ovatis, obtuſis.
COR. nulla
STAM. ſingulis *Filamenta* quatuor, (ſ. 3 vel 2) minima. *Antheræ* didymæ.

* *Feminei* Flores in eadem planta.

CAL *Amentum* cylindraceum ſ. ſubrotundum, imbricatum: *ſquamis* bifloris.
COR. nulla.
PIST. ſingulis *Germen* ovatum, compreſſum, minimum, diſpermum. *Styli* duo, ſetacei. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Amentum* ſub ſingula ſquama ſemina duorum floſculorum fovens.
SEM. ſolitaria, ovata.

Obs. Betula T. *Fructus in Amentum cylindraceum digesti. Squamæ trifurcatæ. Sem. ala duplici laterali.*

Alnus *T. Fructus in Strobilum subrotundum digesti. Squamæ subrotundæ. Sem. angulata, aptera.*

1420. BUXUS. * *Tournef.* 345.

* *Masculi Flores* ex gemnis plantæ prominentes.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* subrotundis, obtusis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* duo, subrotunda, concava, simillima calyci, at majora.

Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, erecto-patentia, calyce fere majora. *Antheræ* erectæ, didymæ.

Pist. *Germinis* rudimentum absque stylo vel stigmate.

* *Feminei* in eadem gemma cum masculis.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* subrotundis, obtusis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* tria, subrotunda, concava; simillima calyci, calyce majora.

Pist. *Germen* subrotundum, obtuse trigonum, desinens in *Stylos* tres, brevissimos, persistentes. *Stigmata* obtusa, hispida.

Per. *Capsula* subrotunda, trirostris, trilocularis, trifariam elastice dehiscens.

Sem. gemina, oblonga, hinc rotundata, inde plana.

* 1421. BOEHMERIA. *Jacq. amer.* 246. *Swarz. prodr.* 34. *Auct. D. D. Swartzio.*

* *Masculi Flores* in eadem planta cum femineis, vel distincti, vel mixti.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ad basin quadripartitum; *laciniis* lanceolatis, acutis, erectiusculis, coloratis.

Cor. nulla.

Nectarium nullum.

Stam. *Filamenta* quatuor, calyce longiora, subulata, erecta. *Antheræ* subrotundæ, ovatæ.

Pist. rudimentum, vel nullum.

* *Feminei* flores.

Cal. nullus, sed *squamæ* ovato-acuminatæ, numerosæ, confertæ.

Cor. nulla,

Pist. intra ſingulam ſquamam *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* filiformis, erectus, perſiſtens. *Stigma* ſimplex, pubeſcens.
Per. nullum.
Sem. ſubrotundum, compreſſum, marginatum.
Obs. *Media quaſi inter Urticam et Parietariam.* Sw.

1422. URTICA. * *Tournef.* 308.

* *Maſculi Flores.*
Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis.
Cor. *Petala* nulla.
Nectarium in centro floris, cyathyforme, integrum, inferne anguſtius, minimum.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine calycis, patentia, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* biloculares.
* *Feminei Flores* vel in eadem, vel in diſtincta planta.
Cal. *Perianthium* bivalve, ovatum, concavum, erectum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* villoſum.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. unicum, ovatum, obtuſo-compreſſum, nitidum.

* 1423. DIOTIS. † Axyris Ceratoides *Linn. Jacq. Miſc. 2. p. 357.* Ceratoides *Tournef. Cor.* 52. Kraſcheninnikovia *Güldenſt. Nov. Comm. Petrop.* 16. *p.* 551. *t.* 17. *f.* 1—6. 13.

* *Maſculi* Flores ſubamentacei.
Cal. *Perianthium* tetraphyllum, perſiſtens: *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, conniventibus, æqualibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, longitudine calycis, intra ſingulum foliolum calycinum ſingula, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
* *Feminei* Flores in eadem planta.
Cal. *Periauthium* monophyllum, urceolatum, compreſſum, utrinque medio longitudinaliter ſulcatum, baſi villoſum, perſiſtens, bicorne: *corniculis* erectis, parallelis, obtuſis, cavis, apice divergentibus.

Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* capillaris, bipartitus, longitudine calycis, perſiſtens. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyx* major, corniculis approximatis, divergentibus bicornis, quadrifariam villoſiſſimus, ſemen in ſinu fovet, et undique tegit.
Sem. ovatum compreſſum, baſi villoſiſſimum.

1424. MORUS. * *Tourneſ.* 362.

* *Maſculi Flores* in Amenta digeſti.

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, concavis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, calyce longiora, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* ſimplices.

* *Feminei Flores* congeſti vel in eadem, vel diverſa planta a maſculis.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, perſiſtentibus, oppoſitis duobus exterioribus incumbentibus.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* cordatum. *Styli* duo, ſubulati, longi, reflexi, ſcabri. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyx* maximus, carnoſus, ſucculentus factus. (*Bacca.*)
Sem. unicum, ovatum, acutum.
Obs. *Dantur* & Mares & Feminæ *in Dioecia.*

V. PENTANDRIA.

1425. NEPHELIUM.

* *Maſculi* flores in racemo ſpicato.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce longiora. *Antheræ* obtuſæ, baſi bipartitæ.

* *Feminei* Flores in eodem racemo.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quadridentatum dentibus duobus oppoſitis remotioribus; marceſcens.
Cor. nulla.

Pist. *Germina* duo, ſubrotunda, muricata, calyce majora. *Styli* bini, filiformes, recurvi, inter germina enati. *Stigmata* craſſiuſcula, obtuſa.

Per. *Drupæ* ſiccæ, binæ, ovatæ, monoſpermæ, tectæ ſetis ſubulatis.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

1426. XANTHIUM. * *Tournef.* 252.

* *Maſculi Flores* compoſiti.

Cal. *Perianthium Commune* plurium floſculorum, polyphyllum, imbricatum *ſquamis* tenuibus, longitudine floſculorum, æqualibus.

Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa, æqualis, in hemiſphærium digeſta.

Propria monopetala, tubuloſa, infundibuliformis, erecta, quinquefida.

Stam. *Filamenta* (Corollulæ) quinque in cylindrum tubuloſum. *Antheræ* erectæ, parallelæ, diſtinctæ.

Rec. *Commune* vix ullum, paleis diſtinguens floſculos.

* *Feminei Flores* infra maſculos, in eadem planta, duplicati.

Cal. *Involucrum* biflorum, diphyllum: *foliolis* oppoſitis, trilobis (Lobis acutis: medio productiori) aculeis uncinatis obvallatum, undique tegentibus & adnatis germini: *lacinulis* liberis.

Cor nulla.

Pist. *Germen* ovale, hiſpidum. *Styli* duo paria, capillaria. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Drupa* ſicca, ovato-oblonga, undique aculeis uncinatis tecta, apice bifida.

Sem. *Nux* bilocularis.

Obs. *Difficile intelligitur fructus Xanthii, antequam notus ſit Ambroſiæ.*

1427. AMBROSIA. * *Tournef.* 252.

* *Maſculi Flores* compoſiti.

Cal. *Perianthium Commune* monophyllum, planum, longitudine floſculorum.

Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa, æqualis, in hemiſphærium digeſta.

Propria monopetala, tubuloſa, infundibuliformis, erecta, quinquefida.

Stam. *Filamenta* (Corollulæ) quinque, minima. *Antheræ* erectæ, parallelæ, acuminatæ.

Pist. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* orbiculatum, membranaceum.

Rec. *Commune* vix ullum, nudum.

* *Feminei Flores* infra maſculos, in eadem planta, duplicati.

Cal. *Perianthium* monophyllum, acuminatum, integrum, perſiſtens, ventre cinctum dentibus quinque; uniflorum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum, in fundo calycis. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigmata* duo, ſetacea, longa, divaricata.

Per. *Nux* ſubovata, unilocularis, non dehiſcens, coronata *dentibus* quinque acuminatis ex calyce.

Sem. unicum, ſubrotundum.

1428. PARTHENIUM. * *Gærtn.* Partheniaſtrum *Niſſ. A. G.* 1711. *Dill. gen.* 13. *elth.* 225. Hyſterophorus *Vaill. A. G.* 1720. *f.* 4. 8. 34. 35. 42.

Cal. *Perianthium commune* ſimpliciſſimum, pentaphyllum, patens: *foliolis* ſubrotundis, planis, æqualibus.

Cor. *Compoſita* convexa: *Corollulæ hermaphroditæ* plures in diſco. *Femineæ* hermaphroditos vix ſuperantes, quinque, in radio.

Propria Hermaphroditis monopetala, tubuloſa, erecta, *ore* quinquefido, longitudine calycis.

Feminis monopetala, tubuloſa, ligulata, obliqua, obtuſa, ſubrotunda, longitudine hermaphroditi.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollulæ. *Antheræ* totidem, craſſiuſculæ, vix cohærentes.

Pist. Hermaphroditi *Germen* infra receptaculum proprium, vix notabile. *Stylus* capillaris, ſtaminibus fere brevior. *Stigma* nullum.

Feminæ *Germen* inferum, turbinato-cordatum, compreſſum, magnum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, filiformia, longitudine ſtyli, patentiuſcula.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Hermaphroditis* abortiunt.

Femineis

Femineis ſolitaria, turbinato-cordata, compreſſa, nuda.
Rec. fere nullum, planum. *Paleæ* floſculos diſtinguunt, ut ſingula Femina a tergo duos obtineat Hermaphroditos.

1429. IVA. * Tarchonanthus *Vaill. act.* 1719. *f.* 16. 17.

Cal. *Communis* ſubrotundus, *foliolis* ſubquinis, ſubovatis, obtuſis, ſubæqualibus, perſiſtentibus; continens floſculos plurimos.
Cor. *Compoſita* convexa: *Corollulæ Maſculæ* plurimæ in diſco, *Femineæ* quinque in ambitu.
Propria Maſculis monopetala, infundibuliformis, quinquedenta. longitudine calycis.
Femineis nulla.
Stam. *Maſculis Filamenta* quinque, ſetacea, longitudine corollulæ. *Antheræ* erectæ, approximatæ.
Pist. Femineis *Germen* oblongum, longitudine calycis. *Styli* duo, capillares, longi. *Stigmata* acuta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, nuda, longitudine calycis, ſuperne craſſiora, obtuſa.
Rec. interſtinctum *Paleis* linearibus interioribus.

1430. CLIBADIUM. *Auth. Allamand.*

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* ovatis, acutis.
Cor. *Compoſita*: Corollulis tubuloſis, infundibuliformibus: limbo quinquefido.
Corollulæ diſci plures, pedicellatæ, hermaphroditæ.
Radii 3. ſ. 4. ſeſſiles, femineæ.
Stam. *Hermaphroditis*: *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, approximatæ.
Pist. *Hermaphroditis*: *Germen* minimum, ſuperum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex.
Femineis: *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bipartitum.
Per. *commune nullum*. *Calyx* ventricoſus, coloratus.
Proprium Hermaphroditis nullum.
Femineis Drupa ſubrotunda, ſucculenta, umbilicata.
Sem. unicum, cordatum, compreſſum.

1431. AMARANTHUS * Amaranthi ſpecies *Tournef.* 118. *b. i. k. l.*

* *Maſculi Flores* in eadem planta cum femineis.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum vel triphyllum, erectum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, acutis.

COR. nulla (niſi Calycem ſumas).

STAM. *Filamenta* quinque vel tria capillaria, erecto-patula, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

* *Feminei Flores* in eodem cum maſculis racemo.

CAL. *Perianthium* omnino ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, breves, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

PER. *Capſula* ovata, ſubcompreſſa, uti calyx cui inſidet, colorata, ejusque magnitudine, triroſtris, unilocularis, circumſciſſa.

SEM. unicum, globoſum, compreſſum, magnum.

1432. LEEA. *Auth. Dav. van Royen.*

* *Maſculi* flores.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum.

COR. monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, æqualis: laciniis ſaccatis.

Nectarium baſi interioris corollæ adnatum, corolla dimidio brevius, cylindricum, quinquefidum: lobis bifidis.

STAM. *Filamenta* quinque, nectario breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* nullum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obſoletum.

* *Feminei* flores ſæpius in eadem planta.

CAL. ut in Maſculis.

COR. ut in Maſculis.

Nectarium ut in Maſculis, ſed duplicatum: interiore minore.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* lacerum.

PER. . . . globoſum, ſexloculare.

SEM. ſolitaria.

OBS. *Ex ſententia ill. Thunbergii cum* Aquilicia *conjungenda eſt Leea. S.*

VI. HEXANDRIA.

† 1433. ZIZANIA. † *Gronov.* Elymus *Mitch. 7. Schreb. gram. 2. t. 29.*

* *Maſculi* Flores infra femineos.

CAL. nullus.

COR. *Gluma* bivalvis: *valvulis* lanceolatis, muticis, membranaceis, nervoſis, amplexantibus: exteriore majore.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* lineares, bifidæ, vix longitudine corollæ.

* *Feminei* Flores in eadem panicula, majores.

CAL. nullus.

COR. *Gluma* bivalvis, clauſa, ſupra germen tantum hians: *valvula exteriore* majore, cava, longa, recta, utrinque interiorem amplectente, rigida, in *Ariſtam* longam rectam definente; *interiore* anguſtiore, lanceolata.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, rotundatis.

STAM. *Filamenta* ſex? minuta. *Antheræ* parvæ, ſteriles.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo, minimi. *Stigmata* plumoſa, eminentia.

PER. nullum. *Gluma* clauſa, perſiſtens.

SEM. unicum, oblongum, æquale, nitens, nudum.

† 1434. PHARUS. † *Brown.*

* *Maſculi* Flores pedunculati.

CAL. *Gluma* bivalvis, uniflora: *valvulis* ovatis, membranaceis, coloratis: *exteriore* brevi, acutiuſcula; *interiore* duplo longiore, apice rotundata.

COR. *Gluma* bivalvis, longior: *valvulis* æqualibus, oblongis, membranaceis, coloratis: *exteriore* acutiuſcula, infra apicem carinata; *interiore*, emarginata.

STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima, erecta. *Antheræ* lineares, utrinque bifidæ, longitudine corollæ.

* *Feminei* majores, ſeſſiles in eadem panicula.

CAL. *Gluma* bivalvis, uniflora: *valvulis* lanceolatis, membranaceis, acutiuſculis, nervoſis, ſubæqualibus.

COR. *Gluma* bivalvis, paullo longior; *valvula exteriore* ſubcylindracea, rigida, denſe pubeſcens: apice triquetro, acuto, dorſo carinato, retrorſum flexo, baſique deraſa; *interiore* lineari, anguſtiſſima, membranacea, marginibus

complicatis, utrinque acie incraſſata, pubeſcente, apice bifido; longitudine exterioris.

Pist. *Germen* lineare. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* tria, capillaria, pubeſcentia, e gluma corollina exteriore prominentia.

Per. nullum. *Gluma* corollæ exterior ſemen involvit, nunc major, hamulis mollibus adhærentibus undique muricata.

Sem. oblongum, hinc ſulcatum, magnum.

Obs. *Nectarium nullum videre potui. S.*

* 1435. EPIBATERIUM. *Forſt. gen.* 54.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* duplex deciduum.

Exterius hexaphyllum, minimum, planum.

Interius triphyllum, triplo majus; *foliolis* ovatis, patentibus.

Cor. *Petala* ſex, calyce interiore minora, ſubrotunda: tria exteriora, foliolis calycinis interjecta, tria interiora.

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, incurva, longitudine petalorum. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Feminei* Flores in eadem planta.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. ut in Maſculis.

Pist. *Germina* tria, ſubgloboſa. *Styli* tres, incurvi minimi. *Stigmata* compreſſa, patentia.

Per. *Drupæ* tres, ſubgloboſæ, ſtylis perſiſtentibus mucronatæ.

Sem. *Nux* reniformis, compreſſa, ſubſulcata.

* 1436. POMETIA. *Forſt. gen.* 55.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, rotatum, ſexfidum, breviſſimum: *laciniis* rotundatis.

Cor. *Petala* ſex, orbiculata, erecta, calyce paullo longiora. *Nectarium*: Margo elevatus, torulis ſex notatus.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, corolla triplo longiora, margini nectarii impoſita. *Antheræ* parabolicæ, baſi bifidæ.

Pist. Rudimentum in centro floris.

* *Feminei* Flores, in eodem racemo cum Maſculis.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. ut in Maſculis.

Pist. *Germen* obcordato-didymum, biloculare. *Stylus* filiformis, corolla quadruplo longior. *Stigma* ſimplex, compreſſum.
Per. *Bacca* globoſa, carnoſa, ſupera.
Sem. unicum, ovatum, in centro baccæ.
Obs. *In floribus femineis interdum rudimenta ſtaminum obſervantur. Germinis alterum loculamentum in fructu maturo omnino deficit, nec ejus ullum veſtigium reperitur. F.*

† 1437. GUETTARDA. † *Gærtn.* 36. Haleſia. *Brown.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, breviſſimum, integerrimum, margine exteriore magis prominulo, deciduum.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindricus, longus: *Limbus* 6-9-fidus: *lobis* rotundatis, tubo brevioribus.
Stam. *Filamenta* ſex ad novem, in fauce corollæ. *Antheræ* lineares.
Pist. *Stylus* filiformis.

* *Feminei* flores in eadem planta.

Cal. *ut in Maſculo.*
Cor. *ut in Maſculo.*
Pist. *Germen* ſubrotundum inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſubovatum.
Per. *Drupa* ſicca, ſubrotunda, depreſſa, toroſa.
Sem. *Nux* lobata, locularis, in peripheria pro loculamentis perforata. *Nuclei* ſolitarii 4-6, teretiuſculi, ad angulos rectos flexi.

VII. POLYANDRIA.

* 1438. MABEA. *Aubl.* 334.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum acutum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* novem ad duodecim, fundo calycis inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Feminei* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, quinquedentatum, acutum.
Cor. nulla.

Pist. *Germen* oblongum, ſubtrigonum, calyce longius. *Stylus* longus. *Stigmata* tria, filiformia, revoluta.
Per. *Capſula cortice* craſſo tecta, ſubrotunda, tricocca, trilocularis, loculis bivalvibus, elaſtice diſſilientibus.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

† 1439. CERATOPHYLLUM. * *Gærtn.* 44. Hydroceratophyllon. *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 2. *f.* 2. Dichotophyllum *Dill. gen.* 3.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* multipartitum: *laciniis* ſubulatis, æqualibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* duplo plura quam ſegmenta calycis, (ſedecim ad viginti), vix conſpicua. *Antheræ* oblongæ, erectæ, calyce longiores.

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* multipartitum: *laciniis* ſubulatis, æqualibus.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, obliquum.
Per. *Drupa* ovata, acuminata, cortice tenui.
Sem. *Nux* unilocularis.

1440. MYRIOPHYLLUM. * *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 2. *f.* 3. — *Gærtn.* 68. Pentapterophyllum *Dill. gen.* 7.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* oblongis, erectis: horum *extimum* majus, *intimum* minus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria, calyce longiora, flaccida. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei Flores* infra maſculos.

Cal. *Perianthium* ut in mare.
Cor. nulla.
Pist. *Germina* quatuor, oblonga. *Styli* nulli. *Stigmata* pubeſcentia.

Per. nullum.
Sem. quatuor, oblonga, nuda.
Obs. M. verticillatum *ſæpe*, (ſpicatum *rarius*) *floribus hermaphroditis eſt.*

1441. SAGITTARIA. * Sagitta *Dill. gen.* 4. *Vaill. A. G.* 1719.

* *Maſculi Flores* plures.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, obtuſa, plana, patentia, calyce triplo majora.
Stam. *Filamenta* plurima (viginti quatuor ſæpe), ſubulata, in capitulum congeſta. *Antheræ* erectæ, longitudine calycis.

* *Feminei Flores* pauciores, infra maſculos.

Cal. *Perianthium* ut in mare.
Cor. *Petala* tria, ut in mare.
Pist. *Germina* numeroſa, compreſſa, in capitulum congeſta, extrorſum gibba, deſinentia in *Stylos* breviſſimos. *Stigmata* acuta, perſiſtentia.
Per. nullum. *Receptaculum* globoſum, ſemina in globum colligens.
Sem. numeroſa, oblonga, compreſſa, cincta longitudinaliter margine membranaceo, lato, hinc gibbo, utrinque acuminato.

† 1442. BEGONIA. † *Tournef.* 442. — *Gærtn.* 31. *L'Héritier ſtirp.* 4. *t.* 46--48. *Aubl.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. nullus.
Cor. tetrapetala, patens, regularis. *Petala* duo oppoſita exteriora, majora, ſubrotundo-ovata, baſi connata, interiora minora.
Stam. *Filamenta* numeroſa, (10--50 et plura), capillaria, brevia: receptaculo inſerta; (in quibusdam inferne coalita). *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei* in eadem planta.

Cal. nullus, (niſi *Bracteæ* duæ ad baſin germinis, in quibusdam).

Cor. *Petala* quinque ſ. ſex, ovata, obtuſa, patentia: exteriora duo ſ. tria majora, æqualia; tria alterna interiora, minora, pariter æqualia.

Pist. *Germen* inferum, triangulare, angulis membranaceis: uno majore. *Styli* tres, bifidi, breves. *Stigmata* oblonga ſ. globoſa.

Per. *Capſula* triangularis, trialata: *alis* longitudinalibus: tertia majore; trilocularis, trivalvis: *valvulis* medio ſulcatis, angulis dehiſcentibus; *diſſepimentis* membranaceis, contrariis.

Sem. numeroſa, minutiſſima. *Receptacula* tria, membranacea, angulo interno ſinguli loculamenti affixa, bipartibilia, utrinque ſeminifera,

Obs. *In B. octopetala cor. maſc. pet.* 8: *alterna minora; fem.* 6. — *In quibusdam capſula unialato, angulo alæ oppoſito tantum dehiſcente. L'H. In B. ferruginea alæ nullæ. Styli ſex, multifidi. Mutis. Quædam ſpecies dioïcæ ſunt. Aublet.*

* 1443. ACIDOTON. *Swartz. prodr.* 83. *Auct. D. D. Swartz.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, reflexis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* numeroſa (35—40), receptaculo globoſo inſidentia; quorum exteriora breviora, interiora longiora, erecta. *Antheræ* cordato-ovatæ, erectæ, parvæ.

* *Feminei* in eadem vel diverſa arbore.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* linearis-lanceolatis, patentibus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* trigonum. *Stylus* brevis, acutus, craſſus, apice trifidus. *Stigmata* tomentoſa, reflexa.

Per. *Capſula* tricocca, hirſuta, trilocularis.

Sem. ſolitaria, ovata.

1444. THELYGONUM. * Cynocrambe. *Tourneſ.* 485. — *Gærtn.* 75.

* *Maſculus flos.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, ſemibifidum: *laciniis* revolutis.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima (duodecim & ſupra), erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
* *Femineus flos* in eadem planta.
Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, erectum, bifidum, perſiſtens ad latus germinis.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longus, *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* coriacea, globoſa, unilocularis.
Sem. unicum, globoſum, appendiculo calloſo.

1445. POTERIUM. * Pimpinella *Tournef.* 68. -- *Gærtn.* 32.

* *Maſculi Flores* in ſpicam poſiti.
Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, coloratis, caducis.
Cor. quadripartita: *laciniis* ovatis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta ad qninquaginta), capillaria, longiſſima, flaccida. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
* *Feminei Flores* in eadem ſpica ſupra maſculos.
Cal. *Perianthium* ut in mare.
Cor. monopetala, rotata. *Tubus* brevis, ſubrotundus, ore connivens. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovatis, planis: reflexis, perſiſtentibus.
Pist. *Germina* duo, ovato-oblonga, intra tubum corollæ. *Styli* duo, capillares, colorati, flaccidi, longitudine corollæ. *Stigmata* penicilliformia, colorata.
Per. *Bacca* fit e tubo corollæ, indurato, incraſſato, clauſo.
Sem. duo.
Obs. P. ſpinoſum *Bacca carnoſa*, *globoſa*, *Seminibus oblongis*, *teretibus*.
P. Sanguiſorba *Bacca exſucca angulata*, *Seminibus tetragonis*, *utrinque acuminatis*. *Piſtilla duo debilia*, *flori maſculo inſerta*.
Calyx *di-tri-tetraphyllus eſt*. R.

† 1446. JUGLANS. * Nux *Tournef.* 346. *Boerh.* 2. *p.* 175. *Malpigh.* 220. 221. 246.

* *Maſculi* Flores.
Cal. *Amentum* cylindraceum, undique imbricato-ſparſum, *ſquamis* unifloris, extrorſum verſis.

Perianthium ellipticum, planum, ſexpartitum: *laciniis* erecto-concavis, obtuſis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* plura (18 — 24) breviſſima. *Antheræ* ovales.

* *Fœminei* Flores congeſti.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quadrifidum, erectum, breviſſimum, uniflorum.

Cor. monopetala, quadrifida, erecta, acuta, calyce paulo major.

Pist. *Germen* ovale, magnum, inferum. *Stylus* breviſſimus. *Stigmata* duo, magna, reflexa, ſuperne lacera.

Per. *Drupa* ſicca, ovalis, magna, unilocularis.

Sem. *Nux* maxima, ſubrotunda, ſulcis reticulata, ſemiquadrilocularis: *nucleo* quadrilobo, varie ſulcato.

† 1447. QUERCUS. * *Tournef.* 394. *Gærtn.* 37. Ilex *Tournef.* 350. Suber *Tournef.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Amentum* filiforme, longum, laxum.

Perianthium monophyllum, ſubquinquefidum: *laciniis* acutis, ſæpe bifidis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque ad decem, breviſſima. *Antheræ* magnæ, didymæ.

* *Feminei* in gemma ſeſſiles, in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Involucrum*, *ſquamis* plurimis imbricatis, baſi in cupulam hemiſphæricam coriaceam coalitis: exterioribus majoribus; uniflorum, perſiſtens.

Perianthium minimum, ſuperum, ſexfidum, perſiſtens: *laciniis* acutis, baſin ſtyli cingentibus, appreſſis.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* minimum, ovatum, inferum, triloculare: rudimentis ſeminum geminis. *G. Stylus* ſimplex, brevis, baſi craſſior. *Stigmata* tria, reflexa.

Per. nullum.

Sem. *Nux* ovato-cylindrica, coriacea, glabra, baſi deraſa, unilocularis, excepta *Cupula* hemiſphærica, brevi, extus tuberculata.

Obs. Quercus *T. folia ſinuoſa habet.* Ilex *T.* folia dentato-ſerrata. Suber *T. caudicem cortice fungoſo lævi veſtitum.*

† 1448. FAGUS. * *Tourn.* 351. *Gærtn.* 37. Caſtanea *Tourn.* 352. *Gærtn.* 37.

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Amentum* ſubrotundum vel cylindraceum.
Perianthium monophyllum, campanulatum, ſubſexfidum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plura (5 — 20) longitudine calycis, ſetacea. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei* flores, in gemma ejusdem plantæ.

CAL. *Involucrum* monophyllum, quadrifidum, erectum, acutum, bi-ſ. triflorum, perſiſtens.
Perianthium ſingulis Floſculis minimum, ſuperum, ſex fidum, erectum, acutum, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubtriquetrum, tri-ſ. ſexloculare: rudimentis ſeminum geminis. *G. Stylus* breviſſimus, tri vel ſexpartitus. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* (quæ involucrum fuit) maxima, ſubrotunda, ſpinis obſita, unilocularis, quadrivalvis.

SEM. *Nuces* duæ ſ. tres, ovatæ triquetræ ſ. compreſſæ, acuminatæ.

OBS. Fagus *T. Flores maſculi in amentum globoſum digeſti. Stam.* 8 — 12. *Stylus trifidus. Germen triloculare. Nuces duæ triquetræ. Capſ. ſpinis mollibus muricata.*
Caſtanea *T. Flores maſculi in cylindrum diſpoſiti. Stam.* 5 — 20. *Fl. feminei Stam.* 12. *incluſis ſterilibus. Stylus* 6-*partitus. Germen ſexloculare. Nuces* 2 — 3 *hinc convexæ, inde planiuſculæ. Capſ. ſpinis ramoſis rigidis echinata.*

† 1449. CARPINUS. * *Tournef.* 348. *Malpigh.* 223. Oſtrya *Mich.* 104.

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Amentum* cylindraceum, undique laxum, imbricatum: *Squamis* ovatis, concavis, acutis, ciliatis, unifloris.
Perianthium nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* decem ſ. plura, breviſſima. *Antheræ* didymæ, compreſſæ, apice villoſæ.

* *Feminei* Flores in eadem planta.

CAL. *Amentum* laxe imbricatum: *Squamis* lanceolatis, villoſis, apice reflexis, unifloris.

Involucrum monophyllum, ovatum, perſiſtens, ſexfidum: *laciniis* inæqualibus.

Perianthium minimum, ſuperum, tridentatum *Malpigh.*

PIST. *Germen* minimum, triloculare: rudimentis geminis. *Stylus* breviſſimus. *Stigmata* duo capillaria.

PER. nullum. *Amentum* maximum factum, baſi ſingulæ ſquamæ ſemen continens.

SEM. *Nux* ovata, compreſſa, tecta *involucro* perſiſtente, ovato, compreſſo, coſtato, ore ſexfido: *dentibus* duobus oppoſitis majoribus,

OBS. Carpinus *T. ſemen intra baſin ſquamæ amentaceæ concavæ gerit.*

Oſtrya *T. ſemen intra ſquamam amentaceam inflatam recondit.*

† 1450. CORYLUS. * *Tournef.* 347. *Malp.* 244.

* *Maſculi Flores* in Amentum longum digeſti

CAL. *Amentum commune* undique imbricatum, cylindraceum, conſtans

Squamis unifloris, baſi anguſtioribus, apice latioribus, obtuſioribus, inflexis, trifidis: *lacinula media* longitudine reliquis æquali, duplo vero latiore, reliquasque tegente.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* octo, breviſſima, lateri interiori ſquamæ calycinæ adnexa. *Antheræ* ovato-oblongæ, calyce breviores, erectæ.

* *Feminei Flores* remoti a maſculis, in eadem planta, ſeſſiles, gemma incluſi.

CAL. *Involucrum* diphyllum, coriaceum, margine lacerum, erectum, longitudine fructus, ſub floreſcentia præ parvitate vix manifeſtum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum minimum: rudimentis ſeminum tribus. *Styli* duo, ſetacei. *Stigmata* ſubulata.

PER. nullum.

SEM. *Nux* ovata, baſi deraſa, apice parum compreſſa, parum acuminata.

OBS. *Affinitate ſumma jungitur* Carpino.

1451. PLATANUS. * *Tournef.* 363.

* *Maſculi Flores* compoſiti, in *Amentum* globoſum digeſti.

CAL. Lacinulæ nonnullæ minimæ.
COR. vix manifeſta.
STAM. *Filamenta* oblonga, ſuperne craſſiora, colorata. *Antheræ* tetragonæ, filamento circumnatæ a parte inferiore.

* *Feminei Flores* in globum digeſti, numeroſi, in eadem arbore.

CAL. *Squamæ* plures, minimæ.
COR. *Petala* plura, concava, oblonga, clavata.
PIST. *Germina* plura, ſubulata, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, *Stigmate* recurvo.
PER. nullum. *Fructus* plures in globum congeſti.
SEM. ſubrotundum, ſtylo ſetaceo inſidens, ſtyloque ſubulato terminatum, *pappo* capillari baſi ſeminis adhærente.
OBS. *Partes florum examinent attentiori oculo lyncei.*

1452. LIQUIDAMBAR. † *Clayt. Mitch.* 12.

* *Maſculi Flores* numeroſi in *Amentum* conicum, longum, laxum.

CAL. *Involucrum commune* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, caducis; alternis brevioribus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* numeroſa, breviſſima, in corpus hinc convexum, inde planum. *Antheræ* erectæ, didymæ, quadriſulcatæ, biloculares.

* *Feminei Flores* ad baſin ſpicæ maſculæ, in globum congeſti.

CAL. *Involucrum* ut in mare, ſed duplex.
Perianthia propria campanulata, angulata, plura, connata, verrucoſa.
COR. nulla.
PIST. *Germen* oblongum, perianthio adnatum. *Styli* duo, ſubulati. *Stigmata* hinc adnata, longitudine ſtyli, recurva, pubeſcentia.
PER *Capſulæ* totidem, ovatæ, uniloculares, apice bivalves, acutæ, in globum congeſtæ, lignoſæ.
SEM. plura, oblonga, nitida, acumine membranula immixta corpuſculis plurimis aceroſis.

* 1453. HEDYOSMUM. *Swartz. prodr.* 84. *Auct. D. D. Swartzio.*

* *Masculi Flores.*

CAL.. *Amentum* absque squamis, staminibus undique tectum. *Perianthium* nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plurimæ, imbricatim congestæ, erectæ, oblongæ, apice acuminatæ, basi conniventes in amentum oblongum, receptaculo lineari insidentes.

* *Feminei* solitarii in eadem arbore.

CAL. *Perianthium* monophyllum, germen tegens, apice tridentatum: *dentibus* minutis, erectis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* brevissimus, triqueter. *Stigma* simplex, obtusum.

PER. *Bacca* subrotunda, trigona, parva, supera.

SEM. unicum, durum, triquetrum, nitidum.

* 1454. THOA. *Aubl.* 336.

* *Flores Masculi*, spicati.

CAL. nullus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* in apice cujusque articuli spicæ, numerosa, brevia. *Antheræ* minimæ.

* *Feminei* Flores, ad basin spicæ unus utrinque sessilis.

CAL. nullus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* fere nullus. *Stigma* tri-s. quadrifidum, minimum.

PER. *Capsula ?* oblonga, fragilis, unilocularis.

SEM. unicum, oblongum, testa fragili, tecta *setis* minimis, rigidis, pungentibus, in arillum siccum quasi contextis.

* 1455. PARIANA. *Aubl.* 337.

* *Masculi* Flores, verticillati, verticillis in spicam digestis.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *valvulis* brevibus, acutis.

COR. bivalvis, calyce major: *valvulæ* ovatæ, acutæ: altera angustiore.

STAM. *Filamenta* quadraginta circiter, capillaria, fundo corollæ inserta. *Antheræ* lineares.

* *Femineus* flos, ſolitarius in ſingulo verticillo, axi ſpicæ affixus.

CAL. *Gluma* bivalvis: *valvulis* ovatis, concavis, acutis.
COR. bivalvis, calyce minor: *valvulis* acutis, apice piloſis.
PIST. *Germen* trigonum. *Stylus* longus, piloſus. *Stigmata* duo, villoſa.
PER. nullum. *Corolla* ſemen obveſtiens.
SEM. unicum, trigonum, incluſum.

VIII. MONADELPHIA.

1456. PINUS. * *Tournef.* 355. Abies *Tournef.* 353. Larix *Tournef.* 353.

* *Maſculi Flores* in racemos diſpoſiti.

CAL. *Squamæ* Gemmæ hiantes, nec alius.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plurima, connata inferne in *columnam* erectam, apice diviſam. *Antheræ* erectæ, nudæ.

* *Feminei Flores* in eadem planta.

CAL. *Strobilus* ſubovatus, conſtans
Squamis biſloris, oblongis, imbricatis, perſiſtentibus, rigidis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
PER. nullum. *Strobilus* calycinus, antea clauſus, nunc connivens.
SEM. *Nux* aucta ala membranacea, ſemine majore, ſquama ſtrobili minore, oblonga, hinc recta, inde gibba.

1457. THUJA. * *Tournef.* 358.

* *Maſculus Flos.*

CAL. *Amentum* ovatum, conſtans rachi communi, cui flores oppoſiti, triplici oppoſitione apponuntur. *Singulus flos* pro baſi agnoſcit
Squamam ſubovatam, concavam, obtuſam.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* (in ſingulo floſculo) quatuor, vix manifeſta. *Antheræ* totidem, baſi ſquamæ calycinæ adnatæ.

* *Femineus Flos* in eadem planta.

CAL. *Strobilus* communis ſubovatus, *floſculis* oppoſitis com-

positus: constans *Squamis* bifloris, ovatis, convexis, longitudinaliter conniventibus.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* subulatus. *Stigma* simplex.
Per. *Strobilus* ovato-oblongus, obtusus, longitudinaliter dehiscens: squamis oblongis, fere æqualibus, extrorsum convexis, obtusis.
Sem. oblonga, longitudinaliter cincta ala membranacea, emarginata.
Obs. *Cupresso maxime adfinis.*

† 1458. CUPRESSUS. * *Tournef.* 358.

* *Masculi Flores.*
Cal. *Amentum* ovatum, sparsis floribus compositum; constans
Squamis unifloris, subrotundis, antice acuminatis, peltatis, oppositis, circiter viginti.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* nulla: quorum vices gerit squamula calycina, cui inferne adnascuntur *Antheræ* quatuor.

* *Feminei Flores* in conum subrotundum congesti, in eadem planta.
Cal. *Strobilus* subrotundus, octo ad decem flosculis compositus, constans
Squamis unifloris, oppositis, ovatis, subtus convexis, dehiscentibus.
Cor. nulla.
Pist. vix conspicuum. Puncta numerosa intra calycinam singulam squamam, truncata, apice concava. An *Germina* absque *Stylis*, singula *Stigmate* simplici?
Per. nullum. *Strobilus* subglobosus, clausus, dehiscens squamis orbiculatis, angulatis, peltatis, sub quibus
Sem. plurima, oblonga, angulata, subulata, parva.

† 1459. PLUKENETIA. *Plum.* 13. *per. D. Aymen.*

* *Masculus Flos.*
Cal. nullus: nisi Corollam dicas.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, brevissima, coalita. *Antheræ* erectæ, simplices.
Nectarii glandulæ quatuor, ad basin staminum, instructis barba staminibus longiore.

* *Femineus*

* *Femineus Flos* in eadem cum Maſculis planta, major.

Cal. tetraphyllus, parvus.

Cor. ut in maſculis.

Pist. *Germen* quadrangulare. *Stylus* filiformis: omnium longiſſimus, declinatus. *Stigma* peltatum, quadrifidum *laciniis* obtuſis, planis, *ſingula* in medio notata puncto.

Per. *Capſula* depreſſa, quadrangularis, *angulis* carinata, in quorum medio verruca didyma, quadrilocularis: *loculis* bivalvibus.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, hinc parum acuminata.

1460. DALECHAMPIA. *Plum.* 38. *Jacq. amer.* 252.

Involucrum commune exterius minus: *foliolis* quatuor, lanceolatis patentibus.

Interius maximum: *foliolis* duobus, cordatis, trifidis, conniventibus.

* *Maſculis* floſculis *Umbella* pedunculata, ſimplex, decemflora, involucro interiori brevior.

Cal. *Involucellum* diphyllum, erectum, retuſum: *foliolis* ſubtrilobis.

Squamæ numeroſæ, obovatæ, imbricatim adpreſſæ lateri exteriori involucelli, ejusque longitudinis.

Perianthium proprium, pentaphyllum, pedicellatum: foliolis ovatis, acutis; deciduum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* plurima, connata in columnam calyce longiorem. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Femineis* Floſculi terni intra idem *Involucrum* commune, approximati lateri inferiori.

Cal. *Involucellum* triphyllum: *foliolis* emarginatis, parvis.

Perianthium proprium, inferum: *foliolis* XI. linearibus, dentatis, acutis, conniventibus, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſubrotundum, perianthio brevius. *Stylus* filiformis, adſcendens, longitudine maſculorum. *Stigma* ſubcapitatum, perforatum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, tricocca, trilocularis: *loculis* bivalvibus.

Sem. ſolitaria, ſubgloboſa.

1461. ACALYPHA. * *Roy.* Ricinocarpos *Boerh. Burm.*

* *Maſculi Flores* conferti ſupra femineos.

CAL. *Perianthium* tri-ſ. tetraphyllum : *foliolis* ſubrotundis, concavis, æqualibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* octo ad ſedecim, brevia, conferta. baſi connexa. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Feminei Flores* parciores, inferius poſiti, *involucro* diviſo magno excepti.

CAL. *Perianthium* triphyllum : *foliolis* ſubovatis, concavis, conniventibus, parvis, perſiſtentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, ramoſi (tripartiti ſæpius), longi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* ſubrotunda, triſulca, trilocularis, *valvulis* bifariam dehiſcentibus.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda, maxima.

1462. CROTON. * Ricinoides *Tournef* 423.

* *Maſculi Flores* minores femineis.

CAL. *Perianthium* cylindricum, quinquedentatum.

COR. *Petala* quibusdam quinque, vix calyce majora, oblonga, obtuſa.

Nectarium Glandulæ quinque, receptaculo affixæ, parvæ.

STAM. *Filamenta* decem vel quindecim, ſubulata, baſi connexa, longitudine floris. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

* *Feminei Flores* a maritis remoti, in eadem planta.

CAL. *Perianthium* polyphyllum : *foliolis* ovato-oblongis, erectis

COR. *Petala* ut in maſculis (quibusdam vix manifeſta).

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, reflexo-patentes, longitudine floris, ſemibifidi. *Stigmata* reflexa; bifida.

PER. *Capſula* ſubrotunda, lateribus triloba, trilocularis, *loculis* ſingulis bivalvibus, magnitudine calycis.

SEM. ſolitaria, ovata, magna.

OBS. *Species aliæ petaloideæ, aliæ apetalæ ſunt.*

C. tinctorii *Calyx pentaphyllus. Petala* 5. *lanceolata. Stamina* 8. *monadelpha R.*

C. lucidum : *Maſculi calyx* 10-*phyllus; Cor.* 0. *ſtam.* 12. *Feminei Calyx* 5-*phyllus : Germen hirſutum; Styli* 3. *ſexpartiti R.*

1463. JATROPHA. * Manihot *Tournef.* 438. *Dill. elth.* 173. Juſſievia *Houſt. Rel.* 15.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* vix manifeſtum.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ſubrotundis, patentibus convexis, ſubtus concavis.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, in medio approximata, quinque alterna breviora, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, verſatiles.

PIST. *Rudimentum* debile in fundo floris latet.

* *Feminei Flores* in eadem umbella cum maſculis.

CAL. nullus.

COR. pentapetala, roſacea.

PIST. *Germen* ſubrotundum, triſulcatum. *Styli* tres, bifidi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* ſubrotunda, tricocca, trilocularis: *loculis* bivalvibus.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

OBS. J. urens *Stamina novem, erecta, quorum Tria interiora reliquis longiora, quibus (tribus) ſetæ totidem reſpondent, ſingulæ ſingulo filamento prope baſin inſertæ.*

Nonnullæ ſpecies in floribus Maſculis *habent Calycem quinqueſidum & Corollam pentapetalam.*

J. urenti *nunc decem ſtamina adſcribuntur. Syſt. Veg.* 723. R.

1464. RICINUS. * *Tournef.* 307.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* numeroſiſſima, filiformia, inferne ramoſe coalita in varia corpora. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tripartitum: *laciniis* ovatis, concavis; deciduum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, tectum corpuſculis ſubulatis. *Styli* tres, bipartiti, erecto-patentes, hiſpidi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triſulca, undique aculeata, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, ſubovata.

* 1465. GYMNANTHES. *Swartz. prodr. 95. Auct. D. D. Swartz.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Amentum* compoſitum pedicellis tripartitis vel trichotomis, antheriferis.
Perianthium nullum, ſed *ſquamæ* ſolitariæ, antice ſeſſiles, prope diviſſuras ſtaminum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* nuda, vel pedicelli tripartiti vel trichotomi, ſparſi, undique amento inſidentes, breviſſimi, decidui. *Antheræ* oblongæ, minutæ, triloculares.

* *Feminei* in eodem vel diverſo frutice, ſolitariæ vel amentaceæ.

Cal. *Perianthium* nullum, ſed *ſquamula* una alterave ad baſin germinis.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* vix ullus, vel bcevisſimus, trigonus. *Stigmata* tria, linearia, acuta, canaliculata, reflexa.
Per. *Capſula* tricocca, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

* 1466. SIPHONIA. † Hevea *Aubl.* 335. Caoutchouc. *Auct. D. Richard.*

* *Maſculi* Flores numeroſi, racemoſi.

Cal. *Perianthium* monophyllum, globoſo-campanulatum, ſemiquinquefidum: *dentibus* erectis, acutis, margine reflexis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum Columna* calyce brevior. *Antheræ* quinque, adnatæ columnæ infra ejus apicem. ſubovatæ.

* *Femineus* terminalis, ſolitarius in quoque racemo.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinato-campanulatum, quinquefidum: *dentibus* acutis, patenti-recurvis; deciduum, baſi circulari perſiſtente.
Pist. *Germen* conico-globoſum, calyce brevius. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, craſſiuſcula, depreſſo-bibola.

PER. *Capſula* magna, tricocca, depreſſa, baſi excavata, lignoſa, duriſſima, cortice fibroſo veſtita, trilocularis: *loculis* bivalvibus, valvulis elaſtice diſſilientibus.
SEM. ſolitaria, (vel 2—3) ſubovata, teſta fragili, maculoſa.

1467. AGYNEJA. †

* *Maſculi* flores inferiores.

CAL. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* oblongis, obtuſis, æqualibus, perſiſtentibus.
COR. nulla
STAM. *Filamentum Columna* calyce brevior. *Antheræ* 3 ſ. 4, adnatæ columnæ infra ejus apicem, oblongæ.

* *Feminei* ſuperiores in eadem planta.

CAL. ut Maſculis, rudior.
COR. nulla.
PIST. *Germen* magnitudine calycis, ſubovatum, obtuſum, perforatum apice foraminulo ſexcrenato. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum. (?)
PER. *Capſula* tricocca?
SEM. - - -
OBS. *Diſtinctiſſima defectu ſtyli ſtigmatisque.*

† 1468. OMPHALEA. † *Swartz. prodr. 95.* Omphalandra *Brown.*

* *Maſculi.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* columnare. *Antheræ* 2 ſ. 3, apici filamenti inſidentes.

* *Feminei* in eadem planta.

PIST. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-cordatis, obtuſis: duabus exterioribus oppoſitis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſubrotundum, breviſſimum. *Stylus* cylindricus, calyce longior. *Stigma* trifidum, latius, obtuſum.
PER. *Capſula* carnoſa, ovata, trilocularis.
SEM. ſolitaria, oblonga.

* 1469. SAPIUM. *Brown. Jacq. amer. 249.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum campanulatum, coloratum,

ſemibifidum : *laciniis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, conniventibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* duo, filiformia, baſi in unum corpus coalita, divergentia, duplo longiora calyce, cujus inciſuris incumbunt. *Antheræ* didymæ, oblongæ, baſi divaricatæ.

* *Feminæ* in eadem ſpica infra mares.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, parvum, coloratum, germen arcte amplectens, margine tridentato.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum, calyce longius. *Stylus* erectus, breviſſimus. *Stigma* trifidum, acutum, reflexum, maximum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, obſolete triſulcata, obtuſa, tricocca, trilocularis, trivalvis : *valvulis* apice bifariam dehiſcentibus.

Sem. ſolitaria, orbiculata, compreſſa, rugoſa, margine inæqualiter dentato.

† 1470. STILLINGIA. *Autore Alex. Garden. Walt. car.* 239.

* *Maſculi* flores in ſpicam amentaceam digeſti.

Cal. *Perianthium* multiflorum (7-florum), coriaceum : hemiſphæricum, urceolatum, integerrimum : glandulis duabus cyathiformibus. *W.*

Cor. monopetala, fiſtuloſo-infundibuliformis, ſenſim ampliata, calyce multo anguſtior : *ore* indiviſo, lacero ciliato.

Stam. *Filamenta* duo, filiformia, corolla duplo longiora, apice divaricata, baſi leviſſime coalita. *Antheræ* reniformi-didymæ.

* *Feminei* flores pauci, ad baſin ejusdem ſpicæ:

Cal. *Perianthium* uniflorum, cæterum ut in Maſculis.

Cor. ſupera.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inter calycem & corollam. *Stylus* filiformis. *Stigmata* tria, diſtincta, recurvata.

Per. *Capſula* tricocca, ſubturbinata, ſubtrigona, trilocularis, calyce ampliato cincta baſi.

Sem. ſolitaria, oblonga, ſubtrigona, intus exciſa hilo transverſo.

† 1471. HIPPOMANE. † *Loefling. Jacq.* Mancinella *Plum.* 30.

* *Maſculi* flores in amento terminali.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, ventricoſum: ore connivente, emarginato.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum, filiforme, calyce duplo longius. *Antheræ* quatuor, ſubrotundæ, lateribus filamenti verſus apicem cruciatim affixæ.

* *Femineus* flos ſolitarius, terminalis, in eadem planta.

Cal. *Perianthium* triphyllum marceſcens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, conniventibus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* ſubſeptemfidum, acutum, reflexum.

Per. *Drupa* globoſa, maxima, unilocularis, ſtigmatibus, perſiſtentibus; vel *Capſula* tricocca.

Sem. *Nux* lignoſa, irregularis, acuminata, excavata ſcrobiculis & apophyſibus, ſeptemlocularis, ſeptemvalvis. *Nuclei* ſolitarii, ſubrotundi.

* 1472. ALEURITES. *Forſt. gen.* 56.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* trifidum, breviſſimum: *laciniis* ovatis, obtuſis.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia, obtuſa, calyce multo longiora.

Nectarium Squamæ quinque, ſubangulatæ, breviſſimæ, ad baſes petalorum.

Stam. *Filamenta* numeroſa, connata in receptaculum conicum columnare. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Feminei Flores* pauci in eodem corymbo.

Cal. Cor. *Nect.* ut in Mare, ſed majora.

Pist. *Germen* conicum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, breviſſima.

Per. *Bacca* magna, globoſa, dicocca.

Sem. duo, globoſa, duplice cortice tunicata.

1473. GNETUM.

Amentum e *Verticillis* remotis, calloſis, incraſſatis, ſubtus ſuffultus *Calyculo* partiali.

Calyculus partialis peltatus, orbiculatus, planus, integerrimus, continet *Floſculos* ſeſſiles: *Maſculos* inferius, *Femineos* ſuperius ejusdem Verticilli.

* *Maſculi.*

CAL. *Squama* ovata, minuta, colorata.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, filiforme, ſquama longius. *Antheræ* geminæ, connexæ.

* *Feminei.*

CAL. *Squama* lacera, rudis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, receptaculo verticilli immerſum, longitudine ſtaminum. *Stylus* conicus, brevis. *Stigma* trifidum, acutum.
PER. *Drupa* ovata, unilocularis.
SEM. Nux oblonga, ſtriata.
OBS. Dioicam *ſtatuit Rumphius, mea monoica erat; vidi etiam* Amentum *mere* maſculum, *proprio pedunculo inſidens juxta femineum floſculum.*

* 1474. BRADLEJA. *Gærtn.* Glochidion *Forſt. gen. 57.*

* *Maſculi Flores.*

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, ovata, concava, patentia, ſubæqualia.
STAM. *Filamenta* tria, minutiſſima. *Anthera* cylindrica, erecta, ex antheris tribus connatis, didymis, apice cuſpide auctis.

* *Feminei Flores.*

CAL. nullus.
COR. monopetala, ſexpartita, infera: *laciniis* tribus interioribus.
PIST. *Germen* globoſum, ſexſulcatum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* ſex ad octo, minima, conniventia.
PER. *Capſula* depreſſa, rotunda, duodecim ſtriata, ſexlocularis, ſexvalvis, dehiſcens.
SEM. ſolitaria, ſubgloboſa.

1475. HURA. *

* *Maſculi* flores.

CAL. *Amentum* e divaricatura ramorum, oblongum, cernuum, tectum floſculis ſeſſilibus, patentibus; *ſquamis* oblongis.

Perianthium intra ſingulas Amenti ſquamas cylindricum, diphyllum, truncatum, breviſſimum.
Cor. uulla.
Stam. *Filamentum* cylindricum, calyce paulo longius, apice peltatum, rigidum, ſub apice bis terve verticillatum tuberculis. *Antheræ* duæ, ſingulo tuberculo immerſæ, ovales, bifidæ.

* *Femineus* flos in eadem planta.

Cal *Perianthium* monophyllum, cylindricum, ſulcatum, truncatum, integerrimum, germen arcte cingens.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ſubrotundum intra calycem. *Stylus* cylindricus, longus. *Stigma* magnum, infundibuliforme, planoconvexum, coloratum, duodecimfidum, obtuſum, æquale.
Per. lignoſum, orbiculatum, ſ. globoſo-depreſſum, toroſum, ſulcis duodecim, duodecimloculare: *loculis* diſſilientibus lunatis, apice mucrone elaſtico.
Sem. ſolitaria, compreſſa, ſuborbiculata, magna.

IX. SYNGENESIA.

1476. TRICHOSANTHES.* Anguina *Mich.* 9.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, clavatum, longiſſimum, glabrum: *ore* quinquedentato, reflexo, parvo.
Cor. quinquepartita, calyci adnata, plana, patens: *laciniis* ovato-lanceolatis, ciliatis: *crinibus* longiſſimis, ramoſis.
Stam. *Filamenta* tria, breviſſima, ad apicem calycis. *Anthera* corpus cylindraceum, erectum, undique tectum linea ſurſum deorſumque repente farinifera.
Pist. *Styli* tres, minimi, tubo calycis adnati.

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, deciduum.
Cor. ut in mare.
Pist. *Germen* oblongum, tenue, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigmata* tria, oblonga, ſubulata, dehiſcentia.
Per. *Pomum* oblongum, triloculare, *loculis* remotis.
Sem. plura, compreſſa, obtuſa, tunicata.

1477. MOMORDICA. * *Tournef.* 29. 30. Luffa *Tournef. A.* G. 1709. *Dill. gen.* 11. *elth.* 163. Elaterium *Boerh.*

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavum, quinquefidum: *laciniis* lanceolatis, patulis.

COR. quinquepartita, calyci adnata, patentior, magna, venoſa, rugoſa.

STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, brevia. *Antheræ* in duobus filamentis bifidæ, lateribus utrinque auritæ, in tertio ſimplex, hinc tantum aurita, conſtans corpore compreſſo, & linea farinifera ſemel reflexa.

* *Feminei Flores* in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, deciduum.

COR. ut in mare.

STAM. *Filamenta* tria, breviſſima, absque antheris.

PIST. *Germen* inferum, magnum. *Stylus* unicus, teres, trifidus, columnaris. *Stigmata* tria, gibba, oblonga, extrorſum ſpectantia.

PER *Pomum* ſiccum, oblongum. vi elaſtica diſſiliens, triloculare: *loculis* membranaceis, mollibus, diſtantibus.

SEM. plura, compreſſa.

1478. CUCURBITA. * *Tournef.* 36. Pepo *Tournef.* 33. Melopepo *Tournef.* 34.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, margine terminato dentibus quinque, ſubulatis.

COR. quinquefariam diviſa, calyci adnata, campanulata: *laciniis* venoſo-rugoſis.

Nectarium Glandula in centro floris, concava, triangularis.

STAM. *Filamenta* tria, conniventia, ſuperne connexa, inferne diſtincta, calyci adnata. *Antheræ* reptantes ſurſum deorſumque, lineares.

* *Feminei Flores.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, deciduum.

COR. ut in mare.

Nectarifera glandula concava, patens.

STAM. *Margo* cingens, in tres cuſpides breviſſimos deſinens.

Pist. *Germen* magnum, inferum. *Stylus* conicus, apice trifidus. *Stigma* unicum, margine craſſo convexo, ſurſum deorſumque repens, trifidum.

Per. *Pomum* triloculare: *loculis* membranaceis, mollibus, diſtinctis.

Sem. plurima, compreſſa, margine tumida, obtuſa, gemino ordine poſita.

Obs. Cucurbita *T. feminibus apice emarginatis.*

Pepo *T. feminibus margine integro tumido cinctis.*

1479. CUCUMIS. * *Tournef.* 31. Melo *Tournef.* 32. Colocynthis *Tournef.* Anguria *Tournef.*

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, margine terminato dentibus quinque, ſubulatis.

Cor. quinquepartita, calyci adnata, campanulata: *laciniis* ovatis, venoſo-rugoſis.

Stam. *Filamenta* tria, breviſſima, calyci inſerta, conniventia, quorum *duo* apice bifida. *Antheræ* ſunt lineæ ſurſum & deorſum repentes, extrorſum adnatæ.

Receptaculum trigonum, truncatum, in centro floris.

* *Feminei Flores* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* ut in maſculis, ſuperum, deciduum.

Cor. ut in maſculis.

Stam. nulla. *Filamenta* tria, acuminata, minima, ſine antheris.

Pist. *Germen* inferum, magnum. *Stylus* cylindraceus, breviſſimus. *Stigmata* tria, craſſa, gibba, bipartita, extrorſum verſa.

Per. *Pomum* triloculare: *loculamentis* membranaceis, mollibus, ſeparatis.

Sem. numeroſa, ovato-acuta, compreſſa, gemino ordine poſita.

Obs. In Cuc. Melone Flores feminei vere ſunt hermaphroditi, ſtaminibus quatuor antheriferis ſecundis. *v. Gleichen neueſtes aus dem Reich der Pflanzen* 20. *t.* 1. *f.* 3. *S.*

1480. BRYONIA. * *Tournef.* 28.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *denticulis* ſubulatis.

Cor. quinquepartita, campanulata, calyci adnata: *laciniis* ovatis.

Stam. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* quinque, quarum *duæ* in ſingulo filamento connatæ, *unica* in tertio filamento.

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* ut in maſculis, ſuperum, deciduum.

Cor. ut in maſculis.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* trifidus, longitudine corollæ patentis. *Stigmata* emarginata, patula.

Per. *Bacca* ſubgloboſa, lævis.

Sem. nonnulla, cortici adnata, ſubovata.

Obs. B. dioica *Jacq. floribus dioicis differt.* R.

1481. SICYOS.* Sicyoides *Tournef.* 28. Bryonioides *Dill. elth.* 51.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *denticulis* ſubulatis.

Cor. quinquepartita, campanulata, calyci adnata: *laciniis* ovatis.

Stam. *Filamenta* tria, coalita. *Antheræ* totidem disjunctæ.

* *Feminei Flores* in eadem planta.

Cal. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, deciduum.

Cor. ut in mare.

Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* craſſiuſculum, trifidum.

Per. *Bacca* (*Druppa*) ovata, ſpinis obſita, unilocularis.

Sem. unicum, ſubovatum.

* 1482. SECHIUM. *Brown.* Chayota *Jacq. amer.* 2.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum. *Tubus* campanulatus, patens. *Limbi laciniæ* lanceolatæ, planæ, acuminatæ, patentiſſimæ.

Cor. monopetala. *Tubus* magnitudine & figura calycis, eidemque adnatus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, planis, acutis, calyce fere duplo longioribus, patentiſſimis.

Nectarium: *Foveæ* decim, in parte ſuperiore tubi corollæ.

Stam. *Filamenta* quinque, connata in cylindrum erectum, ſuperne quinquefidum, patentiſſimum. *Antherae* in cujusque filamenti apice linea bis deorſum ſemelque ſurſum repens, farinifera.

* *Feminei* in eadem planta.

Cal. ut in Mare, Pedicello germini inſidens, deciduus.
Cor. ut in Mare.
Nectarium: *Foveæ* ut in Mare, ſed majores.
Pist. *Germen* obovatum, tomentoſum, quinqueſulcatum, inferum. *Stylus* cylindraceus, erectus. longitudine calycis. *Stigma* maximum, peltato-reflexum: margine quinquefido.
Per. maximum, ovato-turbinatum, quinqueſulcatum, carnoſum, apice inæqualiter gibboſo, aculeis innocuis muricatum, ſuperne uniloculare.
Sem. unicum, ſubovatum, plano-compreſſum, carnoſum, bilamellatum, utrinque obtuſum.

X. GYNANDRIA.

1483. ANDRACHNE. * Telephioides *Tournef.* 365. *Dill. elth.* 282.

* *Maſculi* flores.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, æquale, marceſcens.
Cor. *Petala* quinque, emarginata, tenuia, calyce breviora.
Nectarium foliolis quinque, ſemibifidis, herbaceis, ſingulo intra ſingulum petalum, petalo minoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, parva, ſtyli cujusvis rudimento inſerta. *Antherae* ſimplices.

* *Feminei Flores* in eadem planta cum maſculis.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, æquale, perſiſtens.
Cor. *Petala* nulla.
Nectarium ut in maſculis omnino.
Pist. *Germen* globoſum. *Styli* tres, filiformes, bipartiti. *Stigmata* globoſa.
Per. *Capſula* globoſo-triloba, trilocularis: *loculis* bivalvibus, magnitudine calycis.
Sem. bina, hinc rotunda, inde anguloſa, obtuſa, trigona.
Obs. Clutiæ *affinis eſt.*

* 1484. HYPHYDRA. Tonina *Aubl.* 330.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tripartitum: *lobis* obovatis, concavis, apice incurvis, glabris.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, longa, ſupra germen ad angulos inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* vacuum, inflatum, membranaceum, hexagonum, apice truncatum. *Stylus* capillaris, longitudine ſtaminum. *Stigma* nullum.

* *Feminei* Flores.

Cal. nullus.
Cor. nulla.
Stam. nulla.
Pist. *Germen* ſubrotundum: ſtriis tribus. *Stylus* triangularis. *Stigmata* tria, acuta.
Per. *Capſula* membranacea, unilocularis, trivalvis.
Sem. unicum, ovatum, ſtriatum.

Classis XXII.

DIOECIA.

Dioeciæ *Character* consistit in Floribus Masculis Femineisque in distincta planta positis.

Plantæ omnes hujus classis sunt vel mares vel feminæ.

Ergo in omni specie hujus classis Mas est & Femina; nullæ vero Hermaphroditæ aut Androgynæ.

Hic sexus differentia individualis omnino ut in animalibus.

Mares itaque enascuntur e seminibus in hac classe.

Feminæ itaque absente mare speciem suam per semina propagare nequeunt, ut de exoticis in hortis manifesta exempla.

Si plantæ in eadem specie altera mas aut femina, altera vero hermaphrodita, ad sequentem classem spectant.

Sunt quidem plures species mares & feminæ, licet hic locum habere nequeant, cum non omnes, ejusdem generis, sexu distinctæ sint. E. gr. *Morus*, *Urtica*, *Rumex*, *Silene*, *Phylica*, *Salix*, *Acer*, *Spiræa*, *Rubus*, *Guilandina ?* *Gypsophila*, *Clematis*, *Thalictrum*, *Gnaphalium*, *Carex*, *Valeriana*, *Rhamnus*, *Lychnis*.

Nullam dari sexu distinctam speciem (quantum etiamnum notum sit,) inter Asperifolias Raj. Didynamas, Tetradynamas, Diadelphas, singulare est. Ratio cur, patet inspicienti structuras florum.

DIOECIA.

I. MONANDRIA.

1485. *Pandanus.*
1486. *Broſimum.*
1487. *Aſcarina.*
1488. *Najas.*
1489. *Phelypæa.*
1490. *Phyllachne.*

II. DIANDRIA.

1491. *Valliſneria.*
1492. *Cecropia.*
1493. *Salix.*

III. TRIANDRIA.

1494. *Elegia.*
1495. *Reſtio.*
1496. *Empetrum.*
1497. *Oſyris.*
1498. *Excoecaria.*
1499. *Caturus.*
1500. *Maba.*

IV. TETRANDRIA.

1501. *Anthoſpermum.*
1502. *Trophis.*
1503. *Batis.*
1504. *Viſcum.*
1505. *Ptelea.*
1506. *Montinia.*
1507. *Schæffera.*
1508. *Brucea.*
1509. *Hippophaë.*
1510. *Myrica.*

V. PENTANDRIA.

1511. *Piſtacia.*
1512. *Zanthoxylum.*
1513. *Melicytus.*
1514. *Villaria.*
1515. *Aſtronium.*
1516. *Canarium.*
1517. *Picramnia.*
1518. *Antidesma.*
1519. *Freſine.*
1520. *Spinacia.*
1521. *Acnida.*
1522. *Cannabis.*
1523. *Humulus.*
1524. *Zanonia.*
1525. *Feuillea.*
1526. *Clutia.*

VI. HEXANDRIA.

1527. *Tamus.*
1528. *Smilax.*
1529. *Rajania.*
1530. *Dioſcorea.*

VII. OCTANDRIA.

1531. *Populus.*
1532. *Rhodiola.*
1533. *Margaritaria.*

VIII. ENNEANDRIA.

1534. *Mercurialis.*
1535. *Hydrocharis.*

IX. DECANDRIA.

1536. *Carica.*
1537. *Gymnocladus.*
1538. *Kiggelaria.*
1539. *Schinus.*
1540. *Coriaria.*

X. DODECANDRIA.

1541. *Stratiotes.*
1542. *Euclea.*
1543. *Datiſca.*
1544. *Meniſpermum.*

XI. ICOSANDRIA.

1545. *Rhinium.*
1546. *Flacourtia.*
1547. *Hedycarya.*

XII. POLYANDRIA.

1548. *Xyloſma.*
1549. *Perula.*
1550. *Cliffortia.*

XIII. MONADELPHIA.

1551. *Dombeja.*
1552. *Juniperus.*
1553. *Taxus.*
1554. *Ephedra.*
1555. *Ciſſampelos.*
1556. *Alchornea.*
1557. *Dryandra.*
1558. *Adelia.*

XIV. SYNGENESIA.

1559. *Ruſcus.*
1560. *Nepenthes.*
1561. *Xanthe.*
1562. *Myriſtica.*

I. MONANDRIA.

* 1485. PANDANUS. *Rumph. Linn. ſuppl.* 64. Athrodactylis *Forſt. gen.* 75. Keura. *Thunb. nov. gen.* 26. *Forsſk. ægypt.*

* *Mas.*

CAL. *Spathæ* alternæ, ſeſſiles, ſerrato-ſpinoſæ. *Spadix* decompoſitus, nudus. *Perianthium* proprium nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plurima, ſolitaria, ramificationibus extimis Spadicis ſparſim inſidentia, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, acutæ, erectæ.

* *Femina.*

CAL. *Spathæ* quatuor, terminales, conniventes. *Spadix* globoſus, fructificationibus numeroſis, tectus, vix incluſus. *Perianthium* nullum.

COR. nulla.

PIST. *Germina* numeroſa, aggregata, ſeſſilia, quinquangulata, apice convexa, glabra. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, cordata, marginata.

PER. *Fructus* ſubgloboſus, magnus, conſtans *Drupis* numeroſis, cuneatis, apice convexis, angulatis, farinaceis, monoſpermis.

SEM. ſolitarium, ovale, læve, in centro drupæ.

* 1486. BROSIMUM. *Swartz. prodr.* 12. *Auctore D. D. Swartz.*

* *Mas.*

CAL. *Amentum* commune globoſum, undique tectum *ſquamis* imbricatis, orbiculatis, peltatis, membranaceis, deciduis: *tribus majoribus*, baſin amenti cingentibus; aliisque minoribus, forma irregulari, inter quas ſingulas ſtamina erumpunt.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* ſolitaria, breviſſima, teretia. *Antheræ* bilamellatæ: *lamellis* orbicularibus, peltatis: inferiore a ſuperiore dehiſcente; *pollen* globulare fundentibus.

PIST. *Germen* ſuperne in amento ſpongioſo incluſum, minimum, ovatum, abortiens. *Stylus* unicus, erectus, apice bifidus. *Stigmata* reflexa, ſimplicia.

* *Femina, in diverſa arbore.*

CAL. *Amentum* maris ſimile.
COR. nulla.
PIST. *Germen* globobum (ipſius corpus amenti ſquamoſum). *Stylus* medio ex germine ſuperne ortus, longus, bifidus. *Stigmata* ſimplicia, acuta, parum reflexa.
PER. *Bacca* pedicellata, corticoſa, ſphærica, unilocularis.
SEM. ſolitaria, *nucleo* bilobo, membrana tenui cincto, bipartibili.

* 1487. ASCARINA. *Forſt. gen. 59.*

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Amentum* filiforme. *Floſculi* ſparſi, ſeſſiles. *Perianthium* ſquamula breviſſima.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, breviſſimum. *Anthera* oblonga, patenti-recurva, quadriſulca, magna.

* *Feminei Flores* in diverſa ſtirpe.

CAL. ut in Maſculis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum, trilobum, germini adnatum.
PER. *Drupa?*
SEM. unicum.

1488. NAJAS. † Fluvialis *Vaill. A. G. 1719. t. 1. f. 2. Mich. 8.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, baſi truncatum, cylindricum, ſuperius attenuatum: *ore* laciniis duabus, oppoſitis, reflexis.
COR. monopetala, æqualis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* oblongis, revolutis.
STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* oblonga, erecta.

* *Femina.*

CAL. nullus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, in *Stylum* attenuatum deſinens. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.
PER. *Capſula* ovata, unilocularis.
SEM. ovata-oblonga.

* 1489. PHELYPÆA. *Thunb. nov. gen. pl. 91.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. nullus, niſi *Bracteæ* foliacea, oppoſitæ.

Cor. monopetala, ſexpartita, connivens: *laciniis* ſubrotundis, obtuſiſſimis, concavis, baſi barbatis, margine ciliato-crenulatis, tenuibus: quarum tres exteriores, tres interiores.

Stam. *Filamentum* unicum, erectum, craſſiſſimum, corolla brevius, ſtylo ſimile, medio receptaculo inſertum. *Anthera* ovata, clavata,

Receptaculum barbatum, poris ſex a corollæ laciniis decurrentibus, nectareis, pertuſum, ſterile.

* *Feminei* Flores, in diſtincto individuo.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, capſulam veſtiens, ſexpartita. *Tubus* breviſſimus. *Limbi laciniæ* ſupra germen parum connatæ, oblongæ, obtuſæ, concavæ, erectæ, intus baſi fovea nectarea decurrente pertuſæ, barbatæ.

Pist. *Germen* ſuperum ſ. corollæ fundo incluſum, barbatum. *Stylus* craſſiſſimus, glaber, brevis. *Stigma* capitatum, ſubumbilicatum, ſtriatum, parum oblique truncatum.

Per. *Capſula* columnaris, craſſa, ſubcompreſſa, obtuſa, ſulcata, glabra, ſeptemlocularis, ſeptemvalvis.

Columna craſſa medio ſtellula oblonga.

Sem. plurima.

* 1490. PHYLLACHNE. *Forſt. gen. 58. Linn. ſuppl. 62.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* triphyllum, ſuperum: *foliolis* minimis, ſubulatis.

Cor. monopetala. *Tubus* ſenſim ampliatus, patulus. *Limbus* quinquefidus, patens: *laciniis* oblongis, obtuſis, longitudine tubi.

Stam. *Filamentum* unicum, capillare, erectum, longitudine corollæ, baſi utrinque *glandula* notatnm. *Anthera* globoſa, triſulca.

Pist. *Germinis* rudimentum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

* *Feminei* Flores, in diverſa planta.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. ut in Maſculis.

Pist. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* filiformis, rectus, longitudine corollæ, baſi utrinque *glandula* notatus. *Stigma* capitatum, tetragonum: *tuberculis* quatuor, quorum duo ſumma majora.

Per. *Bacca*? infera, unilocularis, polyſperma.

Sem. numeroſa, ovato-oblonga, minima, *receptaculo* adfixa.

II. DIANDRIA.

1491. VALLISNERIA. † *Mich.* 10. Valliſneroides *Mich.* 10.

* *Mas.*

Cal. *Spatha communis* bipartita: *laciniis* oblongis, bifdis, reflexis.

Spadix communis compreſſus, undique floribus in ſpicam digeſtis tectus,

Cor. monopetala, tripartita. *Tubus* nullus; *laciniæ* obovatæ, patentiſſimæ ac reflexæ.

Stam. *Filamenta* duo, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

* *Femina.*

Cal. *Spatha* uniflora, cylindracea, longa: *ore* bifido erecto. *Perianthium* tripartitum, patens, ſuperum: *laciniis* ovatis.

Cor. *Petala* tria linearia, anguſtiſſima, truncata, calyce fere breviora.

Nectarium Cuſpis patens, ſingulis ſtigmatibus ſuppoſita.

Pist. *Germen* cylindricum, inferum, longum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* tripartitum: *laciniis* ſemibifidis, ovalibus, convexis, calyce longioribus, patentibus: ſupra pubeſcentibus.

Per. *Capſula* cylindracea, longa, unicapſularis, unilocularis.

Sem. numeroſa, ovata, lateri capſulæ affixa.

Obs. Mas. (Valliſneroides M.) *ſcapo breviſſimo, ſub aqua, ſpicam floralem aperit: mox ſejunguntur floſculi a planta, natant, aperiuntur, vagantur per aquæ ſuperficiem, florentes, a planta remoti.*

Femina Valliſneria M.) *ſcapo ſpiraliter contorto, brevi, ſub aqua condit fructificationem: relaxata ſpira, aquæ ſuperficiem petit flos.*

† 1492. CECROPIA. † *Læſl.* 272. *Jacq.* Coilotopalus *Brown.*

* *Mas.*

Cal. *Spatha* ovata, rumpens, caduca, continens
Amenta plurima, faſciculata, teretia, imbricata ſquamis:
Squamæ Receptacula) copioſæ, turbinatæ, compreſſo-tetragonæ, obtuſæ, duplici foramine fœtæ.

Cor. nulla, niſi ſquamas dicas Nectaria.

Stam. *Filamenta* duo, capillaria, breviſſima e foraminibus ſquamarum. *Antheræ* oblongæ, tetragonæ.

* *Femina.*

Cal. *Spatha communis* oblonga, obtuſa cum ocumine, longitudinaliter dehiſcens, decidua.
Amenta quatuor, teretia, imbricata germinibus.
Perianthium proprium infundibuliforme, oblongum, erectum, apice bifido: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, erectis, parvis.

Cor. nulla.

Stam. nulla? *Corpuſcula* duo, ſubrotunda, minima, utrinque calycis inciſuris inſidentia, caduca; an *Antheræ*?

Pist. ſingulis *Germen* ovatum, didymum, parvum. *Styli* nulli. *Stigmata* ſimplicia. — *Jacq.*

Per. *Bacca* forma germinis, unilocularis, monoſperma.

Sem. oblongum, compreſſum.

1493. SALIX. * *Tournef.* 364.

* *Mas.*

Cal. *Amentum* oblongum, undique imbricatum, (involucro e gemma conſtructum,) conſtans
Squamis unifloris, oblongis, planis, patentibus.

Cor. *Petala* nulla.
Nectarium Glandula cylindracea, minima, truncata, mellifera, in centro floris.

Stam. *Filamenta* duo, recta, filiformia, calyce longiora. *Antheræ* didymæ, quadriloculares.

* *Femina.*

Cal. *Amentum* ut in mare.
Squamæ ut in mare.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum, atenuattum in *Stylum* vix diſtinctum, ſquamis calycinis paulo longiorem. *Stigmata* duo, bifida, erecta.

PER. *Capſula* ovato-ſubulata, unilocularis, bivalvis: *valvulis* revolutis.

SEM. numeroſa, ovata, minima, coronata *Pappo* ſimplici hirſuto.

OBS. *Species dantur, cujus mares ſtaminibus tribus ſ. quinque, inæqualis longitudinis, inſtruuntur;* (alia ſtaminibus monadelphis; alia ſingeneſiſtis. S.).

S. hermaphroditica *ſola nobis nota floribus hermaphroditis diandris.*

Salicis individua mutare ſexum, alteroque anno maſculos, alteroque femineos flores producere, figmentum eſt.

III. TRIANDRIA.

* 1494. ELEGIA. † *Mant.* 162.

* *Mas.*

CAL. *Spathæ* intra ſpathas, remotæ, univalves, coriaceæ, lanceolatæ, deciduæ.

Spadix filiformis, articulatus; ad ſingula genicula Amento.

Amentum laxum, floſculis pedicellatis, interſtinctis Bractea.

Bractea ſetacea, membranacea, plana, floſculis longior.

Perianthium proprium *foliolis* ſex, ſetaceis, paleaceis, laxis,

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* incumbentes, ovales, perianthio majores.

* *Femina* in diſtincto individuo.

CAL. *Spatha* ut in Mare, brevior.

Spadix ut in Mare.

Amentum racemo compoſito.

Perianthium proprium hexaphyllum: *valvulis* tribus exterioribus lanceolatis, canaliculatis, petaloideis, æqualibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongiuſculum. *Styli* tres, filiformes, longitudine perianthii. *Stigmata* ſimplicia.

PER.

SEM.

OBS. *Elegiam, a b. Linneo poſtea ad Reſtionem translatam, ceu genus diſtinctum nuper vindicavit ill. Thunb. Diſſ. de Reſtione p. . S.*

* 1495. RESTIO. † *Rottboell. gram.* 1. *t.* 1—3. *Thunb. diss.* 1788. Thamnochortus *Berg. cap.* 353. *t.* 5. Chondropetalum *Rottb. gram.* 10. *t.* 3.

* *Mas.*

Cal. *Amentum* ovatum s. oblongum, multiflorum : *squamis* coriaceis, carinatis,

Perianthium hexaphyllum, compressum : *foliolis* subæqualibus; tribus exterioribus, quorum duo navicularia, tertium planum; tribus interioribus, lanceolatis, tenuioribus, uno reliquis latiore.

Cor. nulla, nisi Glumæ tres interiores.

Stam. *Filamenta* tria, planiuscula. *Antheræ* oblongæ.

* *Femina.*

Cal. ut in Mare.

Cor. ut in Mare.

Pist. *Germen* triquetrum. *Stylus* unicus, rarius duplex, rarissime triplex. *Stigma* raro simplex, sæpissime duo, rarissime tria, plumosa. *Thunb.*

Per.

Sem.

Obs. Chondropetalum *R. differt foliolis calycinis interioribus crassis cartilagineis, longioribus quam exteriora. Rottb.*

1496. EMPETRUM. * *Tournef.* 421.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovatis, persistentibus.

Cor. *Petala* tria, ovato-oblonga, basi angustiora, calyce majora, marcescentia.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longissima, propendentia. *Antheræ* erectæ, breves, bipartitæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* ut in mare.

Pist. *Germen* depressum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* novem, reflexo-patentia.

Per. *Bacca* orbiculata, depressa, unilocularis, calyce major.

Sem novem, articulatim in orbem posita, hinc gibba, inde angulata.

Obs. *Vidi olim* Hermaphroditum, *quem dein non observavi.*

1497. OSYRIS. * Casia *Tournef.* 488.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, trifidum, turbinatum: *laciniis* æqualibus, ovatis, acutis.
COR. nulla, nisi margo nectariferus triplex.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, perſiſtens, minimum.
COR. nulla ut in mare.
PIST. *Germen* turbinatum, inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* tripartitum, patens.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis. umbilicata.
SEM. *Offiículum* globoſum, pericarpium replens.
OBS. Stigma *ſubrotundum vocatur in Syſt. Veg. p.* 737.

1498. EXCOECARIA. *Rumph.*

* *Mas.*

CAL. *Amentum* cylindricum, floſculis tectum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, filiformia. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Femina.*

CAL. *Amentum* ut in Mare.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſubrotundum, ſubtriquetrum. *Styli* tres. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Bacca* (*Capſula*) tricocca, glabra, loculis ſulco exaratis.
SEM. ſolitatia, glabra.

1499. CATURUS.

* *Mas.*

CAL. nullus.
COR. monopetala, tubuloſa, ſemitrifida: *laciniis* ovatis, concavis, acutis, perſiſtentibus.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* tripartitum: *foliolis* ovatis, planis, perſiſtentibus.
COR. nulla.

Pist. *Germen* villoſum. *Styli* tres, longi, pinnata-multifidi, colorati. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* ſubrotunda, tricocca, trilocularis.
Sem. ſolitaria, rotuntia.
Obs. *Flores maſculos minus diſtincte vidi.*

* 1500. MABA. *Forſt. gen.* 61. *Linn. ſuppl.* 65.

* *Maſculi.*

Cal. *Perianthium* ſemitrifidum: *laciniis* acutis, villoſis.
Cor. monopetala, tubuloſa, extus villoſa. *Tubus* cylindricus, calyce longior. *Limbus* trifidus: *laciniis* ovatis, craſſiuſculis, erectis.
Stam. *Filamenta* tria, filiformia, calyce breviora. *Antheræ* erectæ, ovatæ.
Pis. *Rudimentum* globoſum, ſubſeſſile in centro floris.

* *Feminei.*

Cal. *Perianthium* inferum, perſiſtens — ut in Maſculis.
Cor. . . . . .
Pist. . . . . .
Per. *Drupa* ſupera, ovato-oblonga, bilocularis: *loculamentis* diſpermis.
Sem. *Nuces* duæ, oblongæ, triquetræ, dorſo convexiuſculæ, lateribus duobus planis.

IV. TETRANDRIA.

1501. ANTHOSPERMUM. * *Tournefortia. Ponted. epiſt.* 11.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, conicum, ultra medium quadrifidum: *laciniis* ovato-oblongis, revolutis, obtuſis, parum coloratis.
Cor. nulla, niſi Calycem dicas.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, erecta, longitudine fere calycis, receptaculo inſerta. *Antheræ* didymæ, oblongæ, tetragonæ, obtuſæ, erectæ.

* *Femina* in (eodem vel) diſtincto individuo.

Cal. ut in Mare.
Cor. ut in Mare.
Pist. *Germen* inferum, ovatum, tetragonum. *Styli* duo, recurvi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. . — .
SEM. . .
OBS. *Fructum non vidi.* — *Characterem cl. Pontederæ inſeram*: Flos monopetalus, infundibuliformis, calyci inſidens: ore leviter inciſo. Calyx abit in *fructum* ſubrotundum, anguloſum, foetum *ſeminibus* octo, oblongis, & binis connexis. *An Auctor Calycem pro Fructu, & Antheras pro Seminibus habuerit, vel an verum fructum viderit, determinent autoptæ.*

Secundum ill. Thunbergium Anthoſpermum eſt dioicum. Linn. ſuppl. 440.

1502. TROPHIS † *Brown.* Bucephalon *Gen. pl. ed. VI. p.* 575.

* *Mas.*

CAL. nullus.
COR. *Petala* quatuor, obtuſa, patentia.
STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, corolla longiora.

* *Femina* in diſtincta planta.

CAL. monophyllus, minimus, arcte germen veſtiens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, bipartitus. *Stigmata* adnata.
PER. *Bacca* ſubſtriata, rugoſa, unilocularis.
SEM. unicum, ſubgloboſum.

1503. BATIS. † *Brown. Jacq. amer.* 260.

* *Mas.*

CAL. *Amentum* pyramidatum, ſquamis unifloris, quadrifariam imbricatis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quatuor, erecta, ſquamis amenti longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ, incumbentes.

* *Femina* in diſtincta planta.

CAL. *Amentum* commune carnoſum, continens floſculos aliquot conglobatos in corpus ovatum, quadrangulare: involucro diphyllo.
COR. nulla.
PIST. *Germen* quadrangulare, amento adnatum. *Stylus* nullus. *Stigma* bilobum, obtuſum, villoſum.
PER. *Bacca* connata cum reliquis, unilocularis.
SEM. quatuor, triangularia, acuminata.

1504. VISCUM. * *Tournef* 380. — *Gærtn.* 27.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, æqualibus.
COR. nulla.
STAM. quatuor. *Filamenta* nulla. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, ſingulæ ſingulo foliolo calycino adnatæ.

* *Femina*, mari ſæpius oppoſita.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, parvis, ſeſſilibus, deciduis, germini inſidentibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* oblongum, trigonum, margine obſolete quadrifido coronatum, inferum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, vix emarginatum.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis, lævis.
SEM. unicum, cordatum, compreſſum, obtuſum, carnoſum.

* 1505. PTELEA. * — *Gærtn.* 49.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadripartitum, acutum parvum, deciduum.
COR. *Petala* quatuor, oblonga, concava, patentia, calyce majora, coriacea.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, apice incurva, baſi planiuſcula villoſa, longitudine fere corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum, parvum, abortiens. *Stylus* breviſſimus, apice bifidus. *Stigmata* obſoleta.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare.
COR. ut in Mare.
STAM. *Filamenta* ut in Mare, corolla multo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, ſteriles.
PIST. *Germen* ovatum, compreſſum, majuſculum. *Stylus* brevis, compreſſus. *Stigmata* duo, obtuſiuſcula, divergentia.
PER. *Drupa* ſubrotunda, magna, exſucca, compreſſa; membranaceo-alata, bilocularis.
SEM. ſolitaria, oblonga, ſurſum attenuata.
OBS. *In quibusdam floribus Cal. 5-fidus. Cor. 5-petala. In his, vel etiam quadrifidis, ſtamina ſæpe* 5, 6, 7. *Semina*

in ſingulis loculis Germinis duo; e quibus tantum unum, vel unicum tantum in tota Drupa, adoleſcit. — Conf. Medicus beobacht. 1783. *p.* 215. *Roth abh.* 1787. *p.* 11. *In floribus femineis antheræ interdum polliniferæ & ad generandum idoneæ eſſe dicuntur; propterea ad Polygamiam refertur Ptelea a Cel. Moenchio Cat. Caſſell.* 86.

* 1506. MONTINIA. *Thunb nov. gen. pl. 27. Linn. ſuppl.* 65. *Gærtn.* 33.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadridentatum, breviſſimum, erectum.
COR. *Petala* quatuor, ovata, obtuſiſſima, patentia: calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* quatuor. *Antheræ* . .

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ſuperum — ut in Mare.
COR. ut in mare.
STAM. *Filamenta* quatuor, intra dentes calycis, breviſſima. *Antheræ* nullæ.
PIST. *Germen* inferum, concavo planum, glabrum. *Stylus* cylindricus, craſſus, bifidus, corolla brevior. *Stigmata* reniformia.
PER. *Capſula* ovato-oblonga, bilocularis, longitudinaliter dehiſcens. *Septum* craſſum, bilobum.
SEM. plurima, imbricata, ovata, compreſſa, margine alata.
OBS. *Flores Maſculi interdum quinquefidi, pentandri.*

* 1507. SCHÆFFERA. *Jacq. amer.* 259. *Swartz. prodr.* 38. *Auct. D. D. Swartz.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* tetra-ſ. pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentibus.
COR. *Petala* quatuor, lanceolato-ovata, patentia; vel, horum loco,
Nectarium tetragonum, convexum, in medio floris.
STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.
PIST. *Germinis* rudimentum, absque ſtylo & ſtigmate.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum quadri ſ. quinquepartitum, inferum: *lacinijs* obtuſis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, lanceolato-ovata, concava, apice latiora, patentia, decidua; vel, horum loco,

Nectarium Margo carnoſus, circum germen.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, breviſſimi, reflexi. *Stigmata* bifida, vel integra, compreſſo-capitata.

Per. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.

Sem. ſolitaria, hemiſphærica.

* 1508. BRUCEA. *L'Hérit. ſtirp.* 19.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* quadripartitum, planum, villoſum: *laciniis* lanceolatis, acutis, patentibus.

Cor. *Petala* quatuor, lanceolata, acuta, ciliata, patentia, calyce vix majora.

Nectarium Corpus receptaculo impoſitum, planum, quadrilobum: lobis obſolete emarginatis, petalis oppoſitis.

Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, brevia, calyci oppoſita, inter lobos nectarii receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Femina.*

Cal. ut in mare.

Cor. ut in mare.

Nectarium Margo interior receptaculi incraſſatus, quadrilobus: lobis emarginatis.

Stam. *Filamenta* quatuor, receptaculo extra diviſuras nectarii inſerta, filiformia verſus apicem craſſiora, acutiuſcula, petalis paullo breviora. *Antheræ* nullæ.

Pist. *Germina* quatuor; ſupera, ovata, introrſum compreſſa. *Styli* ſubulati, reflexi, germinibus incumbentes. *Stigmata* acuta.

Per. . .

Sem. ſolitaria.

† 1509. HIPPOPHAË. *Gærtn.* 42. Rhamnoides *Tournef.* 481.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, bipartitum, bivalve, fundo integro: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, erectis, apicibus conniventibus; lateribus dehiſcentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, angulatæ, longitudine fere calycis.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, tubulatum, clavatum, ore bifido, deciduum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum, parvum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* craſſiuſculum, oblongum, erectum, calyce duplo longius.

PER. *Bacca* ſubgloboſa, unilocularis.

SEM. unicum, oblongum.

OBS. *In H. Rhamnoïde, inter flores maſculos, interdum hermaphroditos obſervavit Cel. Viborg. Sandv. t.* 5. *f.* 7. 8. *S.*

1510. MYRICA. * *Gærtn.* 39. Gale *Tournef. A.* G. 1706. *t.* 3. *Dill. gen.* 10. — Nageia *Gærtn.* 39.

* *Mas.*

CAL. *Amentum* ovato-oblongum, undique imbricatum, laxum, conſtans

Squamis unifloris, lunatis, obtuſe acuminatis, concavis. *Perianthium proprium* nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor (raro ſex) filiformia, brevia, erecta. *Antheræ* magnæ, didymæ, lobis bifidis.

* *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Styli* duo, filiformes, calyce longiores. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Bacca* unilocularis.

SEM. unicum.

OBS. *Eſt hujus Generis cum Piſtacia ſumma affinitas.*

M. Gale. Stamina *quatuor*. Bacca *ſicca ſeu cruſta coriacea, apice compreſſa, triloba.*

M. cerifera. Stamina *ſæpius ſex*. Fructus *Bacca ſuculenta, globoſa.*

V. PENTANDRIA.

1511. PISTACIA. * Terebinthus *Tournef.* 345.

* *Mas.*

CAL. *Amentum* laxum, ſparſum, conſtans *ſquamulis* parvis unifloris.

Perianthium proprium, quinquefidum, minimum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, minima. *Antheræ* ovatæ, tetragonæ, erectæ, patulæ, magnæ.

* *Femina.*

Cal. *Amentum* nullum.
Perianthium trifidum, minimum.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum, calyce majus. *Styli* tres, reflexi. *Stigmata* craſſiuſcula, hiſpida.
Per. *Drupa* ſicca, ovata.
Sem. *Nux* ovata, glabra.
Obs. Terebinthus *T. gaudet foliis pinnatis cum impari.* Lentiſcus *T. gaudet foliis pinnatis absque impari.*

† 1512. ZANTHOXYLUM. † *Colden* — *Gærtn.* 68. *Lamarck enc.* 2. *p.* 38. Fagara *Duhamel. arb.* 1. *p.* 229. *t.* 97.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* ovalibus, erectis, coloratis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* ſæpius quinque, ſubulata, erecta, calyce longiora. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ, ſulcatæ.

* *Femina.*

Cal. ut in mare.
Cor. nulla.
Pist. *Germina* duo ad quinque, ſubrotunda, deſinentia in *Stylos* ſolitarios, ſubulatos, calyce longiores, *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſulæ* duæ ad quinque, pedicellatæ, uniloculares, bivalves, introrſum dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, glabra, e funiculo pendula.
Obs. *Cal.* 5-*fidus*, *coloratus*, *minimus.* Petala 5, *ovata.* Stamina 5, *longitudine petalorum.* Germen *didymum*, *ſubrotundum.* Styli 2, *minimi.* Stigmata *acuta Gron. virg.* 47. *Walter carol.* 243. — *Cal.* 4-5-6 *partitus. Stam.* 4-6. *Stylus* 1. *Stigm.* 3. *ſ.* 2-4. *Murray. Moench. Fl. hermaphroditi. Moench. Uterque in Z. Cl. Herculis. S.*

* 1513.

* 1513. MELICYTUS. *Forſt. gen.* 62. *Gærtn.* 44.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, breviſſimum.
COR. *Petala* quinque, ovata, acuta, horizontalia, calyce longiora.
Nectarium: *ſquamæ* quinque, clavatæ, cyathiformes, apice excavatæ, latere interiore ſtaminiferæ, erectæ.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, ovato-ſubrotundæ, anterius quadriſulcæ, nectariis a larere interiore longitudinaliter adnatæ, iisque paullo longiores.

* *Femina.*

CAL. ut in Maſculis.
COR. ut in Maſculis.
Nectarium Squamulæ quinque, triangulæ, acutæ, germini incumbentes, calyce breviores.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* planum, quadri-ſ. quinquelobum: lobulis rotundatis, parvis.
PER. *Capſula* baccata, globoſa, glabra, coriacea, unilocularis, quadri-ſ. quinquevalvis.
SEM. circiter quinque, hinc convexa, inde angulata, in pulpa nidulantia. *G.*

* 1514. VILLARIA. † *Schreb.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, patens, perſiſtens: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, coriaceis, margine tenuioribus, ſubæqualibus: duabus interioribus.
COR. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, plana, patentia, coriacea, margine tenuiora, calyce duplo longiora, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* qinque, ſubulata, erecta, calyce dimidio minora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* orbiculatum, depreſſum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare.
COR. ut in Mare.
Nectarium foliola quinque, ovata, obtuſa, erecta, cum petalis alterna, iisque breviora, perſiſtentia.

Pist. *Germen* ovato turbinatum. *Stylus* breviſſimus, vix ullus. *Stigma* capitatum, ſubtrifidum.
Per. *Bacca* ſubglobloſa, ſtylo perſiſtente acuminata, triloculares.
Sem. ſolitaria.

1515. ASTRONIUM. *Jacq. amer.* 261.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, coloratum, parvum: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, patulis.
Cor. *Petala* quinque, ovata, obtuſiſſima, plana, patentiſſima. *Nectarium* Glandulis quinque, ſubrotundis, minimis, in diſco floris.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, coloratum: *foliolis* oblongis, concavis, obtuſis, conniventibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubovata, obtuſa, concava, erecta, calyce minora, perſiſtentia.
Pist. *Germen* ovatum, obtuſum. *Styli* tres, breves, reflexi. *Stigmata* ſubcapitata.
Per. nullum. *Calyx* increſcens, coloratus, primum foliolis ſuis in pendulam ſtellam expanſis, demum ſemen dimittens.
Sem. unicum, ovale, longitudine calycis, lacteſcens.

1516. CANARIUM.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* tria, oblonga, calyciformia.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, longitudine petalorum.

* *Femina.*

Cal. ut in Mare: *foliolis* reflexis.
Cor. ut in Mare.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, trigonum.
Per. *Drupa* ſicca, ovata, acuminata, baſi cincta membrana crenata.
Sem. *Nux* ovata, trigona, acuta.

* 1517. PICRAMNIA. *Swartz. prodr. 27. Auct. D. D. Swartzio.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, tri- ſ. quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, erectis.

COR. *Petala* tria ſ. quinque, lanceolata, erecto-patentia, calyce longiora.

STAM. *Filamenta* tria ſ. quinque, ſubulata, baſi approximata, erecta, corolla longiora. *Antheræ* ovatæ, didymæ.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare, perſiſtens.

COR. Maris.

PIST. *Germen* oblongum, compreſſiuſculum. *Styli* duo, breves, recurvi, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia, acuta.

PER. *Bacca* ovato-ſubrotunda, bilocularis.

SEM. bina, ovato-oblonga.

OBS. *Staminum trium florumque trifidorum mentionem facit cel. Swartzius; quina, floresque quinquefidos video in ſpeciminibus a cel. Crudy mecum communicatis. Schr.*

Bacca interdum, ſed rariſſime, trilocularis monoſperma; an numerus binarius fructus naturalis? Sw.

† 1518. ANTIDESMA. † *Burm. --- Gærtn. 39.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongiuſculis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, calyce longiora, æqualia. *Antheræ* ſubrotundæ, ſemibifidæ.

* *Femina* in diſtincto individuo.

CAL. ut in mare, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque, obtuſa.

PER. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis, ſtigmatibus coronata, putamine ſcrobiculato.

SEM. unum.

1519. IRESINE. † *Brown.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* diphyllum, minimum, acutum, nitidum.

Cor. *Petala* quinque, ſeſſilia, lanceolata, erecta.
Nectarium ſquamis 5, ſtaminibus interpoſitis.
Stam. *Filamenta* quinque, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.

* *Femina.*

Cal. ut in mare.
Cor. ut in Mare.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, ſubrotunda.
Per. *Capſula* oblongo-ovata.
Sem. aliquot, tomentoſa.

1520. SPINACIA. * *Tournef.* 308.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* concavis, oblongis, obtuſis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, acutum: *laciniis* duabus oppoſitis minimis, perſiſtens.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* rotundo-compreſſum. *Styli* quatuor, capillares. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Calyx* coaleſcit, induratur.
Sem. unicum, ſubrotundum, calyce tectum.
Obs. *Fructus nunc rotundus, nunc bicornis, nunc quadricornis eſt.*

1521. ACNIDA. † Acnide *Mitch.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis, margine membranaceis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* verſatiles, biloculares, utrinque furcatæ.

* *Femina* in diſtincta planta.

Cal. *Involucrum* polyphyllum, lineare, deciduum.
Perianthium diphyllum, lineare, minimum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, longi, reflexi, pubeſcentes. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Fructus* ovatus, compreſſus, multangulus, ſulcatus, tectus calyce ſucculento.
SEM. ſolitarium, rotundum, compreſſum.

1522. CANNABIS. * *Tournef.* 308. --- *Gærtn.* 75.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* oblongis, acuminato-obtuſis, concavis.
CO. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, tetragonæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, oblongum, acuminatum, latere altero longitudinaliter dehiſcens, perſiſtens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, ſubulati, longi. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Calyx* arcte clauſus.
SEM. *Nux* globoſo-depreſſa, bivalvis.

† 1523. HUMULUS. * Lupulus. *Tournef.* 309. --- *Gærtn.* 75.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, obtuſis,
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.

* *Femina.*

CAL. *Involucrum univerſale* quadripartitum, acutum: *partiale* tetraphyllum, ovatum, octiflorum; ſingulis floribus *Perianthium* monophyllum, ovatum, maximum, extrorſum hinc planum, baſi connivens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, ſubulati, patuli. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Calyx* baſi ſemen includens.
SEM. ſubrotundum, tunica obtectum.

1524. ZANONIA. †

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, patulis, corolla brevioribus.

COR. monopetala, quinquepartita, patens: *laciniis* acuminatis, inflexis, æqualibus.

STAM. *Filamenta* quinque, patentia, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.

* *Femina* in diſtincta planta.

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini inſidens.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* tres, patentes, conici, reflexi, perſiſtentes. *Stigmata* bifida, criſpa.

PER. *Bacca* longa, maxima, truncata, baſi attenuata, ſutura criſpa verſus apicem cincta, trilocularis.

SEM. bina, oblongo-rotunda, plana, in centro ſquamæ lanceolatæ.

1525. FEUILLEA. † Nhandiroba *Plum.* 27.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* campanulatum, monophyllum, ſemiquinquefidum, inferne rotundatum, ſuperne patens.

COR. monopetala, rotata. *Limbo* ſemiquinquefido: *laciniis* convexis, rotundatis; umbilico clauſo *ſtellula* duplici, motum ſolis reſpiciente, radiisque alternis longioribus.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

Nectarium filamentis quinque, compreſſis, incurvis, cum ſtaminibus alternantibus.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in maſculo flore, ſed baſi germine foetum.

COR. ut in maſculo flore: umbilici *ſtella* ex quinque lamellis cordatis inſtructa.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* quinque, filiformes. *Stigmata* cordata.

PER. *Bacca* maxima, carnoſa, cortice duro, ovata, obtuſa, trilocularis, calyce cincta.

SEM. compreſſa, orbicularia.

† 1526. CLUTIA. * *Boerh.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, magnitudine corollæ: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* quinque, patentissima, subcordata: *unguibus* planis, calyce brevioribus.

Nectaria exteriora quinque, tripartita, oblonga, patentia, longitudine unguium petalorum, intra petala in orbem posita.

Nectaria interiora quinque, intra nectaria prædicta, figura glandulæ, parva, apice mellifera.

Stam. *Filamenta* quinque, *Columnæ* centrali longæ impositæ, filiformia, horizontaliter patentia. *Antheræ* subrotundæ, versatiles.

Pist. *Rudimentum Germinis* Columnæ in medio staminum impositum, cylindraceum, sterile. *Stigma* capitatum, planiusculum.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* ut in mare, persistens.

Cor. *Petala* ut in mare, persistentia.

Nectaria exteriora quinque, didyma, subrotunda, magnitudine & situ ut in mare.

Nectaria interiora nulla.

Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, bifidi, patentes longitudine corollæ. *Stigmata* obtusa.

Per. *Capsula* globosa, sexsulca, scabra, trilocularis.

Sem. solitaria, subrotunda, nitida.

Obs. *Datur species decandra & androgyna.* R.

VI. HEXANDRIA.

1527. TAMUS. * Tamnus *Tournef.* 28.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* sexpartitum: *foliolis* ovato-lanceolatis, superne patentioribus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* sex, simplicia, calyce breviora. *Antheræ* erectæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, sexpartitum campanulatum, patens: *laciniis* lanceolatis; superum, deciduum.

Cor. *Petala* nulla.

Nectaria: Punctum oblongum, ſingulæ laciniæ calycinæ ad baſin interne adnatum.

Pist. *Germen* ovato-oblongum, magnum, glabrum, inferum. *Stylus* cylindraceus, longitudine calycis. *Stigmata* tria, reflexa, emarginata, acuta.

Per. *Bacca* ovata, trilocularis.

Sem. bina, globoſa.

1528. SMILAX. * *Tournef.* 421 --- *Gærtn.* 16.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, campanulato-patens: *foliolis* oblongis, baſi approximatis, apice reflexis, patulis.

Cor. nulla: niſi Calycem ſumas.

Stam. *Filamenta* ſex, ſimplicia. *Antheræ* oblongæ.

* *Femina.*

Cal. ut in mare, deciduus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, minimi. *Stigmata* oblonga, reflexa, pubeſcentia.

Per *Bacca* globoſa, trilocularis.

Sem. bina, globoſa.

† 1529. RAJANIA. † *Gærtn.* 14. Jan-Raja *Plum.* 29.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* ſexpartitum, campanulatum: *foliolis* oblongis, acuminatis, ſuperne patentioribus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* ſex, ſetacea, calyce breviora. *Antheræ* ſimplices.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, campanulatum, germini inſidens, perſiſtens, marceſcens.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* inferum, compreſſum, latere altero margine prominente auctum, triloculare (Gærtn.). *Styli* tres, longitudine calycis. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* membranacea, trilocularis, evalvis, calyce coronata: *loculamentis* duobus ſterilibus, ſubobliteratis, apteris; tertio ferrili, compreſſo, in *alam* membranaceam, ſemiovatam, maxima n producto. *Gærtn.*

Sem. unicum, ſubellipticum, compreſſum.

1530. DIOSCOREA. * *Plum. gen.* 26. ---- *Gærtn.* 17.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſexpartitum: *laciniis* lanceolatis, ſuperne patentibus.
COR. nulla: niſi Calycem velis.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* ſimplices.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum, trigonum. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* magna, triangularis, trilocularis, trivalvis.
SEM. bina, compreſſa, margine membranaceo magno cincta.

VII. OCTANDRIA.

1531. POPULUS. * *Tournef.* 365.

* *Mas.*

CAL. *Amentum* oblongum, laxe imbricatum, cylindraceum, conſtans
Squamis unifloris, oblongis, planis, margine laceris.
COR. *Petala* nulla.
Nectarium monophyllum, inferne turbinatum, tubulatum, ſuperne oblique in ovatum limbum terminatum.
STAM. *Filamenta* octo, omnium breviſſima. *Antheræ* tetragonæ, magnæ.

* *Femina.*

CAL. *Amentum* ut in mare.
Squamæ ut in mare.
COR. *Petala* nulla.
Nectaria ut in mare.
PIST. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* vix manifeſtus. *Stigma* quadrifidum.
PER. *Capſula* ovata-bilocularis, bivalvis: *valvulis* reflexis.
SEM. numeroſa, ovata, *Pappo* capillari volatilia.

1532. RHODIOLA. *

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadripartitum, concavum, erectum, obtuſum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, erecto-patentia, calyce duplo longiora, decidua.
Nectaria quatuor, erecta, emarginata, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, corolla longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* quatuor, oblonga, acuminata. *Stili* & *Stigmata* obſoleta.
Per. abortiens.
Sem. . . .

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* ut in mare.
Cor. *Petala* quatuor, rudia, erecta, obtuſa, cum calyce æqualia, perſiſtentia.
Nectaria ut in mare.
Pist. *Germina* quatuor, oblonga, acuminata, in *Stylos* ſimplices, rectos deſinentia. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* quatuor, corniculatæ, introrſum dehiſcentes.
Sem. plurima, ſubrotunda.

* 1133. MARGARITARIA. *Linn. fil. ſuppl. pl. 66.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, minutum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, patula, longiora, receptaculo inſerta, *Antheræ* ſubrotundæ. parvæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

* *Femina*, in diſtincto individuo.

Cal. ut in Maſc. perſiſtens.
Cor. ut in Maſc. ?
Pist. *Germen* ſuperum, globoſum. *Styli* quatuor ſ. quinque, filiformes. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.
Per. *Bacca* globoſa, ſtylis patulis, brevibus coronata.
Sem. *Arillus* tetra-ſ. pentacoccus, quadri-ſ. quinquelocularis, cartilagineus, nitidiſſimus: *lobis* bivalvibus. *Semina* ovata, introrſum compreſſa.
Obs. *Calyx ſemper quadrifidus. Styli & Arilli quatuor ſ. quinque.*

VIII. ENNEANDRIA.

1534. MERCURIALIS. *Tournef.* 308.

CAL. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovato-lanceolatis, concavis, patentibus.
COR. nulla: nisi Calycem velis.
STAM. *Filamenta* novem vel duodecim, capillaria, recta, longitudine calycis. *Antheræ* globosæ, didymæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.
COR. nulla.
Nectaria: Acumina duo, subulata, ad singulum latus germinis singula, sulco germinis impressa.
PIST. *Germen* subrotundum, compressum, latere utrinque sulco exaratum, hispidum. *Styli* duo, reflexi, cornuti, hispidi. *Stigmata* acuta, reflexa.
PER. *Capsula* subrotunda, scrotiformis, didyma, bilocularis.
SEM. solitaria, subrotunda.
OBS. M. ambigua & afra *monoica est.*

1535. HYDROCHARIS. * Stratiotes *Dill. gen.* 9. Morsus Ranæ *Tournef. A.* G. 1705. *t.* 4. Microleuconymphæa *Boerh.* 232.

* *Mas.*

CAL. *Spatha* triflora, diphylla, oblonga.
Perianthium proprium, triphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, margine membranaceis.
COR. *Petala* tria, subrotunda, plana, magna.
STAM. *Filamenta* novem, subulata, erecta, in tres ordines dispositа, quorum intermedius ordo stipitem subulatum e basi sua interiore, styli ad instar, exserit, & in centro collocat. Duo reliqui ordines basi connectuntur, ut internum & externum cohæreat filamentum. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germinis* rudimentum in centro.

* *Femina.*

CAL. *Spatha* nulla, flores solitarii.
Perianthium ut in mare, superum.
COR. ut in mare.
PIST. *Germen* subrotundum inferum. *Styli* sex, longitudine

calycis, compreſſi, bifido-canaliculati. *Stigmata* bifida, acuminata.

Per. *Capſula* coriacea, ſubrotunda, ſexlocularis.

Sem. numeroſa, minima, ſubrotunda.

IX. DECANDRIA.

1536. CARICA. Papaya *Tournef.* 441.

* *Mas.*

Ca[illegible], vix manifeſtus.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* tenuis, longiſſimus, infeine ſenſim anguſtior. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* lanceolato-linearibus, obtuſis, revolutis oblique in ſpiram.

Stam. *Filamenta* decem, in ſummo tubo corollæ, quorum quinque alterna inferiora. *Antheræ* oblongæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. pentapetala. *Petala* lanceolato linearia, utrinque obtuſa, longiſſima, infra medium erecta, ſupra medietatem extrorſum deorſumque retroflexa.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* quinque, oblonga, plano-patentia, extrorſum latiora, apice truncata, crenata.

Per. *Bacca* maxima, ſulcis quinque angulata, uniloçularis.

Sem. numeroſa, ovata, ſulcis exarata, tunicata.

* 1537. GYMNOCLADUS. † *Lamarck encycl.* 1. *p.* 733. Bonduc *Duham. arb.* 1. *p.* 108. *t.* 42.

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme. *Tubus* oblongus, decemſtriatus, ore contractior. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* linearibus, acutis, ſubæqualibus, patentibus, tubo paullo brevioribus,

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, obtuſiuſcula, ſubæqualia, patentia, calyce paullo longioria, tubi ori inſerta.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, inæqualia, calycis collo inſerta, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtuſum.

Per. *Legumen* cylindraceum, diſſepimentis transverſis diviſum in loculamenta aliquot.

Sem. ſolitaria, oſſea, ſubgloboſa.

Obs. *Arbor Dioïca ſecundum Duhamellium & Lamarckium, Hermaphrodita ſecundum alios, tam flore quam fructu (mihi non viſo) a Guilandina ſatis diſtincta videtur. S.*

† 1538. KIGGELARIA. * --- *Gærtn.* 44.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum. quinquepartitum, concavum: *laciniis* lanceolatis, concavis.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, concava, calyce paulo longiora, cumque eo figuram urceolatam formantia.

Nectarium: Glandulæ obtuſe trilobæ: *lobo* medio majore, depreſſæ, coloratæ, ungui ſinguli petali adnatæ ſingulæ.

Stam. *Filamenta* decem, minima. *Antheræ* oblongæ, calyce breviores, apicibus dehiſcentes duobus foraminibus.

* *Femina.*

Cal. ut in mare.

Cor. ut in mare.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, ſimplices. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſula* coriacea, globoſa, ſcabra, unilocularis, quinquevalvis.

Sem. circiter octo, ſubrotunda, inde angulata, tunica propria veſtita.

1539. SCHINUS. * Molle *Tournef.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, patens, acutum.

Cor. *Petala* quinque, ovalia, patentia, petiolata.

Stam. *Filamenta* decem, filiformia, longitudine corollæ, patentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. Rudimentum absque ſtigmate.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia, petiolata.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, ovata.

Per. *Bacca* globoſa, trilocularis.

Sem. ſolitaria, globoſa.

1540. CORIARIA. * *Niſſol. A. G. 1711. t. 12. Dill. gen. 12.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum. breviſſimum: *foliolis* ſubovatis, concavis.
Cor. *Petala* quinque, ſimillima calyci, connexa.
Stam. *Filamenta* decem, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, bipartitæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, breviſſimum: *foliolis* ſubovatis, concavis.
Cor. *Petala* quinque, cuſpidata, calyciformia, conniventia.
Stam. *Filamenta* decem (5 intra calycem; 5 intra petala), breviſſima. *Antheræ* ſteriles.
Pist. *Germina* quinque, compreſſa, introrſum coalita. *Styli* totidem, ſetacei, longi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Petala* quinque, carnoſa, ovato-lanceolata, triquetra altero angulo introrſum ſpectante, tegentia ſemina.
Sem. quinque, reniformia.
Obs. *Flores hermaphroditi aliis viſi ſunt.*

† 1541. STRATIOTES. * *v. Bergen diſſ. Zinn. comm. gotting. 4. p. 426. t. 9. 10. Gærtn. 14.* Aloïdes *Boerh. lugdb. 2. p. 172.*

* *Mas.*

Cal. *Spatha communis* diphylla, tri-ſ. quinqueflora: *foliolis* navicularibus, compreſſis, obtuſis, conniventibus, carinatis, ſubæqualibus, perſiſtentibus. *Propriæ* (florum lateralium) monophyllæ, membranaceæ, dorſo canaliculatæ, foliolis ſpathæ communis oppoſitæ, iisque occultatæ.
Perianthium monophyllum, tripartitum, erectum, deciduum.
Cor. *Petala* tria, obcordata, erecto patentia, perianthio, duplo majora.
Nectaria viginti, antheriformia, linerari-lanceolata, acuta, in orbem poſita, receptaculo inſerta.
Stam. *Filamenta* duodecim, filiformia, nectariis breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* lineares, erectæ.

* *Femina.*

CAL. *Spatha* diphylla, uniflora: *foliolis* novicularibus, compreſſis, obtuſis, conniventibus, inæqualibus, perſiſtentibus.

Perianthium ut in Mare, ſuperum.

COR. ut in Mare.

Nectaria ut in Mare, paullo majora.

PIST. *Germen* inferum, ovato-ſexangulare, compreſſum. *Styli* ſex, bipartiti. *Stigmata* ſimplicia, recurva.

PER. *Bacca* ovata, utrinque attenuata, hexaëdra, ſexlocularis: pulpa pellucida.

SEM. plurima, oblonga, cylindracea.

OBS. *Nectaria ſæpius* 21 — 22, *Stamina* 11 — 12. *Willdenow in litt. Nectaria* 31, *Stamina plerumque* 13. *Roth verzeichn.* 154.

X. DODECANDRIA.

† 1542. EUCLEA. *Thunb. nov. gen. pl.* 84. *Linn. ſuppl.* 67.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, corolla multoties brevius, ſubangulatum, glabrum, quinquedentatum: *dentibus* breviſſimis, erectis.

COR. monopetala, quinquepartita: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis, patulis.

STAM. *Filamenta* tredecim, breviſſima: octo in ambitu, quinque in centro. *Antheræ* tetragono-ſubulatæ, ſulcatæ, erectæ, apice utroque latere perforatæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadri-(rarius quinque-)dentatum, perſiſtens: *laciniis* erectis, corolla triplo brevioribus.

COR. monopetala, quadrifida: *laciniis* ovatis, obtuſis, concavis, erectis.

PIST. *Germen* ovatum, ſubvilloſum, ſuperum. *Styli* duo, craſſiuſculi, longitudine corollæ. *Stigmata* emarginato-bifida, obtuſa.

PER. *Bacca* globoſa, puncto umbilicata, glabra, carnoſa.

SEM. unicum, globoſum, glabrum.

OBS. *Calyx & Corolla in Maſculis ſæpius quinquefida, rarius quadri-rariſſime ſexfida; in Feminis ſæpius quadri-, rariſſime quinquefida. Thunb.*

EUCLEÆ *character, ſecundum perill. L'Héritier, ſert. angl. p.* 31.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, parvum, perſiſtens.
Cor. monopetala, quinquepartita, calyce major: *laciniis* ovatis, obtuſis, patentibus.
Stam *Filamenta* circiter quindecim, brevia, receptaculo inſerta. *Antheræ* erectæ, tetragonæ, ſubvilloſæ, corolla breviores.
Pist. *Germen* pyramidato-ovatum, ſuperum. *Styli* duo, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* baccata, ſubrotunda, tricornis, trilocularis, trivalvis.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, arillata; uno alterove abortiente.
Dantur flores hermaphroditi, & hermaphroditi maſculi; hinc videtur Polygama L'H.

1543. DATISCA. * --- *Gærtn.* 30. Cannabina *Tournef. cor.* 52.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* linearibus, acutis, æqualibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* circiter quindecim, oblongæ, calyce multoties longiores, obtuſæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* bidentatum deficiente tertio dente, erectum, minimum, ſuperum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* oblongum, inferum, calyce longius. *Styli* tres, bipartiti, breves. *Stigmata* ſimplicia, oblonga, villoſa, longitudine germinis.
Per. *Capſula* oblonga, triangularis, trivalvis, tricornis, unilocularis.
Sem. numeroſa, parva, trifariam capſulæ longitudinaliter adhærentia.

† 1544 MENISPERMUM. * *Tournef. A. G.* 1705. --- *Mill. illuſtr.* 93. *Gærtn.* 46. 70.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* linearibus, brevibus.
Cor. *Petala exteriora* ſex, ovata, patula, æqualia.

Petala

Petala interiora octo, obcordata, concava, exterioribus minora; horum quatuor in serie interiore, latiora.

STAM. *Filamenta* sedecim, cylindrica, corolla paulo longiora. *Antheræ* terminales, brevissimæ, obtuse quadrilobæ.

* *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. ut in mare.

STAM. *Filamenta* octo, maris similia. *Antheræ* pellucidæ, steriles.

PIST. *Germina* duo s. tria, ovata, incurva, conniventia, pedicellata. *Styli* solitarii, brevissimi, recurvati. *Stigmata* bifida, obtusa.

PER. *Baccæ* duæ vel tres, subrotundo-reniformes, unilaculares.

SEM. solitaria, reniformia, magna.

Character e M. canadensi; *conferantur fructificationes reliquarum, cum Calyx hexaphyllus, Corolla hexapetala, Stamina sex, Pistilla tria Willichio, Millero aliisque.* (*Cal.* 3. *phyllus. Petala* 3. *Nect squamæ* 6. *Stamina* 6 *Germina* 6, *Stylis nullis. Baccæ* 6. *Walter carol.* 247. *S.*

XI. ICOSANDRIA.

* 1545 RHINIUM. Tigarea *Aubl.* 350.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadri-s. quinquepartitum: *laciniis* ovatis, acutis, concavis.

COR. *Petala* quatuor vel quinque, subrotunda, concava, calyci inserta, ejusque longitudine.

STAM. *Filamenta* plurima, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* abortiens.

* *Femina*

CAL. *Perianthium* ut in Mare.

COR. ut in Mare.

STAM. *Filamenta* plurima, sterilia.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* longus. *Stigma* obtusum.

PER. *Capsula* subrotunda, unilocularis, bivalvis.

SEM. unicum, glabrum.

OBS. *Delimæ affinis. S.*

* 1546. FLACOURTIA. *Herit. t. 30. 31.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, ſubæqualibus, patenti-erectis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* numeroſa, (50 --- 100,) calyce longiora, ejusque fundo incraſſato adnata, patentia, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germinis* & *Stigmatis* rudimentum, rarius.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, erectis, margine incumbentibus, obtuſis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum, ſtellatum, in radios quinque ad novem diviſum.
PER. *Bacca* globoſa, carnoſa, ſtigmate umbilicata, multilocularis.
SEM. bina, obovata, compreſſa, obſolete ſulcata.

* 1547. HEDYCARYA. *Forſt. gen. 64. Linn. ſuppl. pl. 67.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, plano-rotatum, octo-ſ. decemfidum: *laciniis* lanceolatis, ſubæqualibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plurimæ (50) oblongæ, quadriſulcæ, apice barbatæ, per totum fundum calycis diſtributæ.

* *Femina.*

CAL. ut in Maſc. perſiſtens.
COR. nulla.
PIST. *Germina* numeroſa, globoſo-depreſſa, inſidentia *Pedicellis* totidem, cylindricis, in medio calycis. *Styli* nulli. *Stigmata* papillæ per germina ſparſæ.
PER. nullum.
SEM. *Nuces* ſex ſ. decem, pedicellatæ, globoſæ, ſuboſſeæ, monoſpermæ. *Nuclei* ſolitarii, globoſi.
REC. in medio calycis, lanatum.

XII. POLYANDRIA.

* 1548. XYLOSMA. *Forſt. flor.* 72. Myroxylon. *Forſt. gen.* 63.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadri-ſ. quinquepartitum: *foliolis* ſubrotundis, minutis, patentibus.

COR. nulla.

Nectarium minimum, annulare, crenulatum, ſtamina cingens.

STAM. *Filamenta* numeroſa (20-50) capillaria, calyce duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.

* *Femina.*

CAL. ut in Maſculis.

COR. ut in Maſculis.

Nectarium ut in Maſc.

PIST. *Germen* ovato-globoſum. *Stylus* vix ullus, cylindricus. *Stigma* obtuſum, planum, obſolete trifidum.

PER. *Bacca?* ſicca, oblonga, ſubbilocularis.

SEM. bina, triquetra, dorſo convexa, lateribus plana. *Diſſepimentum* incompletum in fundo baccæ.

* 1549. PERULA. Pera *Mutis act. holm.* 1784.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* diphyllum, minimum: *foliolis* oppoſitis, oblongis, concaviuſculis, patentibus; quorum ſuperius duplo majus.

COR. *Petalum* unicum, ſemigloboſo-concavum, dependens, baſi cordatum, apice vix emarginatum.

Nectarium: membranulæ multifidæ, ſubplicatæ, erectæ, receptaculo inter ſtaminum ſeries inſertæ.

STAM. *Filamenta* plurima (24 -- 30), ſerie duplici transverſim digeſta, craſſiuſcula, erecta, altitudine nectarii. *Antheræ* craſſiuſculæ, tetragonæ, oblongæ, obtuſæ, erectæ, ſupra nectarium elevatæ.

PIST. *Germina* quatuor, ſterilia; minima, ſubgloboſa, breviſſime pedicellata, ad angulos receptaculi ſupra nectarium poſita. *Stylus* breviſſimus, erectus. *Stigmata* tria: *lacinulis* peltatis, apicibus exſtantibus.

☼ *Femina* in diſtincta arbore.

CAL. *Perianthium* ut in mare, deciduum.

COR. ut in mare.

Nectarium ut in mare, membranulis approximatis, ſubinflatis, receptaculi diſcum replentibus.

PIST. *Germina* quatuor, fertilia, receptaculo inſerta, ut in mare, paullo majora, breviter pedicellata. *Stylus* ſingulis erectus, brevis, trigonus. *Stigmata* ut in mare.

PER. *Capſula* obovata ſubtrigona, e pedicello elongato dependens, trilocularis, trivalvis: *valvulis* bifidis, tandem bipartitis.

SEM. ſolitaria, obovato-truncata, lævia, parva.

OBS. *Calyx an potius bractea duplex? Cor. ante explicationem globoſa, ſutura longitudinali, qua dehiſcente orificium petali fit transverſum, receptaculum extra corollam fere prominet, floſque dependet ex ſubnutante apice pedunculi incurvati. Mutis.*

1550. CLIFFORTIA. *

☼ *Mas.*

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, coriaceis, patentibus, deciduis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* triginta (circiter), capillaria, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, oblongæ, obtuſæ, erectæ, compreſſæ.

☼ *Femina.*

CAL. *Perianthium* triphyllum, æquale, erectum, ſuperum, perſiſtens: *foliolis* acutis, lanceolatis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, filiformes, longi, plumoſi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* oblonga, teretiuſcula, bilocularis, coronata calyce.

SEM. ſolitaria, teretiuſcula, linearia.

XIII. MONADELPHIA.

* 1551. DOMBEJA. *Lamarck encycl. 2. p. 301.*

☼ *Mas.*

CAL. *Amentum* ovato-cylindraceum, imbricatum *Squamis*

plurimis, lignoſis brevibus, ſingula terminata *foliolo* lanceolato, acuto, coriaceo, inferne concavo, apice anguſtiore, recurvo.

Perianthium nullum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nulla, niſi Squamæ amentaceæ. *Antheræ* decem ſ. duodecim circum unamquamque ſquamam amentaceam congeſtæ, lineares, ſulcatæ, longitudine ſquamæ, hujus apici (infra foliolum) extremitate ſuperiore adnatæ, approximatæ & circum ſquamam conniventes, extremitate inferiore ſecedentes dum ſquama abrumpitur.

* *Femina.*

Cal. *Amentum* magnum, ſubrotundo-ovatum, arcte imbricatum germinibus plurimis, ſquamas mentientibus.

Perianthium nullum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſingulum cuneiformi-oblongum, ſubcompreſſum, baſi in acumen coarctatum, hinc lato, craſſo, calloſo. *Stylus* nullus. *Stigma* bivalve, valvulis inæqualibus: *interiore* minima, obtuſa; *exteriore* maxima, baſi lata, craſſa, introrſum ſupra internam curvata, terminata ligula lineari, acuto, tenui, adſcendente, longitudine fere germinis ſupra germen ad angulum rectum inflexa.

Per. nullum.

Sem plurima, in Strobilum ſubrotundum congeſta, imbricata; ſingula oblonga ſubcylindracea, verſus baſin obtuſe tetragona, apice aucta *ala* ſ. ligula brevi, lata, ſpatulata, marginibus incraſſata, incurva, adſcendente; putamine coriaceo, colorato, evalvi; nucleo oblongo, baſi ſubangulato, *Receptaculum* nudum, villoſum, obiter alveolatum.

Obs. *Figuram fructus exhibuit Cl. Daubenton in Mémoires d'Agriculture publiés par la Société Royale d'Agriculture de Paris* 1787. *Trim. d'Hiver t.* 1.

1552. JUNIPERUS. * *Tournef.* 361. Sabina *Bærh.* 2. *p.* 207. Cedrus *Tournef.* 361.

* *Mas.*

Cal. *Amentum* onicum, conſtans rachi communi, cui tres flores oppoſiti, triplici oppoſitione apponuntur, terminante decimo amentum: ſingulus flos pro baſi agnoſcit

Squamam latam, brevem, incumbentem, pedicello columnæ affixam.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* (*in floſculo terminali*) tria, ſubulata, inferne coalita in unum corpus; (*in floſculis lateralibus* vix manifeſta). *Antheræ* tres, diſtinctæ *in floſculo terminali*, at ſquamæ calycinæ in *lateralibus* adnatæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* tripartitum, minimum, germini adnatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* tria, perſiſtentia, rigida, acuta.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* carnoſa, ſubrotunda, inferna parte tribus oppoſitis tuberculis (e calyce accreto) iisque obſoletis notata, apice tribus denticulis (antea petalis) umbilicata.

Sem. *Offícula* tria, hinc convexa, inde angulata, oblonga.

1553. TAXUS. * *Tournef.* 362.

* *Mas.*

Cal. nullus: niſi *Gemma* ſimilis Perianthio tetraphyllo.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* numeroſa, coalita inferne in columnam, gemma longiorem. *Antheræ* depreſſæ, margine obtuſæ, octofidæ, baſi undique dehiſcentes (& dejecto polline) planæ, peltatæ, margine octofido notabiles.

* *Femina.*

Cal. ut in Mare.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* e receptaculo elongato in præputium globoſum, ſucculentum, apice dehiſcens, coloratum, tandem exſiccatione contabeſcens, evaneſcens.

Sem. unicum, ovato-oblongum, apice extra baccam prominens.

Obs. *Bacca iſta ſtricte loquendo pericarpium dici non debet. Notabilis eſt hæc ſpecies baccæ, nec ſimilis occurrit, niſi ſit Gaultheriæ.*

1554. EPHEDRA. * *Tourneſ.* 477.

* *Mas.*

CAL. *Amentum* compoſitum *ſquamis* unifloris, paucis, ſubrotundis, concavis, longitudine perianthii.

Perianthium proprium monophyllum, ſemibifidum, ſubrotundum, inflatum, parvum, compreſſum: *laciniis* obtuſis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* ſeptem, coalita in columnam ſubulatam, apice diviſam, longiorem calyce. *Antheræ* ſubrotundæ, extrorſum verſæ, quarum *quatuor* inferiores: reliquæ *tres* ſuperiores.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* quintuplex, alterum alteri impoſitum, alternatis laciniis, in figuram ovatam: *ſingulum* monophyllum, ſubovatum, bipartitum; *exteriora* minora.

COR. nulla.

PIST. *Germina* duo, ovata, magnitudine ultimi perianthii, cui impoſita. *Styli* ſimplices, filiformes, breves. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Squamæ calycinæ* omnes incraſſatæ, ſuccolentæ, baccam diviſam conſtituentes.

SEM. duo, ovato acuta, hinc convexa, inde plana, a calyce undique tegente compreſſa.

1555. CISSAMPELOS. † Caapeba *Plum.* 29.

* *Mas.*

CAL. nullus, niſi corollam dicas.

COR. *Petala* quatuor, ovata, plana, patentia.

Nectarium diſcus floris membranaceus, rotatus.

STAM. *Filamenta* quatuor, minima, coalita. *Antheræ* latæ, planæ.

* *Femina.*

CAL. nullus, niſi Bractea.

COR. nulla.

Nectarium margo lateralis germinis membranaceus, extrorſum dilatatus.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres. *Stigmata* tria, erecta, acuta.

PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.

SEM. ſolitarium, rugoſum, ſubcompreſſum.

* 1556. ALCHORNEA. *Soland. Swartz. prodr. 98. Auctore D. D. Swartz.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* 3---5 phyllum: *foliolis* ovatis, concavis, æqualibus, coloratis, deciduis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* octo, æqualia, vix calyce longiora, basi leviter connata. *Antheræ* ovatæ, erectæ.

PIST. rudimentum.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadri-s. quinquedentatum: *dentibus* æqualibus, parvis.

COR nulla.

PIST *Germen* didymum, superum. *Styli* duo, longissimi, filiformes. *Stigmata* simplicia, acuta.

PER. *Capsula* baccata, dicocca, bilocularis, bivalvis.

SEM. solitaria, magna, oblonga.

* 1557. DRYANDRA. *Thunb. nov. gen. 60. fl. jap. 13.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* diphyllum: *laciniis* ovatis, acutis.

COR. *Petala* quinque, oblongo-obovata, reflexo-patula, calyce longiora.

STAM. *Filamenta* novem, inferius in unum corpus coalita, inæqualia, corolla dimidio breviora. *Antheræ* minutæ.

* *Femina*, in distincta arbore.

CAL. . .

COR. . .

PIST. . .

PER tri-s. tetracoccum, tri-s. quadrisulcatum, rugosum, carnosum.

SEM solitaria, oblonga. *Kampfer.*

† 1558 ADELIA † *Lamarck encycl. 1. p. 40.* Bernardia *Brown.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, tripartitum: *laciniis* oblongis, recurvis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* multa, capillaria, longitudine calycis, basi in cylindrum connata. *Antheræ* subrotundæ.

✲ *Femina.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, persistentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, breves, divaricati. *Stigmata* lacera.

PER. *Capsula* tricocca, subrotunda, trilocularis.

SEM. solitaria, subrotunda.

XIV. SYNGENESIA.

1559. RUSCUS. **Tournef.* 15. *Dill. elth.* 250. 251. --- *Gærtn.* 16.

✲ *Mas.*

CAL. *Perianthium* hexaphyllum, erecto-patens: *foliolis* ovatis, convexis, margine laterali reflexis.

COR. *Petala* nulla, nisi folia alterna calycina dicas.

Nectarium centrale, ovatum, magnitudine calycis, inflatum, erectum, coloratum, apice perforatum.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* tres, patentes, apici ipsius nectarii insidentes, basi coalitæ.

✲ *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. *Petala* ut in mare.

Nectarium ut in mare.

PIST. *Germen* oblongo-ovatum, intra nectarium absconditum. *Stylus* cylindraceus, longitudine nectarii. *Stigma* obtusum, per os nectarii prominens.

PER. *Bacca* globosa, trilocularis.

SEM. bina, globosa,

OBS. *Species datur floribus hermaphroditis, ubi Calyx modo ore sexfido globosus est.*

R. racemosus *floribus hermaphroditicis instruitur.*

Raro in his & affinibus (Smilace, Rajania, Tamo &c.) semina omnia ad maturitatem perveniunt: communiter unicum accrescens suffocat fratres.

* 1560. NEPENTHES. †

✲ *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, interne colo-

ratum, patens, quadripartitum: *laciniis* ſubrotundis, minute denticulatis, ſubæqualibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum, columnare, cylindricum, erectum, calyce paullo brevius. *Antheræ* plures (15 - 17), uniloculares, connatæ in capitulum convexum, peltatum, centro concavum, circum ſupremam filamenti partem, quarum tres in vertice, transverſæ.

* *Femina*, in diſtincta planta.

Cal. ut in Mare, perſiſtens.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum, quadriſulcatum, ſuperum, longitudine calycis. *Stylus* nullus. *Stigma* magnum, peltatum, quadrilobum, quatuor foveis exſculptum, perſiſtens.

Per. *Capſula* oblonga, columnaris, truncata, ſtigmate perſiſtente coronata, quadrangularis: lateribus ſulcatis, quadrilocularis, quadrivalvis, angulis dehiſcens: diſſepimentis contrariis.

Sem. numeroſa, ovalia, incluſa *Arillis* longis, membranaceis, angulatis, utrinque acuminatis, ſinguli loculamenti angulo interiori duplici ſerie oblique adfixis.

* 1561. XANTHE. Quapoya *Aubl.* 343. 344.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinque- vel ſexpartitum: *laciniis* parvis, imbricatis, ſubrotundis, concavis, acutis; baſi auctum *ſquamis* duabus oppoſitis, exiguis.

Cor. *Petala* quinque vel ſex, ſubrotunda, calyce majora, patentia.

Stam. *Filamentum* unicum, columnare, erectum. *Antheræ* quinque vel ſex, bilobæ, connatæ in capitulum ſcutiforme, peltatum, centro concavum, glutine plenum; ſubtus dehiſcentes.

* *Femina.*

Cal. ut in Mare, perſiſtens.

Cor. ut in Mare.

Stam. *Filamentum* nullum. *Antheræ* quinque, prismaticæ, erectæ, ſteriles.

Pist. *Germen* ſubrotundum, quinque-vel ſexſtriatum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque vel ſex, ſubrotunda, craſſa, emarginata, germini inſidentia.

Per. *Capſula* globoſa, parva, quinque-ſ. ſex ſulcata, quinque-ſ. ſex locularis, quinque ſ. ſexvalvis, ſuleis dehiſcens:

diſſepimentis membranaceis, receptaculo ſeminum adhærentibus.

Sem. plurima, oblonga, pulpa involuta, ſeriebus ſimplicibus adfixa *receptaculo* columnari quinquangulari vel ſexangulari.

* 1562. MYRISTICA. *Thunb. nov. gen.* 83. *diſſ. de Myriſtica Upſ.* 1788. *Gærtn.* 41. *Swartz. prod.* 96. *Bot. Mag.* 6. *p.* 22. *t.* 1 --- 3. Virola *Aubl.* 345. *Auctore D. D. Swartz.*

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, trifidum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum, columnare, cylindricum, erectum, calyce brevius. *Antheræ* tres ad decem, (12 — 13. *Bot. Mag.*) lineares, connatæ, circum ſupremam partem filamenti adnatæ.

* *Femina*, in diſtincta arbore.

Cal. *Perianthium* ut in Mare, deciduum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum: *laciniis* ovatis, patulis.

Per. *Capſula* drupacea, carnoſa, ſubrotunda, unilocularis, tandem bivalvis, altero latere citius rumpens. *Arillus* inter pericarpium & nucem, ſubcarnoſus, pinguis, in lacinias longitudinales ſubdiviſus.

Sem. *Nux* ſubrotunda, unilocularis, evalvis, putamine tenui. *Nucleus* ſubrotundus, gyris flexuoſis variegatus.

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA.

POLYGAMIA eſt, cum præter Florem Hermaphroditum alius Flos, in eadem ſpecie, ſexu diverſus progignitur.

Obs. *Neceſſe itaque eſt, ut ſemper adſit Flos Hermaphroditus: alter enim, qui Polygamiam conſtituat, aut Maſculus aut Femineus aut uterque eſſe poteſt.*

Hermaphroditus flos ab altero ſexu communiter deficit, proin maſculus vel femineus flos neceſſarius evadit.

Modi Polygamiæ *ſequentes poſſibiles ſunt.*

1. *in* Monœcia *per* Hermaphroditos, *ut Muſa.*
   per Mares. *Veratrum, Valantia, Ophioxylon, Celtis, Acer.*
   per Feminas. *Parietaria, Atriplex.*
2. *in* Diœcia *per* Hermaphroditos.
   per Mares. *Chamærops, Fraxinus, Dioſpyros, Nyſſa, Panax, Arctopus.*
   per Feminas. *Rhodiola, Gnaphalii ſpecies, Rumex alpinus.*
3. *in* Triœcia *per* Mares & Feminas. *Ficus, Ceratonia.*

Cum nulla Triœcia ſeu Polyœcia dari poſſit, ubi non ſit Polygamia, nec operæ pretium foret diſtinctam inde conſtituere claſſam, nec juſtum.

Plura forte ad hanc claſſem amandari poſſent genera, dum plures liceat examinare vivos flores, e. gr. *Ilex* Mill. Gerard. *Æſculus* D. v. Royen *Laurus* Mill. *Rhamnus, Rhus &c.*

POLYGAMIA.

I. MONOECIA.

1563. *Muſa.*
1564. *Veratrum.*
1565. *Holcus.*
1566. *Andropogon.*
1567. *Anthiſteria.*
1568 *Chloris.*
1569. *Iſchæmum.*
1570. *Maniſuris.*
1571. *Apluda.*
1572. *Aegilops.*
1573. *Rottbœllia.*
1574. *Cenchrus.*
1575. *Valantia.*
1576. *Parietaria.*
1577. *Atriplex.*
1578. *Ophioxylum.*
1579. *Wheelera.*
1580. *Brabejum.*
1581. *Xanthorrhiza.*
1582. *Anacardium.*
1583. *Terminalia.*
1584. *Cluſia.*
1585. *Stalagmites.*
1586. *Mammea.*
1587. *Calophyllum.*
1588. *Hypelate.*
1589. *Kœlreutera.*
1590. *Acer.*
1591. *Celtis.*
1592. *Gouana.*
1593. *Coprosma.*
1594. *Hermas.*
1595. *Mimoſa.*

II. DIOECIA.

1596. *Gleditſchia.*
1597. *Fraxinus.*
1598. *Dioſpyros.*
1599. *Nyſſa.*
1600. *Stilbe.*
1601. *Arctopus.*
1602. *Pennantia.*
1603. *Piſonia.*
1604. *Panax.*
1605. *Breynia.*
1606 *Moringa.*
1607. *Griſelinia.*
1608. *Burſera.*
1609. *Lightfootia.*
1610. *Chryſithrix.*
1611. *Spinifex.*

III. TRIOECIA.

1612. *Ceratonia.*
1613. *Ficus.*

I. MONOECIA.

† 1563. MUSA. * *Muſ. Cliff.* 2. *Plum.* 34. *Garc. A. A.* 1730. *n.* 415. *t.* 2. --- *Trew. commerc.* 1741. *t.* 5. *Ehret. t.* 18 --- 23. *Breyn. Act. N. C.* 8. *app.* 180. *Gærtn.* II.

* *Hermaphroditi* Flores plures, verſus baſin Spadicis ſimplicis, *Spathis* alternis diſtincti.

CAL. *Spatha* partialis ovato-oblonga, plano-concava, magna, multiflora.

COR. inæqualis, ringens: petalo conſtituente labium ſuperius, nectario vero labium inferius.

Petalum erectum, ligulatum, truncatum, quinquedentatum, baſi antice connivens.

Nectarium monophyllum, cordatum, naviculare, compreſſum, acuminatum, extrorſum patens, petalo brevius, intra ſinum petali inſertum.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, quorum quinque, intra petalum, erecta, ſextum intra nectarium, reclinatum. *Antheræ* lineares, a medio ad apicem filamento adnatæ; ſæpiſſime tantum unica in filamento ſexto, in reliquis minimæ, vel nullæ.

PIST. *Germen* maximum, obtuſe triquetrum, longiſſimum, inferum. *Stylus* cylindraceus, erectus, longitudine petali. *Stigma* capitatum, ſubrotundum, obſolete ſexfidum.

PER. *Bacca* carnoſa, corio tecta, obſolete tri-ſ. hexagona, hinc gibba, unilocularis, meditullio inani.

SEM. plurima, nidulantia, ſubgloboſa, rugoſo-tuberculata, baſi excavata, *Gærtn.*; vel tantum rudimenta.

* *Maſculi* in eodem Spadice, ſupra Hermaphroditos, Spathis diſtincti.

CAL. *Spatha* ut in Hermaphroditis.

COR. ut in Hermaphroditis.

Nectarium ut in Hermaphroditis.

STAM. *Filamenta* ut in Hermaphroditis, æqualia, erecta. *Antheræ* ut in Hermaphroditis; in filamento intra nectarium poſito, ſæpiſſime minima vel nulla.

PIST. *Germen* ut in Hermaphroditis, ſed minus. *Stylus* & *Stigma* ut in Hermaphroditis, ſed minora & obſoletiora.

Per. abortit.
Sem.
Obs. *Flores, ſæpe monſtroſi, numero partium Corollæ, ſtaminum & Antherarum cum imperfectarum cum perfectarum admodum ludunt, & idcirco cum deſcriptione Linneana non ſemper ex aſſe congruunt. Stamina quinque tantum, nuper obſervavit Scopoli. S.*

† 1564. VERATRUM. * *Tournef.* 145 -- *Gærtn.* 18.

✲ *Hermaphroditus.*

Cal. nullus, niſi corollam dicas.
Cor. *Petala* ſex, oblonga, lanceolata, margine tenuiora, ſerrata, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* ſex ſubulata, germina prementia, apicibus patentiora, corolla dimidio breviora. *Antheræ* quadrangulæ.
Pist. *Germina* tria, erecta, oblonga, deſinentia in *Stylos* vix manifeſtos. *Stigmatibus* ſimplicibus, parulis.
Per. *Capſulæ* tres, oblongæ, erectæ, compreſſæ, unilaculares, univalves, introrſum dehiſcentes.
Sem. plura, oblonga, altera extremitate obtuſiora, compreſſa, membranacea, duplici ſerie affixa.

✲ *Maſculus flos* in eadem planta, infra femineos.

Cal. ut in maſculo.
Cor. ut in maſculo.
Stam. ut in maſculo.
Pist. *Rudimentum* obſoletum, vanum.

† 1565. HOLCUS. * *Mieg. act. helv.* 8. *t.* 4. Sorgum *Mich.*

✲ *Hermaphroditi* Flores, ſeſſiles.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, ſubovata, obtuſa, coriacea, mutica: *Valvula exteriore* magna, concava, apice ſubtridentata; amplexante *interiorem* oblongam, lateribus convolutam.
Cor. *Gluma* bivalvis, tenella, villoſa, calyce minor: *Valvula* exteriore minore, intra valvulam calycinam interiorem poſita, in plurimis apice bifida, ariſtata: *ariſta* e diviſura glumæ, longa ſ. brevi, geniculata, tortili; interdum nulla.
Nectarium triphyllum: *foliolis* duobus cartilagineis,

truncatis, tertio oppoſito, ovato ſ. lanceolato, villoſo.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, tenerrima. *Antheræ* oblongæ, bifidæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo, capillares, divergentes. *Stigmata* oblonga, plumoſa.

PER. nullum. *Glumæ corollæ calycisque* ſemen obvolvunt, includunt.

SEM. ſolitarium, ovatum, tectum, ariſta corollæ, facile decidente, armatum.

* *Maſculi* Flores pedunculati, ſolitarii ſ. gemini ſingulo Hermaphrodito adſtantes, minores.

CAL. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* ovato lanceolatis, acutiuſculis, paleaceis, muticis: *Valvula exteriore* concava, amplexante interiorem, anguſtiorem.

COR. *Gluma* bivalvis, minor, tenerior: *Valvula exteriore* intra interiorem calycis, breviore, bidentata, mutica, *interiore* marginibus conduplicata.

Nectarium ut in Hermaphroditis.

STAM. *Filamenta* tria, ut in Hermaphrodito.

PIST. *Germen* parvum, angulatum, abortiens. Styli duo, ſetacei. *Stigmata* nulla.

† 1566. ANDROPOGON. * *Roy. Lugdb.* 52.

* *Hermaphroditi* Flores ſeſſiles.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, oblonga, obtuſa, cartilaginea, mutica: *Valvula exteriore* concava, dorſo planiuſcula, marginibus amplexante *interiorem* anguſtiorem; baſi cincta lanugine bipartita.

COR. *Gluma* bivalvis, calyce tenuior, minor: *valvula* exteriore minore, ſæpe minima, intra valvulam calycis interiorem poſita, acuta ſ. apice bifida, in plurimis ariſtata: *ariſta* terminali ſ. e. diviſura glumæ egrediens, longa, geniculata, inferne tortili; *interiore* lanceolata, marginibus conduplicatis.

Nectarium diphyllum: *foliolis* craſſiuſculis, diaphanis.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, tenerrima. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifidæ, incumbentes.

PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* oblonga, plumoſa.

PER. nullum. *Glumæ corollæ calycisque* ſemen obvolventes, includentes.

SEM.

Sem. ſolitarium, oblongum, tectum, ariſta corollæ, facile decidente, armatum.

* *Maſculi* Flores pedunculati, ſolitarii ſ. gemini ſingulo Hermaphrodito adſtantes.

Cal. ut in Hermaphrodito.

Cor. ut in Hermaphrodito, ſed absque Ariſta.

Nectarium ut in Hermaphrodito.

Stam. ut in Hermaphrodito.

* 1567. ANTHISTERIA. *Linn. fil. nov. gen. gram.* 35. *ſuppl.* 13.

Cal. *Gluma* quadrivalvis: *valvulis* æqualibus, oblongis, planis, obtuſiuſculis, coriaceis, erecto-patentibus, triflora ſ. quadriflora.

Floſculus hermaphroditus ſeſſilis; *maſculi* pedicellati, hermaphrodito ſimillimi.

Cor. *Gluma* bivalvis: *valvulis* lanceolatis, acutis, muticis: *exteriore* majore.

Nectarium.

Stam. *Filamenta* tria, brevia, filiformia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. Hermaphrodito *Germen* oblongum, e cujus baſi *ariſta* torta. *Styli* duo. *Stigmata* clavata, piloſa.

Peric. nullum, niſi *Calyx* clauſus.

Sem. oblongum, glabrum, ſulco exaratum.

Obs. *Ab omnibus Graminibus cognitis primo intuitu diſtinguitur Calyce quadrivalvi. Linn.*

* 1568. CHLORIS. * *Swartz. prodr.* 25. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Gluma communis*, bivalvis: *Valvulis* oblongis, carinatis, coloratis, *exteriore* paullo majore, mutica ſ. ariſta brevi terminata; continens *Floſculum Hermaphroditum* ſeſſilem, & *Maſculum* pedicellatum.

* *Hermaphroditus.*

Cal. nullus.

Cor. *Gluma* bivalvis, biflora: *Valvula exteriore* gluma communi calycina majore: carinata, oblonga, acuminata, ſæpius dorſo verſus apicem ariſtata: *ariſta* glumis longiore, capillari; *interiore* multo minore, intra alteram incluſa, mutica.

Nectarium diphyllum: *foliolis* carnoſis, truncatis, hyalinis, minimis. *S.*

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudiue glumæ. *Antheræ* lineares, bifurcatæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo, valvulis longiores. *Stigmata* villoſa.

PERIC. nullum. *Valvulæ* corollinæ perſiſtentes includunt

SEM. ſolitarium, oblongum.

* *Maſculus Flos* breviſſime pedicellatus, floſculo ſeſſili dimidio minor, plerumque tabeſcens.

CAL. nullus.

COR. *Gluma* univalvis, acuta, ariſtata: *ariſta* terminali.

STAM. ſi adſunt, *Filamenta* unum, duo ſ. tria breviſſima. *Antheræ* minutiſſimæ.

OBS. *Gluma corollæ exterior reſpectu ſpicæ interior eſt, ſicut Flos Maſculus exterior. S.*

† 1569. ISCHAEMUM. †

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis, cartilaginea, transverſim poſita: *Valvulis* ſubæqualibus: *exteriore* ſubovata, gibba, apice bifido, acuto, dorſo ſuperius medio plano, ſtriato, marginato; *interiore* oblonga, acuminata ſ. apice ariſtata, dorſo ſub apice membrana longitudinali aucto.

Floſculus exterior maſculus, interior hermaphroditus; uterque calyce minor.

COR. Hermaphrodito *Gluma* bivalvis: *Valvulis* membranaceis, tenuibus, hyalinis: *exteriore* ventricoſa, mutica, ſ. ariſtata, ad ariſtam usque bifida, acuta: *ariſta* longa, tenui, geniculata, inferne tortili; *interiore* lanceolata, acuta, marginibus conduplicata.

Maſculo *Gluma* bivalvis, paullo firmior, diaphana, ſubcolorata: *exteriore* oblonga, ventricoſa, ſuperne contracta, acuta, mutica; *interiore* oblonga, obtuſa, dorſo concavo, acute marginato, margine tenuiore.

Nectarium ſingulis diphyllum: *foliolis* parvis, ſpathulatis, truncato-emarginatis.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifidæ.

PIST. Hermaphrodito *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, erecti, corolla breviores. *Stigmata* oblonga, plumoſa, patentia, exſerta.

PER. nullum. *Calyx* & *Corolla.* immutata.

Sem. (Hermaphrodito) unicum, oblongum, lineare, hinc convexum.

Obs. *Flores ſpicati, geminati: alter ſubſeſſilis alter pedicello lato glumaceo inſidens; uterque hermaphroditus. S.*

† 1570. MANISURIS. † *Linn. fil. nov. gen. gram. 21. f. 1-7.*

* *Hermaphroditi* Flores, in adverſo latere ſpicæ flexuoſæ, articulatæ, imbricati, alterni: ſinguli ſingulis articulis, hinc excavatis, impacti.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvula exteriore* majore, coriacea, ſubrotunda, medio ſcabra, apice lateribusque emarginata, ſ. integra; *interiore* minore, lato-lanceolata, membranacea, exteriori adpreſſa.

Cor. *Gluma* bivalvis, membranacea, tenuis, diaphana, calyce minor, incluſa: *exterior* marginibus amplectens interiorem, minorem.

Nectarium.

Stam. *Filamenta* tria, filiformia, exſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, breves, filiformes. *Stigmata* oblonga, barbata, patentia, utrinque exſerta.

Per. nullum. *Calyx* ſemen fovens.

Sem. unicum, ovatum.

* *Maſculi* flores, marginales, alterni, in averſo latere ſpicæ utrinque.

Cal. *Gluma* uniflora, teretiuſcula, bivalvis: *Valvulis* parallelis, ovato-lanceolatis, obtuſis, ſtriatis, coriaceis, membrana auctis, ſubæqualibus.

Cor. *Gluma* bivalvis, membranacea, tenuis, magnitudine fere calycis: *Valvula exteriore* ovata, obtuſa, convoluta; *interiore* lanceolata, plicata, vix longiore.

Nectarium.

Stam. *Filamenta* tria, breviſſima, vel nulla. *Antheræ* ut in Hermaphroditis.

Obs. *Gluma interior calicyna floris hermaphroditi, ſaltem in M. myuro, rhachi certe non eſt adglutinata, ut deſcribitur & depingitur in b. Linnei diſſ. ſupra allegata. S.*

† 1571. APLUDA. † Schœnanthus *Scheuchz. 118. t. 3. f. 2.*

Cal. *Involucrum commune* univalve: *valvula* ovata, concava, nervoſa, acumine ſ. foliolo breviſſimo terminata, biflora:

flore inferiore ſeſſili in *baſi* brevi, ovata, truncata, cava, continuata in *Pedicellos* duos oppoſitos, (ad ſingulum latus floris unum,) glumaceos, lineares, planos, verticales; quorum *alteri* inſidet *flos ſuperior*; alteri Rudimentum floris breviſſimum.

* *Flos inferior*, hermaphroditus, totus fere inter pedicellos latens.

CAL *Involucrum proprium* univalve: *valvula* lanceolata, compreſſa, rigida, apice bidentata, glabra, marginibus inferne florem amplexante; involucro communi oppoſita.

Gluma uniflora, bivalvis: *valvulis* membranaceis, diaphanis, involucro brevioribus: *exteriore* naviculari, dorſo gibba, carinata, apicem verſus contracta, acuminata; *interiore* ventricoſa, acutiuſcula, minore.

COR. *Gluma* bivalvis, membranacea, tenuiſſima, hyalina: *valvula* exteriore naviculari, compreſſa, glabra, dorſo gibba, bifida, acuta, intra apicem ariſtata, intra valvulam calycis exteriorem abſcondita, eaque breviore; *interiore* lanceolata, plana, acuta, utroque margine conduplicata, exteriore paullo longiore.

Nectarium minimum, diphyllum, truncato-rotundatum, hyalinum.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* lineares, utrinque bifidæ.

PIST. *Germen* oblongum, parvum. *Styli* duo, capillares, erecti, germine longiores. *Stigmata* oblonga, villoſa, patentia, utrinque e flore exſerta.

PER. nullum. *Corolla* fovet ſemen, dehiſcit, dimittit.

SEM. ovato-oblongum, compreſſum, glabrum.

* *Flos ſuperior*, minor.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* lanceolatis, latiuſculis, planis, acutis, nervoſis, ſubæqualibus.

Floſculus alter (intra valvulam calycinam interiorem) femineus; alter maſculus ſ. neuter.

COR. Feminei: *Gluma* bivalvis: *valvulis* membranaceis, hyalinis: *exteriore* ventricoſa, angulata, mucronata; *interiore* lanceolata, anguſtiore, breviore, obtuſa.

Maſculi: *Gluma* bivalvis: *valvulis* lanceolatis, membranaceis, hyalinis: *exteriore* ſubventricoſa, acuta; *interiore* anguſtiore, breviore.

Nectarium utrisque ut in flore inferiore.

STAM. *Maſc.* ut in flore inferiore.

PIST. Femin. ut in Fl. inferiore.

PER. & SEM. Femin. ut in flori inferiore.

OBS. *Interdum uterque floſculus ſuperioris Floris maſculinus eſt. S.*

† 1572. ÆGILOPS. *

* *Hermaphroditi flores* bini laterales.

CAL. *Gluma* bivalvis, triflora, maxima: *valvulis* ovatis, truncatis, ſtriatis; *ariſtis* variis.

COR. *Gluma* bivalvis: *Valvula exteriore* ovata, duplici triplicive ariſta terminata *Valvula interiore* lanceolata, erecta, mutica, margine longitudinaliter inflexa.

Nectarium diphyllum: *foliolis* ovatis, planis, hyalinis, minimis.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* piloſa.

PER. nullum. *Valvula* interior corollæ adnaſcitur ſemini nec dehiſcit.

SEM. oblongum, hinc convexum, inde ſulcatum.

* *Maſculus Floſculus* intermedius.

CAL. Hermaphroditorum datus, communis.

COR. ut in Hermaphrodito.

Nectarium ut in Hermaphrodito.

STAM. ut in Hermaphrodito.

PIST. ſimile Hermaphroditi, ſæpe abortiens.

* 1573. ROTTBOELLIA. *Linn. fil. nov. gen. gram. 23. ſuppl. 13. Character emendatus.*

RECEPTACULUM *commune* elongatum in ſpicæ cylindraceæ *Rhachin* articulatam: articulis alternatim excavatis, excipientibus *Flores* duplicis ſtructuræ: *alios* (calyce) uniglumes, craſſiori denti inſidentes, hermaphroditos; *alios* biglumes, ſingulos ad alterutrum latus priorum (alternatim) paullulo inferius inſertos, iisque paullo minores, hermaphroditos femineos? in quibusdam ſpeciebus tantum alterutros.

* *Hermaphroditi, uniglumes.*

CAL. *Gluma* uniflora, univalvis: *Valvula* cartilaginea, ovato-oblonga, baſi truncata, ſæpe emarginata, ſtriata, ſinum articuli (qui loco alterius valvulæ eſt) operculi inſtar claudente.

Cor. *Gluma* bivalvis, calycinæ parallela, eaque brevior: *Valvulis* lanceolatis, acutis, concavis, membranaceis, hyalinis: *exteriore* longiore, interiore marginibus inflexis.

Nectarium monophyllum, lanceolatum, obtuſum, membranaceum, hyalinum, germine longius.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifidæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, filiformes. *Stigmata* oblonga, plumoſa, patentia, exſerta.

Per. nullum. Sinus articulorum ſpicæ gluma calycis clauſi ſemen continent, donec rhachis articulatim diſcedat.

Sem. unicum, oblongum.

* *Hermaphroditæ? biglumes.*

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, transverſa: *Valvulis* cartilagineis, oblongis, mucronatis, ſtriatis: *exteriore* paullo breviore, brevius mucronata.

Cor. *Gluma* bivalvis, transverſa: *Valvulis* lanceolatis, membranaceis, calyce brevioribus: *exteriore* concava, longiore; *interiore* marginibus conduplicatis.

Nectarium ut in Fl. uniglumi; (vel diphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis.)

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifidæ.

Pist. *Germen* oblongum (ſ. ovatum.) *Styli* duo, capillares. *Stigmata* oblonga, plumoſa, patentia, exſerta.

Per. nullum. *Calyx* & *corolla* ſemen fovent, rhachi articulatim diſcedenti adfixa.

Sem. unicum, ovatum ſ. oblongum.

Obs. *Utriusque fabricæ flores reperiuntur in R. exaltata, corimboſa, aliisque; uniclumes tantum, in R. cylindrica (Gr. loliaceum, ſpicis articuloſis erectis T. Monti prodr. 43. fig. 28.) & compreſſa; biglumes tantum, in R. incurvata. Ubi utrique adſunt, utrique etiam hermaphroditi eſſe videntur; niſi forte in his biglumes antheras habeant ſteriles, in eorum ſtylis & ſtigmatibus enim nullam labem detegere potui. Si alterutri tantum adſunt, hermaphroditi ſunt. Poſſet itaque hoc genus ceterum Aegilopi proximum, Triandria Digynia locari. — Nectarium diphyllum non niſi in R. incurvata obſervavi. S.*

† 1574. CENCHRUS. * Panicaſtrella *Mich.* 31.

CAL. *Involucrum* urceolatum, compreſſum, partitum, *laciniis* numero & figura variis; extus echinatis (hamulis), ſetoſis, ſquarroſis ſ. inermibus; tri-ſ. quadriflorum.

Gluma ſubbiflora, bivalvis: *Valvulis* lato-lanceolatis, acutis, concavis, membranaceis, ſubcarinatis, corolla brevioribus: *exteriore* paullo breviore.

Floſculi vel ambo hermaphroditi; vel alter hermaphroditus, alter maſculus ſ. neuter.

COR. ſingulis bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, muticis, concavis, ſubæqualibus; *exteriore* acuminata, *interiore* anguſtiore, ſæpe tantillo minore.

Nectarium nullum.

STAM. ſingulis *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollulæ. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifidæ,

PIST. Hermaphroditis *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, bifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* oblonga, plumoſa, patentia.

PER. nullum. *Calyx* & *Corolla* includunt ſemen.

SEM. unicum, ſubrotundum.

OBS. *Commode in Triandriam Monogyniam transferri poteſt. S.*

1575. VALANTIA. * *Tournef. A.* G. 1706. *t.* 3. *Dill. gen.* 8. *Mich.* 7. Cruciata *Tournef.* 39.

* *Hermaphroditus Flos* ſolitarius.

CAL. vix ullus, cujus loco Germen.

COR. monopetala, plana, quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.

STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* magnum, inferum. *Stylus* longitudine ſtaminum, ſemibifidus. *Stigmata* capitata.

PER. *coriaceum*, compreſſum, reflexum.

SEM. unicum, globoſum.

* *Maſculus flos* hermaphrodito utrinque ſolitarius adſiſtens.

CAL. vix ullus, cujus loco germen.

COR. monopetala, plana, tripartita aut quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.

Stam. *Filamenta* 4. ſ. 3. longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* parvum, inferum. *Stylus* & *Stigmata* obſoleta, vixque notabilia.
Per. abortit; at *rudimentum* tenue oblongum adhæret lateri hermaphroditi.
Sem. nullum.
Obs. *Flores* maſculi trifidi *in V. murali & Aparine; quadrifidi in articulata & cruciata.*

1576. PARIETARIA. * *Tournef.* 289.

* *Hermaphroditi Flores* duo continentur *Involucro* plano, hexaphyllo: *foliolis* duobus oppoſitis & exterioribus majoribus.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, planum, obtuſum, magnitudine involucri dimidiati.
Cor. nulla: niſi Calycem dicas.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, perianthio florente longiora, illudque expandentia, perſiſtentia. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, coloratus. *Stigma* penicilliforme, capitatum.
Per. nullum. *Perianthium* elongatum, majus, campanulatum, ore laciniis conniventibus clauſo.
Sem. unicum, ovatum.

* *Femineus flos* unus inter hermaphroditos ambos, intra involucrum.

Cal. ut hermaphroditi.
Cor. nulla.
Pist. ut hermaphroditi.
Per. nullum. *Perianthium* tenue, involvens fructum.
Sem. ut in hermaphrodito.

1577. ATRIPLEX. * *Tournef.* 286. — *Gærtn.* 75.

* *Hermaphroditus Flos.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, iisque longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* reflexa.
PER. nullum. *Calyx* clauſus, pentagonus, quinque-angularis: *angulis* compreſſis, deciduis.
SEM. unicum, orbiculare, depreſſum.

* *Femineus Flos* in eadem planta.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* planis, erectis, ovatis, acutis, magnis, compreſſis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* compreſſum. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* reflexa, acuta.
PER. nullum. *Calycis* valvæ maximæ, cordatæ, inter ſe includentes ſemen.
SEM. unicum, orbiculatum, compreſſum.
OBS. *Atriplex absque flore femineo eſſet* Chenopodium, & *Chenopodium cum flore ejusmodi femineo eſſet* Atriplex; *Summa ergo affinitas generum* Chenopodii, & Atriplicis.

1578. OPHIOXYLUM. †

* *Hermaphroditi* flores.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, acutum, erectum, minimum.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longus, filiformis, medio incraſſatus. *Limbus* quinquepartitus, patulus, absque nectario.
STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, in medio tubi. *Antheræ* acuminatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* didyma, bilocularis.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

* *Maſculi* flores in eadem planta.

CAL. ut in hermaphroditis (bifidus *Syſt. Veg.* 765.)
COR. monopetala, infundibuliformis; *Tubus* longus; *Limbus* quinquefidus.
Nectarium in ore corollæ, cylindricum, integerrimum.
STAM. *Filamenta* duo, breviſſima. *Antheræ* acuminatæ, conniventes intra nectarium.

* 1579. WHEELERA. †. *Schr.*

* *Hermaphroditi* Flores.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* ſubrotundis, erectis, corolla brevioribus.

Cor. monopetala, campanulata, patens, quinquepartita: *laciniis* ovatis, acutis.

Nectarium ſuburceolatum, in fundo floris.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla fere longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Filamenta quinque alia, alterna, fertilibus ſimillima, ſed breviora, caſtrata.

Pist. *Germen* conicum, villoſum, ſuperum. *Stylus* filiformis, corolla duplo longior. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* ſubrotunda.

Sem. *Nux* magna, ovata, uni-bi-ſ. trilocularis.

* *Maſculi* Flores, in eadem planta.

Cal. ut in Hermaphroditis.

Cor. ut in Hermaphroditis.

Stam. ut in Hermaphroditis.

* *Feminei* Flores, in eadem planta.

Cal. ut in Hermaphroditis.

Cor. ut in Hermaphroditis.

Pist. Per. Sem. ut in iisdem.

† 1580. BRABEJUM. † *Ex novis obſervationibus D. Mutis.* Brabyla *Mant.* 137.

Cal. *Amentum Squamis* ovatis, obtuſis, trifloris, pubeſcentibus.

Cor. monopetala, infundibuliformis, quadripartita: *laciniis* linearibus, obtuſis, ſuperne revolutis, deciduis.

Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, baſi laciniarum corollæ inſerta, longitudine vix corollæ. *Antheræ* parvæ, lateribus dehiſcentes.

Pist. *Germen* minimum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ſuperne fere craſſior. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* ſiccior, ſubrotunda, villoſa.

Sem. *Nux* globoſa.

* *Maſculi* in eadem arbore.

Cal. *Amentum* ut in Hermaphroditis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, quadri-ſ. quinquefida: *laciniis* oblongis, revolutis.

Stam. *Filamenta* quatuor ſ. quinque, fauci inſerta, mediocria. *Antheræ* oblongæ, adnatæ lateri interiori, filamentorum, excepto apice.

Pist. *Germen* nullum. *Stylus* filiformis, mediocris. *Stigmata* duo, erecta.

* 1581. XANTHORRHIZA. *Marshall arbuſt.* 167. Zanthorhiza *Hérit. ſtirp.* 38.

CAL. nullus, *niſi corollam dicas.*

COR. *Petala* quinque ovata, acuta, patentia.
Nectaria quinque, truncato-biloba, patentia, receptaculo inſerta, cum petalis alterna iisque breviora.

STAM. *Filamenta* quinque ad decem, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germina* plura (7-11,) oblonga. *Styli* ſubulati, incurvi. *Stigmata* acuta.

PER. *Capſulæ* totidem, inflatæ, ovato-oblongæ, compreſſæ, obtuſiuſculæ, ſtylo oblique acuminatæ, uniloculares, bivalves, apice dehiſcentes.

SEM. ſolitaria, oblonga, compreſſa, parva.

OBS. *Numerus petalorum interdum ſenarius obſervatur. Flores primi ſteriles. Marshall.*

† 1582. ANACARDIUM. *Rottbœll. coll.* 2. *p.* 252. Acajou *Tournef.* 435. --- Acajuba *Gærtn.* 40.

* *Hermaphroditus* Flos.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum; *foliolis* ovatis, concavis, coloratis, erectis, deciduis.

COR. *Petala* quinque, lanceolata, acuta, calyce triplo longiora, inferne erecta, apice reflexa.

STAM. *Filamenta* decem, baſi coalita, erecta; quorum novem capillaria, calyce breviora, unum craſſius, duplo longius, germini antice accumbens. *Antheræ* ſubrotundæ; in filamento longiori magna fertilis; in reliquis parvæ.

PIST. *Germen* reniforme, antice oblique emarginatum. *Stylus* ſubulatus, inflexus, longitudine corollæ. *Stigma* parvum, ſubrotundum, depreſſum, concavum.

PER. nullum. *Receptaculum* carnoſum, maximum, obovatum.

SEM. *Nux* reniformis, magna, in apice receptaculi; putamine craſſo, intus cellulaſo, oleifero.

* *Maſculi* Flores, Hermaphroditis immixti, vel in diſtincta arbore (*Rottb.*)

CAL. COR. STAM. ut in Hermaphroditis.

PIST. *Germen* nullum vel abortiens.

† 1583. TERMINALIA. *Jacq. collect.* 1. *p.* 130. *Forſt. eſc.* 20.

* *Hermaphroditi* Flores, inferiores racemi, prius florentes.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, quinquefidum, interne coloratum: *laciniis* ovatis, acutis, æqualibus.

Cor. nulla.

Nectarium urceolatum, in fundo calycis: conſtans *corpuſculis* quinque, parvis, hiſpidis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecto-patentia, calyce longiora, ejusque fundo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.

Pist. *Germen* inferum, ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

Per. *Drupa* ovalis, depreſſa, biſulca; ſ. compreſſa, acuminata.

Sem. *Nux* ovali-oblonga, bivalvis; *nucleo* oblongo.

* *Maſculi* ſuperiores, ſerius florentes.

Cal. ut in Hermaphroditis.

Cor. nulla.

Nectarium ut in Hermaphroditis.

Stam. ut in Hermaphroditis.

1584. CLUSIA. † *Plum.* 10. *Jacq. amer.* 270.

Cal. *Perianthium* 4. 5. ſ. 6-phyllum, imbricatum: *foliolis* concavis, perſiſtentibus, interioribus gradatim minoribus.

Cor. *Petala* 4, 5, 6. ſubrotunda, patentia, concava, magna.

Stam. *Filamenta* plura, ſimplicia, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices, apicis lateri adnatæ.

Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſtellatum, planum, obtuſum, perſiſtens.

Per. *Capſula* ovata, ſulcis exarata, locularis, *valvis* tum radiatim dehiſcentibus.

Sem. numeroſa, ovata, pulpa obtecta, affixa *Receptaculo* columnari, anguloſo.

Obs. *Numerus in parte fructus differt a quatuor ad duodecim proportione obſervata in ſtigmate, valvulis, loculis, &c.* Flores *alii a parte maſculina, alii a feminina ſteriles ſunt. In floribus femininis ex antheris coalitis* Nectarium *perficitur, germen includens. R.*

* 1585. STALAGMITIS. *Murray Commentat. Gotting. 9. p. 175.* Guttæfera *Kœnig. apud Murr. appar. 4. p. 655.*

* *Hermaphroditi* Flores.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, caducum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, coloratis, medio carnoſis, marginatis: duobus exterioribus, coriaceis, minoribus; duobus interioribus, tenuioribus, venoſis.

Cor. *Petala* quatuor, obovata, ſubcoriacea, ciliata, patentia, calyce majora; quorum duo oppoſita majora.

Stam. *Filamenta* triginta circiter, receptaculo carnoſo quadrangulari inſerta, clavata, truncata, ſubquadrangularia, erecta, longitudine corollæ, in quinque phalanges connata. *Antheræ* didymæ, erectæ.

Pist. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* erectus, craſſus, brevis. *Stigma* quadrilobum: lobis obcordatis, patentibus, perſiſtentibus.

Per. *Bacca* globoſa, unilocularis, ſtylo ſtigmateque coronata.

Sem. tria, oblonga, obſolete triangularia articulo terminata.

* *Mares* Hermaphroditis immixti.

Cal. ut in Hermaphroditis.

Cor. ut in Hermaphroditis; ambæ paullo minores.

Stam. ut in Hermaphroditis.

Pist. *Germen* nullum. *Styli* rudimentum in quibusdam, filiforme. *Stigma* echinatum, inæquale, ſterile.

Obs. *Calyx interdum hexaphyllus, ſtigma tantum trifidum. Kœnig. Stamina non ſemper polyadelpha?*

† 1586. MAMMEA. † *Jacq. amer.* 268. Mamei *Plum.* 4.

* *Hermaphroditus.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, bipartitum: *laciniis* ſubrotundis, concavis, coriaceis, coloratis, patentiſſimis, deciduis.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentiſſima, ſubcoriacea, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, erecta, breviſſima, receptaculo inſerta, deſinentia in *Antheras* oblongas, obtuſas, erectas.

Pist. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* cylindricus erectus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigma* capitatum, convexum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, carnoſa, maxima, ſtyli parte acuminata, cortice coriaceo, unilocularis.

Sem. quatuor, ſubovata, ſcabra, carne diſtincta.

* Mas in eadem vel diſtincta arbore.

Cal. ut in hermaphrodito.

Cor. ut in hermaphrodito.

Stam. ut in hermaphrodito.

† 1587. CALOPHYLLUM. *Jacq. amer.* 269. --- *Gærtn.* 43. Calaba *Plum. gen.* 18.

* *Hermaphroditus.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum; vel di-ſ. monophyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, coloratis, deciduis; vel nullum.

Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentia.

Stam. *Filamenta* plurima, vel decem, filiformia, brevia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ſ. nullus.

Per. *Drupa* globoſa, carnoſa.

Sem. *Nux* globoſa, ſubacuminata, maxima.

* *Mas* in eodem vel diſtincto individuo.

Cal. ut in hermaphrodito.

Cor. ut in eodem.

Stam. *Filamenta* plurima (ſexaginta circiter), erecta. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

* 1588. HYPELATE. *Brown.* 207. *Swartz. prodr.* 61. *Auct. D. D. Swartzio.*

* *Hermaphroditi.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, (rarius tetraphyllum,): *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, deciduis: quorum duo reliquis minora.

Cor. *Petala* quinque, ovata, calyce paullo minora, decidua. *Umbilicus* nectariferus circa germen.

Stam. *Filamenta* octo, patentia, circa baſin germinis, longitudine corollæ. *Antheræ* ovato-cordatæ.

Pist. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* brevis, erectus. *Stigma* deflexum, trigonum, triſulcatum, acutum.
Per. *Drupa* pulpoſa, ſubrotunda.
Sem. *Nux* ovalis, glaberrima, *nucleo* unico.

* *Maſculi*, in eadem arbore, ſed diſtincta panicula.

Cal. ut in Hermaphrodito.
Cor. ut in Hermaphrodito.
Nectarium ut in Hermaphrodito; e cujus medio
Stam. *Filamenta* octo, baſi conniventia, erecto-reflexa & adſcendentia, baſi latiora. *Antheræ* ovato-cordatæ.
Pist. *Germinis* rudimentum trigonum. *Stylus* ſubulatus, minimus.

* 1589. KOELREUTERA. *Laxmann nov. Comm. Petropol.* 16. *p.* 561. *t.* 18. *L'Hérit. ſert. t.* 19.

* *Hermaphroditi* Flores.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, inferum: *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, membranaceis, inæqualibus, verſus latus ſuperius adſcendentibus, inferne hiantibus.
Cor. *Petala* quatuor, æqualia, verſus latus ſuperius adſcendentia, duo infima oppoſita; *unguibus* tetiuſculis, erectis longitudine calycis; *laciniis* lanceolatis, apice recurvis, patentibus.
Nectarium: *ſquamulæ* quatuor, erectæ, bipartitæ, unguibus petalorum adnatæ, coronam faucis conſtituentes. *Glandulæ* tres, inter ſtamina & piſtillum.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, receptaculo columnari affixa. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* oblongum, triquetrum, receptaculo columnari inſidens. *Stylus* ſimplex, trigonus, adſcendens, longitudine petalorum. *Stigma* trifidum, patens, parvum.
Per. *Capſula* oblonga, trilocularis, columellæ inſidens.
Sem. bina.

* *Maſculi*, ſuperiores.

Cal. ut in Hermaphrodito.
Cor. ut in Hermaphrodito.
Stam. ut in Hermaphrodito.

1590. ACER. * *Tournef.* 386.

* *Hermaphroditi.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, coloratum, basi plana & integra, persistens.

COR. *Petala* quinque, ovata, extrorsum latiora, obtusa, calyce vix majora, patentia.

STAM. *Filamenta* octo, subulata, brevia. *Antheræ* simplices. *Pollen* cruciforme.

PIST. *Germen* compressum, immersum *Receptaculo* convexo, perforato, magno. *Stylus* filiformis, per dies altior excrescens. *Stigmata* duo, acuminata, tenuia, reflexa.

PER. *Capsulæ* numero stigmatum (2. s. 3.), basi coalitæ, subrotundæ, compressæ, ala membranacea maxima singulæ terminatæ.

SEM. solitaria, subrotunda.

* *Masculi Flores.*

CAL. ut in Hermaphrodito.

COR. ut in Hermaphrodito.

STAM. ut in Hermaphrodito.

PIST. *Germen* nullum. *Stylus* nullus. *Stigma* bifidum.

OBS. *Ad primam explicationem floris* Stigma *modo apparet, deinde aliquot post dies* Stylus.

A. Pseudo - Platano *Corolla vix a calyce distincta, & Stamina longa.* A. Negundo *Cor. nulla Stam.* 4-5.) A rubrum & Negundo *dioica.*

Flores, in eadem umbella Hermaphroditi, sæpe duplicis generis: inferiores Hermaphroditi feminei, quorum antheræ non dehiscunt, sed pistillum mox in fructum excrescit; superiores Hermaphroditi masculi, quorum antheræ pollen pluunt, pistilla vero non accrescunt, sed decidunt.

† 1591. CELTIS. *Tournef.* 383. --- *Gærtn.* 77.

* *Hermaphroditi* flores solitarii superiores.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, patulis, marcescentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, ab initio occultata antheris, farina excussa longiora. *Antheræ* oblongæ, crassiusculæ, quadrangulares, quadrisulcatæ.

PIST. *Germen* ovatum, acuminatum, longitudine calycis. *Styli* duo, patentes, varie inflexi, subulati, undique pubescentes, longissimi. *Stigmata* simplicia.

PER.

PER. *Drupa* globoſa, unilocularis.
SEM. *Nux* ſubrotunda.

* *Maſculi* flores in eadem planta, inferiores.

CAL. Ut in Hermaphroditis.
COR. nulla.
STAM. Ut in Hermaphroditis.
OBS. *Cal. in utrisque interdum ſexfidus & Stam. ſex. S.*

1592. GOUANA. *Jacq. amer.* 263.

* *Hermaphroditi.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, infundibuliforme, quinquefidum: *Tubo* perſiſtente; *Laciniis* ovatis, acutis, patentibus, deciduis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis, eoque alternantia. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes, calyptratæ: *calyptra* cucullata elaſtica.
PIST. *Germen* inferum. *Stylus* ſubulatus, ſemitrifidus. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Fructus* ſiccus, triqueter, tripartibilis in totidem ſemina.
SEM. *Fructus* partes tres, ſubrotundæ, ſubtriquetræ, bialatæ.

* *Maſculi* in eadem planta.

CAL. ut in Hermaphrodito.
COR. ut in Hermaphrodito.
STAM. ut in Hermaphrodito.
PIST. *Germen* nullum. *Stylus* ut in Hermaphrodito. *Stigmata* obſoleta (nulla).

* 1593. COPROSMA. *Forſt. gen.* 69. *Linn. fil. ſuppl.* 24.

* *Hermaphroditus.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, inferum, breviſſimum, perſiſtens; *denticulis* quinque acutis diſtantibus.
COR. monopetala, infundibuliformis, quinque-ſex-ſ. ſeptemfida: *laciniis* acutis, erectis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſex ſ. ſeptem, capillaria. *Antheræ* oblongæ, baſi bifidæ, erectæ, leviter incurvæ, acuminatæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, filiformes, baſi ſubcohærentes, corolla longiores, divaricati. *Stigmata* ſimplicia.
PERIC. *Bacca* ovato-globoſa, diſperma.
SEM. duo, ovata, hinc plana, inde convexa.

* *Maſculi* flores.
CAL. ut in Hermaphrodito.
COR. ut in Hermaphr.
STAM. ut in Hermaphr.

1594. HERMAS. †

* *Hermaphroditæ* umbella terminalis.
CAL. *Umbella univerſalis* multiradiata, hemiſphærica.
Partialis multiradiata: radio centrali florifero; reliquis abſque floſculo ullo.
Involucrum univerſale polyphyllum, lanceolatum, breve, perſiſtens.
Partiale ſubdiphyllum, lanceolatum, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium obſoletum, quinquedentatum.
COR. *univerſalis* floſculoſa.
Propriæ Petala quinque, oblongo-ovata, erecta, plana, integra, æqualia.
STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, petalis breviora. *Antheræ* ſteriles, oblongæ.
PIST. *Germen* inferum, compreſſum, corolla majus. *Styli* duo, filiformes, erecti, corolla longiores. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum. *Fructus* orbiculatus, baſi emarginatus, angulis dehiſcens.
SEM. duo, cordato-orbiculata, compreſſo-plana, marginata, notata ſtria unica longitudinali elevata.
* *Maſculæ* umbellæ laterales, ſeriores, ejusdem plantæ (*a D. Burmanno communicatæ*).
CAL. *Umbella univerſalis* ut Hermaphroditi.
Partialis multiradiata: radiis omnibus floriferis.
Involucrum ut Hermaphroditis.
Perianthium fere nullum.
COR. uti Hermaphroditis.
STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine corollulæ.
Antheræ polliniferæ, ovales, ſubdidymæ.

1595. MIMOSA * *Tournef.* 375. Acacia *Tournef.* 375. Inga *Plum.* 19.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, minimum.
COR. *Petalum* unicum, infundibuliforme, ſemiquinquefidum, parvum.

Stam. *Filamenta* capillaria, longiſſima. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus brevior. *Stigma* truncatum.
Per. *Legumen* longum, diſſepimentis transverſis, pluribus.
Sem. plurima, ſubrotunda figura varia.
Obs. Flores *multi Maſculi decidunt; alii feminei, alii hermaphroditi in variis ſunt.*
Mimoſæ T. *legumen articulatum*: *folia veluti ſenſitiva.*
Acaciæ T. *legumen cylindraceum; folia non moventia ſe a tactu.*
Ingæ Pl. *legumen carnoſum.*
Fructificationis *pars nulla in hoc genere conſtans.*
Calyx *quinquedentatus; aliis trifidus.*
Corolla *monopetala; aliis pentapetala; aliis nulla.*
Stamina *quibusdam multa, aliis decem, aliis quinque, aliis quatuor, aliis monadelpha; aliis caſtrata.*
Pericarpium *Legumen, ſed aliis carnoſum; aliis membranaceum; aliis alatum; aliis articulatum; aliis quadrivalve.*
Semina *figura diverſa in diverſis.*

II. DIOECIA.

1596. GLEDITSCHIA. *Clayton.* Melilobus *Mitch. XV.*

* *Mas* Amentum longum, compactum, cylindricum.
Cal. *Perianthium proprium* triphyllum: *foliolis* patulis, parvis, acutis.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, ſeſſilia, patula, calyciformia. *Nectarium* turbinatum, cujus oræ fructificationis reliquæ partes accretæ.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes, oblongæ, compreſſæ, didymæ.
* *Hermaphroditus* in eodem amento cum maſculis floribus, plerumque terminalis.
Cal. *Perianthium* quadrifidum, in maſculis.
Cor. *Petala* quatuor, ut in maſculis.
Nectarium ut in maſculis.
Stam. ut in maſculis.
Sist. ut in femina.
Per. ut in femina.
Sem. ut in femina.
* *Femina* Amentum laxum, in diverſa planta.

Cal. *Perianthium proprium* ut in mare, ſed pentaphyllum.
Cor. *Petala* quinque, longa, acuta, erecto-patentia.
Nectaria duo, brevia, inſtar filamentorum.
Pist. *Germen* latum, compreſſum, corolla longius. *Stylus* brevis, reflexus. *Stigma* craſſum, longitudine ſtyli, cui adnatum, ſuperius pubeſcens.
Per. *Legumen* maximum, latum, compreſſiſſimum, diſſepimentis plurimis tranſverſis diviſum, pulpa repletum.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, dura, nitida.

1597. FRAXINUS. * *Tournef.* 343. *Mich.* 107. *Gærtn.* 49. Ornus *Mich.* 103.

* *Hermaphroditus.*
Cal. nullus at *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, erectum, acutum, parvum.
Cor. nulla, aut *Petala* quatuor, linearia, longa, acuta, erecta.
Stam. *Filamenta* duo, erecta, corolla longe breviora.
Antheræ erectæ, oblongæ, quadriſulcæ.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* cylindraceus, erectus. *Stigma* craſſiuſculum, bifidum.
Per. *Capſula* ovato oblonga, ſuperne foliacea, bilocularis, altero loculo abortiente. *Gærtn.*
Sem. lanceolatum, compreſſo-membranaceum, uniloculare.
* *Femina.*
Cal. ut in hermaphrodito.
Cor. ut in hermaphrodito.
Pist. ut in hermaphrodito.
Per. ut in hermaphrodito.
Sem. ut in hermaphrodito.
Obs. F. Ornus *P. corolla & calyce gaudens, ſemper hermaphrodita pura eſt, absque mare.*
F. excelſior *femina, ſæpe interſparſos flores gerens hermaphroditos, & hermaphroditus femineos. Hæc corolla & calyce deſtituitur.*

1598. DIOSPYROS. * Guajacana *Tournef.* 371.

* *Hermaphroditus* femineus.
Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, magnum obtuſum, perſiſtens.
Cor. monopetala, urceolata, major, quadrifida: laciniis acutis, patentibus.

STAM. *Filamenta* octo, ſetacea, brevia, receptaculo ferme inſerta. *Antheræ* oblongæ, effœtæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* unicus, ſemiquadrifidus, perſiſtens, ſtaminibus longior. *Stigmata* obtuſa, bifida.
PER. *Bacca* globoſa, magna, octolocularis, calyci maximo patenti inſidens.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, duriſſima.

* *Mas* in diſtincta planta.

CAL *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, acutum, erectum, parvum.
COR. monopetala, urceolata, coriacea, tetragona, quadrifida: laciniis ſubrotundis, revolutis.
STAM. *Filamenta* octo, breviſſima, receptaculo inſerta. *Antheræ* geminæ, longæ, acutæ: interiores breviores.
PIST. *Germinis* rudimentum.
OBS. D. virginiana *Stamina Maris* 16, *quorum* 8 *inferiora*. *Medicus*. R.

1599. NYSSA. † *Gronov.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, patens, fundo plano.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, calyce breviora. *Antheræ* didymæ, longitudine filamentorum.

* *Hermaphrodita.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini inſidens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* ſubulatus, incurvus, ſtaminibus longior. *Stigma* acutum.
PER. *Drupa.*
SEM. *Nux* ovalis, acuta, ſulcis longitudinalibus exarata, angulata, irregularis.

1600. STILBE. † *D. Bergii.*

* *Hermaphrodita.*

CAL. exterior: *Perianthium* triphyllum (ſepoſitis 4. exterioribus): *foliolis* lanceolatis, patulo-mucronatis.
Interior: *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, cartilagineum, indurandum.

Cor. monopetala, infundibuliformis: *Tubus* longitudine calycis: *Limbus* quinquepartitus: laciniis linearibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, fauci inſidentia, longiora. *Antheræ* cordatæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum.
Per. nullum. *Calyx interior* includens, induratus, deciduus.
Sem. unicum.

* *Mas* in diſtincto individuo.
Cal. *exterior* ut in Hermaphrodito.
Interior nullus.
Cor. ut in Hermaphrodito, ſed *Tubus* membranaceus.
Stam. ut in Hermaphrodito.
Per. nullum.
Sem. nullum.

1601. ARCTOPUS. †

* *Mas.*
Cal. *Umbella univerſalis* longa, inæqualis.
partialis brevior, copioſior.
Involucrum univerſale pentaphyllum, breve.
partiale pentaphyllum, longitudine umbellulæ.
Perianthium quinquepartitum, minimum.
Cor. *univerſalis* uniformis.
Propria Petalis quinque, integris, oblongis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſetacea, corolla longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* nullum. *Styli* duo, ſetacei, ſtaminibus longiores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. abortiens.

* *Femina* in diſtincta planta.
Cal. *Umbella partialis* floſculis ſeſſilibus.
Involucrum partiale monophyllum, quadripartitum, patens, margine ſpinoſum, multiflorum, maximum.
Cor. *propriæ diſci* maſculæ, plures, ut in mare.
radii femineæ, quatuor, pentapetalæ.
Stam. *maſculis diſci* ut in mare.
Pist. *Femineis Germen* ſubulatum, hiſpidum, ſub receptaculo floſculi. *Styli* duo, reflexi, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Involucrum* ſpinis connivens.
Sem. *Femineis* ſolitaria, cordata, acuminata, extrorſum flexa, ſuperne hiſpida, bilocularia, magnitudine involucri.

* 1602. PENNANTIA. *Forſt. gen.* 67.

* *Hermaphroditus* Flos.

CAL. nullus.
COR. *Petala* quinque, lanceolata, acuta, patentiſſima.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine petalorum. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſuperum, obtuſe trigonum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum, peltatum, ſubtrilobum.
PER. triquetrum, biloculare. . .
SEM. ſolitaria, ſubtriquetra.

* *Maſculus* Flos.

CAL. ut in Hermaphrodito.
COR. ut in Hermaphr.
STAM. Filamenta quinque, capillaria, petalis duplo longiora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

1603. PISONIA. * *Plum. gen.* 11. *Houſt. Gærtn.* 76. Pentago - notheca *Vaill. A. G. Jacq. amer.* 274.

* *Mas.*

CAL. vix ullus.
COR. monopetala, campanulata, quinquefida: *laciniis* acutis, patulis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſex, ſ. ſeptem, ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* brevis. *Stigma* peniciliforme.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare.
COR. ut in Mare.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, cylindricus, corolla longior, erectus. *Stigmata* bifida.
PER. *Bacca* ovalis, ſæpe quinquangularis, evalvis, unilocularis.
SEM. unicum, glabrum, oblongum.
OBS. P. aculeata *ex planta feminea & hermaphrodito maſculo, Fructu angulari, capſulari.*

P. inermis *ex planta hermaphrodita & hermaphrodito maſculo. Fructu baccato.*

1604. PANAX. * Araliaſtrum *Vaill.* 6. Aureliana *Lafit.* Ninſi *Breyn. diſſ.* Panacea *Mitch.* 26.

* *Hermaphrodita* in diſtincta planta.

CAL. *Umbella* ſimplex, æqualis, conferta.
Involucrum polyphyllum, ſubulatum, minimum, perſiſtens.
Perianthium proprium, minimum, quinquedentatum, perſiſtens.

COR. *Univerſalis* uniformis. *Propria* Petalis quinque, oblongis, æqualibus, recurvis.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, caduca. *Antheræ* ſimplices.

PIS. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Styli* duo, parvi, erecti. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Bacca* cordata, umbilicata, bilocularis.

SEM. ſolitaria, cordata, acuta, convexo-plana.

* *Maſculi* flores in diverſa planta.

CAL. *Umbella* ſimplex, globoſa: radiis plurimis, æqualibus, coloratis.
Involucrum foliolis numero radiorum externorum; lanceolatis, ſeſſilibus.
Perianthium turbinatum, integerrimum, coloratum.

COR. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, anguſta, reflexa, perianthio inſidentia.

STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longiora, perianthio inſerta. *Antheræ* ſimplices.

* 1605. BREYNIA. *Forſt. gen.* 73.

* *Hermaphroditi* Flores.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, minutum, ſexpartitum: *laciniis* concavis, obtuſis, arcte conniventibus, apice plano-depreſſis, ut foraminulo tantum pervium ſit.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, lineares, erectæ, ſtylo longitudinaliter adnatæ, approximatæ.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* cylindricus, longitudine calycis. *Stigma* obtuſum.

PER. *Bacca* ſicca, globoſa, trilocularis, fulta *Perianthio* triplo majore facto, patentiſſimo: *laciniis* orbiculatis, ſubæqualibus.

Sem. duo, dorſo convexa, lateribus planis.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum : *foliolis* ſubrotundis, concavis, ſubæqualibus.

Cor. nulla.

Nectarium Glandulæ quinque, ſubpedicellatæ, cum ſtaminibus alternæ.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, longitudine calycis.

* *Feminei* Flores.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. ut in Maſc.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque, obcordata, petaloidea.

Per. *Capſula* quinquelocularis.

Sem. ſolitaria, ſubtriquetra.

* 1606. MORINGA. † *Burm. zeyl. t.* 75. *Lamarck encycl.* 1. *p.* 398. Hyperanthera *Forsk. flor.* 67. Guilandina Moringa *Linn. Sp. pl. Jacq. coll.* 2. *p.* 379.

* *Hermaphroditus.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum. *Tubus* campanulatus, obliquus, breviſſimus. *Limbus* coloratus, deciduus : *laciniis* oblongis, patenti-reflexis, acutiuſculis : ſuperiore paullo breviore, anguſtiore ; inferioribus quatuor ſubfalcatis, quarum duæ anteriores paullo latiores, duæ poſteriores paullo longiores.

Cor. *Petala* quinque, patenti-reflexa, longitudine calycis, cui inſerta ; horum quatuor ſuperiora ovata, emarginata cum mucrone minuto, concava, inæquilatera, (extrorſum ampliora,) definentia in ungues latiuſculos, canaliculatos, in duobus ſuperioribus utroque, in duobus proximis (paullo majoribus) antico margine pubeſcentibus ; infimum paullo majus, lanceolatum, ſuperne latius, acutum, inferne canaliculatum, glabrum.

Stam. *Filamenta* quinque, calyci inſerta, declinata, ſubulata, baſi latiore, plana, interne villoſa, corolla breviora ; plana, interne villoſa, corolla breviora ; ex his duo ſuperiora proximis breviora ; infimum reliquis longius. *Filamenta* quinque alia, alterna, ſimilia, ſed breviora, tenuiora, ſterilia.

Pist. *Germen* oblongum, hexagono-pyramidatum, villoſum, ſuperum. *Stylus* teres, adſcendens, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, trifidum.

Per. *Capſula* longiſſima, trigona, acuta, ad ſemina toruloſa, unilocularis, trivalvis: *valvulis* navicularibus, meduila fungoſa fartis.

Sem. plura, globoſo-triquetra, angulis membrana alatis, in medulla nidulantia.

* *Hermaphroditi* Maſculi?

Cal. & Cor. ut in Hermaphroditis.

Stam. *Filamenta* decem, antherifera.

Pist.

Obs. *An una tantum eſt ſpecies Moringæ, floribus Hermaphroditis pentandris, Maſculis decandris, ut in Nyſſa? Equidem ſolummodo pentandros vidi, eosque hermaphroditos, polline in antheris & ſtigmate perfecto inſtructos, quos ſupra deſcripſi; neque alios Forskalius & Lamarckius obſervaſſe videntur. Anne potius duæ reperiuntur, pentandra altera, altera decandra, quam Rumphii pictor Herb. Amboin. vol. I. t. 75. expreſſiſſe videtur, quamque Burmannus in æs incidi curavit & ill. a. Jacquin l. c. graphice deſcripſit?*

* 1607. SCOPOLIA. *Forſter. gen.* 139.

* *Hermaphroditus.*

Cal. *Perianthium* ſuperum, minimum, quinquedentatum, acutum.

Cor.

Stam.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* tres, cylindrici, breviſſimi. *Stigmata* ſimplicia.

Per.

Sem. unicum?

* *Maſculus.*

Cal. ut in Hermaphrodito.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ.

† 1608. BURSERA. †

* *Hermaphroditi* Flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, baſi planum, quinquedentatum, perſiſtens: *dentibus* triangularibus, acutis, erectis.

Cor. *Petala* quinque, ovata, acuta, concava, patentiſſima.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, baſi latiora, erecta, corolla multo breviora, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, baſi affixæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum, obtuſe trigonum, ſuperne attenuatum, longitudine filamentorum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, trilobum.
Per. *Capſula* ovata, obtuſa, obſolete triangularis, — unilocularis, trivalvis: valvulis carnoſis. *Jacq.* - *Bacca* 1-5 locularis: loculis quibusdam ſæpe abortientibus. *Lamarck.*
Sem. unicum (ſ. ſolitaria *Lam.*) cordato-ovatum, compreſſum, circumdatum pellicula pulpoſa, hinc convexa, inde angulata. *Jacq.*

* *Maſculi*, in diſtincta planta.

Cal. ut in Hermaphroditis.
Cor. ut in Hermaphroditis.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Obs. *In Hermaphroditis floribus Filamenta corolla quadruplo breviora, Antheræ minores, an ſteriles? In Maſculis Fil. longiora, Anth. majores, fœcundæ. Ita in exemplis ſiccis coram video. An diœca? — Numerus dentium Calycis & Petalorum variat* 3 — 5, *Staminum* 6 — 10. *S.*

* 1609. LIGHTFOOTIA. *Swartz. prodr.* 83. *Auctore D. D. Swartzio.*

* *Hermaphroditi.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* numeroſa, filiformia, receptaculo inſidentia, perſiſtentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſeſſile, ſubcapitatum, ſulcatum.
Per. *Bacca* ovata, umbilicata, unilocularis.
Sem. tria ad ſex, oblonga, compreſſa, anguloſa, nitida.

* *Maſculi*, in diſtinctis individuis.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *Foliolis* oblongis, concavis, æqualibus, coloratis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* numeroſa (24), filiformia, calyce longiora, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. nullum.

* *Feminei*, in diſtinctis individuis.

CAL. Maris, ſed major.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* elevatum tetragono-capitatum, ſulcatum, marginibus convolutis; perſiſtens.

PER. *Bacca* oblonga, receptaculo minimo inſidens, umbilicata, unilocularis.

SEM. tria, quinque, ad ſex, ut ſupra.

OBS. Prockiæ *affinis*. *Sw.*

1610. CHRYSITHRIX. † *Linn. fil. nov. gen. gram.* 27. *fig.* 1. 2.

* *Hermaphroditi* Flores, in Capitulum laterale ſimplex collecti.

CAL. *Spatha* monophylla, ovata, concava, coriacea, carinata, patens.

Glumæ plures, (bivalves *Linn.*) imbricatæ, oblongæ, cartilagineæ, appreſſæ, poſt antheſin decidentes. (perſiſtentes *Linn. pat.*)

COR. *Glumæ* vel Paleæ numeroſiſſimæ, in faſciculum congeſtæ, ſubulatæ, coloratæ, nitentes, calyce longiores, perſiſtentes.

STAM. *Filamentum* intra ſingulam glumam ſolitarium, capillare, longitudine glumæ. *Anthera* apici filamenti adnata, ſubulata, parva.

PIST. Germen in medio capituli unicum, oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* quinquefidum.

PER. . .

SEM. . .

* *Maſculi*, in diſtincta planta.

CAL. ut in Hermaphrodito.

COR. ut in Hermaphrodito.

STAM. *Filamenta* ut in Hermaphrodito. *Anthera* linearis, utrinque acuminata, incumbens.

OBS. *Fructificatio adhucdum obſcura, ulterius dilucidari meretur. Linn. fil.*

† 1611. SPINIFEX. † *Linn. fil. nov. gen. gram.* 29. *f.* 1-5.

* *Hermaphroditi* Flores.

CAL. *Capitulum* terminale, e pluribus faſciculis compoſitum, involucratum. *Faſciculi partiales* approximati, involucrati:

in ſingulo *Rachis* ſolitaria, ſubulata, paullo ſupra baſin excavata, florifera, ceterum nuda, aliæque ſimiles, abſque flore.

Involucrum commune diphyllum: *foliolis* lanceolatis, canaliculatis, ſubulato-mucronatis, inæqualibus; *propria* ſubtetraphylla, ſimilia.

Gluma uniflora, bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, apice ſubulatis, inæqualibus: *exteriore* longiore, interiore in fovea rachios recondita.

Cor. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, convolutis: *interiore* genitalia obvolvente.

Nectarium. . . .

Stam. *Filamenta* tria, filiformia. *Antheræ* lineares, longæ, utrinque bifidæ, an ſteriles?

Pist. *Germen* oblonguin. *Stylus* filiformis, glumis longior. *Stigmata* duo, villoſa, exſerta.

Per. nullum. *Corolla* immutata, adnaſcens.

Sem. unicum, oblongum, glabrum.

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Capitulum* ut in Hermaphrodito. *Faſciculi* involucrati: glumis longius mucronatis, pungentibus. *Rachis* ſingula ſubtrigona, a baſi ad apicem fere florifera: floribus 5-7. ſeſſilibus, alternis, bifariis, parallelis, ovato-oblongis, muticis.

Gluma biflora, bivalvis: *Valvulis* oblongis, obtuſis, ſtriatis, canaliculatis, corolla brevioribus, inæqualibus: *exteriore* breviore; floſculo altero hermaphrodito, ſterili.

Cor. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* lanceolatis, canaliculatis, convolutis: *interiore* anguſtiore.

Nectarium valvulis duabus, linearibus, membranaceis, laxis, diaphanis, brevibus.

Stam. *Filamenta* tria, filiformia. *Antheræ* lineares, longæ, utrinque bifidæ, exſertæ.

Pist. (in altero floſculo) *Germen* oblongum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* nulla.

Obs. *Differt a* Lolio *calycis valvulis duabus*, *a* Tritico, *non transverſis.*

III. TRIOECIA.

1612. CERATONIA. * Siliqua *Tournef.* 344.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, maximum.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longiſſima, patentia. *Antheræ* magnæ, didymæ.

* *Femina.* Dill.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tuberculis quinque divisum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* intra receptaculum carnoſum deliteſcens. *Stylus* longus, filiformis. *Stigma* capitatum.

Per. *Legumen* maximum, obtuſum, compreſſum, coriaceum, diſſepimentis plurimis transverſis, iſthmis pulpa repletis.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, dura, nitida.

Hermaphrodita in diſtincta arbore.

1613. FICUS. * *Tournef.* 420. *Hire A. G.* 1712. *t.* 15. *Pont. anth.* 11. *f.* 10. Caprificus *Pont. ibid.*

Receptaculum commune turbinatum, carnoſum, concavum, connivens. Hujus interna ſuperficies undique tecta eſt *floſculis*, quorum exteriores, ſeu margini calycis propiores *Maſculi* ſunt pauciores; reliqui inferiores *Feminei* numeroſi.

* *Maſculus flos* ſingulus pedunculo inſidens.

Cal. *Perianthium proprium* tri- ſ. quinquepartitum, erectum: *laciniis* lanceolatis, erectis, æqualibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, ſetacea, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ.

Pist. *Rudimentum* caducum, intortum.

* *Femineus flos* ſingulus pedunculo inſidens, cujus.

Cal. *Perianthium proprium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolato-acuminatis, rectis, ſubæqualibus.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovale, magnitudine perianthii proprii. *Stylus* ſubulatus, inflexus, ad latus apicis e germine prodiens. *Stigmata* duo, acuminata, reflexa: *altero* breviore.

Per. nullum. *Calyx* obliquus, in ſinu continens ſemen, maius.

Sem. unicum, ſubrotundum, compreſſum.

Obs. Caprificus *in diſtincta planta ſolos floſculos maſculos intra calycem communem comprehendit.*

Erinoſyce *alios flores compoſitos maſculos, alios femineos in diſtincta planta.*

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

CRYPTOGAMIA continet Vegetabilia, quorum Fructificationes oculis noſtris ſe ſubtrahunt, & ſtructura ab aliis diverſa gaudent.

ORDINES hæc Claſſis habet ſequentes:

1. MISCELLANEAE. *Fructificationes* variæ, quibus & a ſequentibus ordinibus, & inter ſe, differunt.
2. FILICES, *Epiphylloſpermæ*, *Dorſiferæ* ſ. *Capillares*. *Fructificationes* in pagina averſa frondium.
   Maſculi Flores ſunt *Antheræ* ſeſſiles, ſ. *Filamento* breviſſimo inſidentes, in pagina inferiore ſparſæ, ovatæ ſ. ſubgloboſæ. Has primus deſcripſit & delineavit clariſſ. *Hedwig* in *theoria generat. pl. cryptogam. Petrop.* 1784. *p.* 41. *ſqq. tab.* 4-7.
   Femineis, qui in Spicas connati, in Racemos collecti, vel in Lineas ſ. Puncta, in Diſco, Margine ſ. Apice frondium digeſti ſunt, vel paginam frondium inferiorem obtegunt, eſt

CAL. nullus, vel *Squama*, e folio enata, dehiſcens, ſub qua globuli.

COR. nulla.

PIST. *Globulus* ſeſſilis ſ. ſtipitatus. *Stylus* nullus. *Stigma*.

PER. *Capſula* ſeſſilis ſ. ſtipitata, ſubgloboſa, in plurimis *annulo* articulato elaſtico, qui ſtipitis productio eſt, cincta, matura transverſim rumpens, effundens

SEM. plurima, minutiſſima, globoſa.

3. MUSCI *Fructificationes femineæ* involutæ calyptra, quæ capſulæ adoleſcentis apici adhæret, eamque deſuper tegit. *Capſula* (in pauciſſimis integra) transverſe dehiſcens. *Caules* folioſi; Folia reticulato-membranacea, poſt exſiccationem in aqua reviviſcentia.

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Communis* polyphyllus: *foliolis* ſtructura foliorum plantæ, plerumque tamen latioribus, interdum coloratis, patulis (fl. diſcoidei) vel conniventibus (gemmacei.) Paucis nullus.

COR. nulla.

Stam. plura, intra calycem communem, plerumque filis ſuccoſis, ceu paleis, diſtincta; paucis in capitulum conjuncta, vel per axillas ſuperiores ramuli diſtributa. Singulis *Filamentum* breve, filiforme. *Anthera* cordata, ovata, ſ. ut plurimum cylindracea, unilocularis, in ſummitate dehiſcens & ejaculans *pollen* granuloſum.

* *Feminei* Flores, in eadem vel diſtincta planta, interdum maſculis immixti.

Cal. *Perichætium* polyphyllum: *foliolis* variis; ſæpius plura complectens piſtilla, filis ſuccoſis interſtincta.

Cor. *Calyptra* cylindraceo-conica, germen veſtiens, eique apice adnexa, baſi cum vaginula ſetæ cohærens, ceterum undique libera.

Pist. *Germen* cylindraceo-conicum. *Stylus* tenuis, calyptræ impoſitus. *Stigma* truncatum.

Peric. *Capſula*, *ſetæ*, baſi *Vaginula* cinctæ, impoſita; immatura coronata calyptra, inferne a vaginula ſoluta, apiceque adhuc adfixa; matura, excuſſa calyptra, horizontaliter dehiſcens, abscedente *operculo*, annulato ſ. exannulato; ſimplex? vel duplicata: *exterior* cartilaginea, baſi interdum intumeſcens (vel contracta) in *apophyſin*; aperturæ *ore* nudo, ſ. clauſo *periſtomio externo*: *dentibus* 4-32, erectis ſ. reflexis, rectis ſ. tortis, triangularibus, lanceolatis, ſ. ſetaceis, acutis ſ. obtuſis; *interior* tenuior, pedicello ſ. bulbulo inſidens, exteriori arcte adglutinata, ſ. undique libera, ſ. filis ex ejus pariete interne efflorescentibus adnexa; *ore* nudo, vel *periſtomio interno* membranaceo, reticulato, ſ. varie laciniato ſ. e. pluribus diſtinctis dentibus conſtructo, clauſo; quam a baſi ad apicem tranſit *columella* filiformis, recta, per operculum in ſtylum tranſiens ſæpeque operculum acuminans.

Sem. plurima, minuta, ſphærica, lævia ſ. ſcabra. Antheras Muſcorum primus detexit celeb. *Hedwig*. Vid. Ejus *Fundamentum Hiſtoriæ naturalis Muſcorum Frondoſorum*. *Lipſ.* 1782.

Piſtilla plerumque juxta ſe invicem poſita reperiuntur plura, quorum unum, vel pauca, tantummodo adoleſcunt, reliqua ſterilia pereunt.

Muſcorum genera, poſt *Dillenium*, qui hujus Familiæ abſolutam edidit hiſtoriam, (*J. J. Dillenii Hiſtoria Muſcorum*, *Oxon.* 1741. *tabb.* 85.) a b. *Linneo*, patre, aſſumta, ſequentia ſunt.

LYCOPODIUM. *Capſula* bivalvis, ſeſſilis. *Calyptra* o.
PORELLA. *Capſ.* poris pertuſa. *Cal.* o.
SPHAGNUM. *Capſ.* baſi membrana fugaci (reliquiis calyptræ) cincta, apici pedunculi marginati inſidens.
PHASCUM. *Capſ.* operculata, ore ciliato. *Calyptra* minuta. (Utrumque perperam.)
FONTINALIS. *Capſ.* operculata, ore ciliato, *perichætio* obvoluta.
BUXBAUMIA. *Capſ.* operculata, hinc membranacea. *Cal.* caduca.
SPLACHNUM. *Capſ.* opercul. *apophyſi* maximæ, coloratæ inſidens *Cal.* caduca.
POLYTRICHUM. *Capſ.* opercul. *apophyſi* minimæ inſidens. *Calyptra* villoſa. *Fl. maſc.* diſcoïdei.
MNIUM. *Capſ.* operculata. *Calyptra* lævis. Seta e *tuberculo terminali*. *Fl. maſc.* capitati ſ. diſcoidei.
BRYUM. *Capſ.* operc. *Cal.* lævis. Seta e *tuberculo terminali*.
HYPNUM. *Capſ.* operc. *Calypt.* lævis. Seta e *tuberculo laterali*.

Hæc emendata propoſuerunt b. *a Linné* fil. & celeb. *Ol. Swartz* in Diſſ. *Meth. Muſcor. illuſtrata. Amœn. Ac.* 10. *app. p.* 71.

Sed in iis conſtituendis capſulæ, ejusque differentis ſtructuræ, cum primis fabricæ periſtomii, quæ tamen maximi eſt momenti, rationem non ſatis habuerunt, immo differentiam ſpecificam Mnii, Bryi & Hypni extra partes fructificationis quæſiverunt eorum Auctores. Idcirco clariſſ. *Hedwig* alia genera condidit, in quibus primum ad periſtomium, tum etiam ad Florum maſculinorum formam & diſtributionem reſpexit. Vid. *Ejus fundam. hiſt. muſcor. frondoſor.* 2. *p.* 83. *ſqq.* & *deſcript. muſcor. frondoſorum*, *Lipſ.* 1785. & *ſeqq.* Similia, ſc. Weberam, Weiſſiam, Georgiam, Catharineam, Grimmiam, Hedwigiam, Pottiam, cel. *Ehrhart*, & quidem paullo ante, quam Hedwigius ſua evulgaſſet, propoſuit. Hedwigiana genera, a *Leyſero*, *Willdenowio*, *Rothio*, *Timmio*, jam adoptata, ego quoque, qui ſimilem muſcorum diſpoſitionem jam ante plures annos tentavi, in Linneanorum locum hic ſubſtituenda eſſe exiſtimavi; paucis tamen ſuppreſſis, præcipue illis, quæ organorum maſculinorum diſtributioni in Flores gemmaceos ſ. diſcoideos, in eadem cum femineis, vel diſtincta planta, innituntur; utpote quam ipſa natura

ſæpe neglexiſſe videtur, & qua difficultas cognitionis muſcorum haud parum, &, niſi fallor, præter neceſſitatem augetur.

4. Hepaticae. *Fructificationes femineæ* involutæ calyptra, quæ apice finditur capſulamque transmittit. *Capſula* ſecundum longitudinem dehiſcens, fœta ſeminibus, funiculo in helicem torto ſ. e binis tortis helicibus conſtructo, elaſtico ad fixis.

Quibusdam (propter communem habitum ad hunc ordinem referendis) *Fructificationes femineæ* ecalyptratæ, ſubſtantiæ frondis impoſitæ vel immerſæ.

Frondes quibusdam foliatæ, plerisque lobatæ, reticulato-veſiculoſæ, reviviſcentes.

5. Algae. *Fructificationes femineæ* in ſcutellis, tuberculis, veſiculis, vel ipſa ſubſtantia plantæ.

Frondes variæ, ſubſtantia ſtuppea, carnoſa, coriacea, membranacea, gelatinoſa, cornea ſ. calcaria; quædam in aqua reviviſcentes. Aliquibus irritabilitas ſ. ſenſus apparens.

6. Fungi. *Fructificationes femineæ* in peculiaribus lamellis, tubulis, fibris cet. Subſtantia fungoſa, ſæpe breviſſimæ durationis; vel ſuberoſa.

CRYPTOGAMIA.

I. MISCELLANEÆ.

1614. *Equiſetum.*
1615. *Lycopodium.*
1616. *Porella.*
1617. *Salvinia.*
1618. *Marſilea.*
1619. *Pilularia.*
1620. *Iſoëtes.*

II. FILICES.

1621. *Ophioglossum.*
1622. *Osmunda.*
1623. *Marattia.*
1624. *Onoclea.*
1625. *Acroſtichum.*
1626. *Pteris.*
1627. *Blechnum.*
1628. *Hemionitis.*
1629. *Lonchitis.*
1630. *Meniſcium.*
1631. *Aſplenium.*
1632. *Polypodium.*
1633. *Adiantum.*
1634. *Cœnopteris.*
1635. *Trichomanes.*

III. MUSCI.

1636. *Phaſcum.*
1637. *Sphagnum.*
1638. *Gymnoſtomum.*
1639. *Tetraphis.*
1640. *Octoblepharis.*
1641. *Splachnum.*
1642. *Grimmia.*
1643. *Encalypta.*
1644. *Dicranum.*
1645. *Trichoſtomum.*
1646. *Didymodon.*
1647. *Tortula.*
1648. *Weiſſia.*
1649. *Pohlia.*
1650. *Funaria.*
1651. *Bryum.*
1652. *Timmia.*
1653. *Meeſia.*
1654. *Barthramia.*
1655. *Fontinalis.*
1656. *Hypnum.*
1657. *Leskia.*
1658. *Neckera.*
1659. *Buxbaumia.*
1660. *Polytrichum.*

IV. HEPATICÆ.

1661. *Marchantia.*
1662. *Jungermannia.*
1663. *Targionia.*
1664. *Anthoceros.*
1665. *Blasia.*
1666. *Riccia.*
1667. *Sphærocarpus.*

V. ALGÆ.

1668. *Lichen.*
1669. *Tremella.*
1670. *Ulva.*
1671. *Fucus.*
1672. *Conferva.*
1673. *Byssus.*

VI. FUNGI.

1674. *Agaricus.*
1675. *Boletus.*
1676. *Hydnum.*
1677. *Phallus.*
1678. *Clathrus.*
1679. *Helvella.*
1680. *Peziza.*
1681. *Octospora.*
1682. *Clavaria.*
1683. *Lycoperdon.*
1684. *Sphæria.*
1685. *Mucor.*

I. MISCELLANEÆ.

† 1614. EQVISETUM * *Tournef.* 307. *Hedw. theor.* 33. *t.* 1. 2. *Curtis lond. t.* 285. *f.* 1-4.

Fructificationes in Clavam ovato - oblongam terminalem digeſtæ, verticillatæ, ſtipitatæ.

Singula peltata, orbiculato - polygona, inferne adnectens *Tubos* 4-7, ſtipiti parallelos, angulatos, apice rotundatos, interne dehiſcentes; in quibus grana plurima.

Grana (*Semina Hedw.*) ſubgloboſa, (vertice in quibusdam ſpeciebus *ſtigmate* apiculata *Hedw.*); ſingulis baſi adnexa *Fila* quatuor, divaricata, per paria coadunata, elaſtica, dum humectantur circa granum ſe convolventia, dum ſicceſcunt ſe exporrigentia, ſingula terminata ſpathula pulverulenta (*Antheræ Hedw.*)

† 1615. LYCOPODIUM. * *Dill. muſc.* 441. Selaginoides *Dill. muſc.* 460. Lycopodioides *Dill. muſc.* 462. Selago *Dill. muſc.* 435.

Fructificationes in axillis ſquamarum in ſpicas oblongas imbricatas digeſtarum, vel ipſorum foliorum, ſeſſiles.

Capsulæ? reniformes, bivalves, elaſticæ.

Sem.? numeroſiſſima, minutiſſima.

1616. PORELLA. †. *Dill. muſc.* 459.

Capsula oblonga, dehiſcens poris plurimis lateralibus.

* 1617. SALVINIA. † *Mich. gen.* 58. *Guettard. A. G.* 1762. *p.* 549. *t.* 29.

* *Maſculi* Flores, quatuor ad novem, inter radices verticillatas, in glomerulum congeſti.

Cal. ſubgloboſus, pubeſcens, unilocularis, conſtans membrana duplici, interiore tenuiore, utrisque interjectis coſtis 10-12. longitudinalibus; dehiſcens?

Cor. nulla, niſi membrana interior calycis.

Stam. *Columella* erecta, calycis fundo inſidens, ſecundum totam longitudinem & apice emittens *Filamenta* plurima (200-300), capillaria. *Antheræ* globoſæ, unilocularres.

* *Femineus*, in medio glomeris, ſolitarius.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. ut in Maſculis.

Pist. *Germina* circiter quindecim, oblique ovata, obtuſa, punctato-ſcabra, ſingula pedicellis diſtinctis, fundo calycis adfixis, inſidentia. *Stylus* nullus. *Stigma* punctum in apice germinis?

Per. nullum.

Sem. tot quot germina, ejusdemque figuræ.

Obs. *Flores Maſculini & Feminei in planta ſicca jam antequam calyces aperiantur, magnitudine granorum protuberantium diſtingui poſſunt.*

1618. MARSILEA. † *Linn.* Lemma *Juſſieu A. G. 1740. p. 263. t. 15.*

Cal. *Communis* ovalis, ſubcompreſſus, coriaceus, piloſus, baſi dehiſcens, interne diviſus in *loculamenta* plura (14-15,) in duas ſeries longitudinales, diſſepimento membranaceo disjunctas, digeſta.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plures, circum unumquodque piſtillum inſertæ, minimæ, obovatæ, inferne acutæ, uniloculares, transverſim dehiſcentes, *pollen* ſphæricum explodentes. *Juſſ.*

Pist. in ſingulo loculamento plura, in ſeriem transverſalem coordinata, ovalia. *Stylus* nullus. *Stigma* breve, obtuſum.

Per. nullum.

Sem. tot quot piſtilla, ovalia.

Rec. *Membrana* ſubcarnoſa, parietes loculamentorum interne veſtiens.

Obs. *Calyces ſolitarii, bini ſ. terni, pedicellati, e petiolo folii paullo ſupra radicem egrediuntur.*

† 1619. PILULARIA. * *Vaill. pariſ. t. 15. f. 6. Dill. muſc. 538. t. 79. f. 2. Juſſieu A. G. 1739. p. 251. t. 11.*

Cal. *Communis* globoſus, villoſus, quadrilocularis: *loculamentis* ſingulis membrana propria tenuiore incluſis; quadrifariam dehiſcens.

Cor. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* in parte ſuperiore cujusque loculamenti, plures, obverſe conico-pyramidatæ, inferne acutæ, membranaceæ, uniloculares, transverſe dehiſcentes? *Juſſ. Pollen* ſphæricum, copioſum.

PIST. *Germina* in parte inferiore cujusque loculamenti, plura, oblique pyriformia, parte tenuiore adfixa. *Stylus* nullus. *Stigma* in vertice partis craſſioris, conicum, ſulcatum.

PER. nullum, niſi *membrana* oblique pyriformis, ſuperne ſemen includens, inferne vacua.

SEM. globoſum.

REC. carnoſum, ſinguli loculamenti parieti externo in medio inter bina diſſepimenta ſpatio adnatum, antheras & piſtilla adfigens.

OBS. *Calyces, inſtar pilularum, inter folia, ad ſingulu genicula ſeſſiles.*

Calyces recentes diſſecti ſemina in polline antherarum nidulantia continere videntur. Conf. Fl. dan. tab. 223. *Diſſecantur ſcilicet ſimul antheræ, preſſe ſibi invicem accumbentes; quarum tunica, propter tenuitatem ſuam, oculum non ſufficienter armatum & feſtinantem facile latet. Evulſis autem acumine cultelli & a ſe invicem curioſe ſeparatis partibus diſſectis, fabrica ſupra deſcripta facile perſpicitur, etiam vitro modice augente, inprimis in calyce ſicco aqua parum emollito.*

1620. ISOETES. * *Linn. It. Scan.* 420. Calamaria *Dill. muſc.* 541. *t.* 80.

* *Maſculi* Flores ſolitarii intra baſin foliorum interiorum.

CAL. *Squama* cordata, acuta, ſeſſilis.

COR. nulla.

STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* ſubrotunda, uniloculari.

* *Feminei* Flores ſolitarii, intra baſin foliorum exteriorum ejusdem plantæ.

CAL. ut in Maſculis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, intra folium. *Stylus*. . *Stigma*. .

PER. *Capſula* ſubovata, bilocularis, intra baſin folii recondita.

SEM. numeroſa, globoſa.

Obs. *Fructificatio immersa basi dilatatæ foliorum, extus capsulæ instar stria suturæ simili distincta, intus tamen nullo dissepimento; fœta seminibus granulosis, numerosis. Oed. enum.* III.

II. FILICES.

* *Capsulis annulo elastico destitutis.*

† 1621. OPHIOGLOSSUM. * *Tournef.* 325. *Hedw. theor.* 41. *t.* 4. *f.* 21-23.

Capsulæ numerosæ, membrana in spicam distichain connatæ, subgloboſæ, maturæ transversim dehiscentes, *annulo* nullo. *Sem.* plurima, minutissima.

Obs. *Ophioglossum scandens, & forte huic proxime affinia caule volubili, fructificatione a vulgato & similibus aliquantum recedunt.*

† 1622. OSMUNDA. * *Tournef.* 324.

Capsulæ distinctæ, in racemum dispositæ, (ita ut unum latus respiciant,) vel in dorsum pinnæ s. divisuræ frondis congestæ, sessiles, subgloboſæ, transverse dehiscentes, *annulo* nullo *Sem.* plurima, minutissima.

Obs. *Ab hoc genere removendæ sunt species capsulis annulo elastico cinctis præditæ.*

* 1623. MARATTIA. *Swartz prodr.* 128. *Smith. ined.* 2. *p.* 46. *t.* 46-48.

Capsulæ per paginam frondis aversam sparsæ, ovales, depressæ, superne longitudinaliter dehiscentes: *loculamentis* utrinque pluribus. *Semina* numerosa, ovata, minima.

Obs. *Onoclea polypodioides L. huic adfinis, ut potius hujus, quam illius, species habenda sit. Swartz.*

** *Capsulis subgloboſis, pedicellatis, annulo articulato elastico cinctis, irregulari fissura bipartibilibus.*

† 1624. ONOCLEA. † Angiopteris *Mitch.* 29.

Capsulæ sub frondis pinnulis recurvato-contractis, pericarpia mentientibus.

1625. ACROSTICHUM. * Ruta muraria *Tournef.* 317.

Capsulæ accumulatæ per totam paginam inferiorem frondis, ut eam undique tegant.

1626. PTERIS. *

Capsulæ digeſtæ in lineam, ſubtus cingentem marginem frondis.

1627. BLECHNUM. †

Capsulæ diſpoſitæ in lineas, coſtæ frondis parallelas, approximatas.

1628. HEMIONITIS. †

Capsulæ digeſtæ in lineas, coëuntes, ſe interſecantes vel ramoſas.

1629. LONCHITIS. †

Capsulæ diſpoſitæ in lineolas, ſinubus frondis ſubjectas, lunulatas.

1630. MENISCIUM. † *Schreb. Aſplenium Jacq. coll. 2. t. 3. f. 2.* Polypodium reticulatum *L.*

Capsulæ congeſtæ in lunulas, venulis frondis interjectas.

1631. ASPLENIUM. * Lingua Cervina *Tourn.* 319. Trichomanes *Tournef.* 315. *a. b.*

Capsulæ in lineas rectas, diſco frondis ſubjectas, diſpoſitæ.

1632. POLYPODIUM * *Tournef.* 316. Lonchitis *Tournef.* 314.

Capsulæ diſtributæ in puncta ſubrotunda, per paginam frondis averſam.

1633. ADIANTUM. * *Tournef.* 317.

Capsulæ congeſtæ in maculas ovales, apicibus frondium reflexis ſubjectas.

* 1634. CAENOPTERIS. *Bergius A. Petropolit.* 1782. *vol.* 2. *p.* 248. *Smith. ined.* 2. *p.* 50. *tab.* 50.

Capsulæ in lineolis ſubmarginalibus, lateralibus, membrana exterius dehiſcente tectis.

† 1635. TRICHOMANES. †

Capsulæ e Squama turbinata, ſolitaria, efflorescentes.

III. MUSCI.

1636. PHASCUM. * *Schreb. monogr. Hedw. fund. 2. p. 85. Schmidel. ic. t. 58. f. 1.* Phaſci ſp. *Linn.*

Caps. ovata, ſubſeſſilis ſ. ſetæ brevis inſidens, undique clauſa, interdum cum rudimento operculi, numquam dehiſcente.

Masc. ſubdiſcoidei terminales, vel gemmacei axillares.

† 1637. SPHAGNUM. * *Linn. Dill. muſc. 240. Hedw. fund. 2. p. 85. theor. t. 12. 13. Schmidel. ic. t. 58.*

Caps. ſeſſilis in orbiculo, pedunculum terminante; ſæpe calyptræ parte inferiore abrupta cincta. *Periſtomium* nullum.

Masc. in ramis ſuperioribus, axillares.

* 1638. GYMNOSTOMUM. * *Hedw. fund. 2. p. 87. Ehrh. beytr. 1. p. 175.* Hedwigia Ehrh. Beytr. 1. p. 174. *Hedw.* p. 86. Bryi ſp. *Linn.*

Caps. ovata. *Periſtomium nullum.*

Masc. gemmacei in eadem, vel diſcoidei in diſtincta planta.

Obs. Gymnoſtomum *Hedw. Maſc. diſcoidei in diſtincto individuo.*

Hedwigia *H. Maſc. gemmacei in eodem, axillares.*

* 1639 TETRAPHIS. * *Hedw. fund. 2. p. 87.* Georgia *Ehrh. beytr. 1. p. 176.* Mnii. ſp. *Linn. Schmidel. ic. 3.*

Caps. oblonga. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* quatuor, pyramidalibus.

Masc. diſcoidei, terminales, in diſtincta planta.

* 1640. OCTOBLEPHARIS. *Hedw. muſc. 3. p. 15. t. 6.* Bryi ſp. *Linn.*

Caps. ovata. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* octo, triangularibus.

Masc. ſubdiſcoidei, axillares, in eadem planta.

† 1641. SPLACHNUM. * *Linn. amœn.* 2. *p.* 270. *Hedw. fund.* 2. *p.* 88. *muſc.* 2. *p.* 35.

Caps. cylindracea, *apophyſi* umbraculiformi, ſ. ſubgloboſæ intus cavæ, inſidens. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* octo, geminatis.

Masc. gemmaceo-diſcoidei; pedunculati ſoli fertiles.

* 1642. GRIMMIA. * *Ehrh. beytr.* 1. *p.* 176. *Hedw. fund.* 2. *p.* 89. *Weiſſia ib. p.* 90. Bryi ſp. *Linn. Schmidel. ic. t.* 57. *f.* 1.

Capsula ovata. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* ſedecim, latiuſculis.

Masc. gemmacei, in eadem vel diſtincta planta.

Obs. Grimmia *H. Periſt. dentes reflexiles. Maſc. axillares gemmacei, terminales capitulif. in eadem planta.*

Weiſſia *H. Periſt. dentes integri. Maſc. capitulif. terminales in diverſa.*

* 1643. ENCALYPTA. * Leerſiæ ſp. *Hedw. fund.* 2. *p.* 88. Bryi ſp. *Linn.*

Caps. cylindracea. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* ſedecim, anguſtis. *Calyptra* campanulata, magna, laxa, glabra.

Masc. gemmacei, axillares, in eodem individuo.

* 1644. DICRANUM. * *Hedw. fund.* 2. *p.* 91. Fiſſidens *Hedw. l. c.* Mnii, Bryi & Hypni ſp. *Linn.*

Caps. ovato-oblonga. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* ſedecim, latiuſculis, bifidis.

Masc. gemmacei axillares, in eadem ſ. diſtincta planta.

Obs. Fiſſidens *H. Maſc. fl. gemmacei axillares in eadem planta.*

Dicranum *H. Maſc. capitulif. terminales in diſtincta planta.*

1645. TRICHOSTOMUM. * *Hedvv. fund. 2. p. 90.* Bryi ſp. *Linn.*

CAPS. oblonga. *Periſtomium* ſimplex: *dentibus* ſedecim, bipartitis: laciniis, ſetaceis, rectis longis.

MASC. gemmacei axillares.

* 1646. DIDYMODON. * *Hedvv. muſc. 3. p. 8.* Ditrichum *Timm. megap. 216.* Swartzia. *Ehrh. Hedvv. muſc. 2. p. 72.*

CAPS. oblonga. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* 32, filiformibus, per paria approximatis.

MASC. axillares ſ. terminales.

* 1647. TORTULA. * *Hedvv. fund. 2. p. 92.* Barbula *ib.* Mnii & Bryi ſp. *Linn. Schmidel. ic. t. 57. f. 5.*

CAPS. oblonga ſ. cylindracea. *Periſt.* ſimplex: *dentibus* capillaribus, ſpiraliter convolutis.

MASC. gemmacei in eodem vel diverſo individuo.

OBS. Tortula *H. Maſc. gemmac. in eodem individuo.*
Barbula *H. Maſc. capitulif. in diverſo individuo.*

* 1648. WEISSIA. * *Ehrh. beytr. 1. p. 179.* Orthotrichum *Hedvv. muſc. 2. p. 96.* Bryi ſp. *Linn.*

CAPS. ovata. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, latiuſculis: *interius dentibus* totidem, latiuſculis, eroſis; ſ. nullum. *Calyptra* conica, pilis erectis.

MASC. gemmacei axillares & terminales.

* 1649. POHLIA. * *Hedvv. muſc. 1. p. 96.*

CAPS. ovato-oblonga, *apophyſi* obconicæ, anguſtiori inſidens. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, latiuſculis; *interius* membrana ſedecimpartita.

MASC. gemmacei in diſtincta planta.

* 1650. FUNARIA. * Kœlreutera *Hedvv. fund. 2. p. 95.* Mnii ſp. *Linn.*

CAPS. obconica. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, obliquis, apice cohærentibus; *interius ciliis* totidem, membranaceis, planis.

Masc. discoidei in diversa planta.

1651. BRYUM. * *Hedvv. fund.* 2. *p.* 94. Mnium, *ibid.* Webera *ibid. p.* 95. Bryi & Mnii *sp. Linn. Schmidel. ic. t.* 56. *f.* 1. 2.

Caps. ovato-oblonga. *Peristomium* duplex: *exterius dentibus* sedecim, latiusculis, acutis; *interius* membranaceum, plicato carinatum, laciniatum; laciniis latiusculis capillaribusque alternis.

Masc. capitati s. discoidei s. gemmacei in eadem s. diversa planta.

Obs. Bryum *H. Masc. capituliformes.*
Mnium *H. Masc. discoidei.*
Webera *H. Peristomium interius cum & absque ciliis.*

* 1652. TIMMIA. * *Hedvv. musc.* 1. *p.* 83. *t.* 31.

Caps. ovata. *Peristomium* duplex: *exterius dentibus* sedecim, latiusculis; *interius* obsolete sulcatum, laciniatum: laciniis subæqualibus, pertusis.

Masc. gemmacei, pedunculati, axillares.

* 1653. MEESIA. * *Hedvv. fund.* 2. *p.* 97. Mnii sp. *Linn. Schmidel. ic. t.* 57. *f.* 4.

Caps. oblonga. *Peristomium.* duplex: *exterius dentibus* sedecim, brevibus, obtusis; *interius ciliis* totidem, acutis, distinctis vel opere reticulato connexis.

Masc. femineis approximati vel discoidei in diversa planta.

* 1654. BARTHRAMIA. * *Hedvv. musc.* 2. *p.* 111. Bryi sp. *Linn.*

Caps. sphærica, striata. *Peristomium* duplex: *exterius dentibus* sedecim, cuneiformibus; *interius* membranaceum, plicato-carinatum, apice lacinulatum.

Masc. Femineis approximati.

1655. FONTINALIS. * *Linn. Hedvv. fund.* 2. *p.* 96. *Schmidel. ic. t.* 58.

Caps. insidens *setæ* brevi, *perichætio* imbricato obvolutæ, oblongæ. *Peristomium* duplex: *exterius dentibus* sedecim, latiusculis; *interius* reticulatum.

Masc. gemmacei axillares.

† 1656. HYPNUM. * *Hedvv. fund.* 2. p. 94. Hypni ſp. *Linn. Schmidel. ic. t.* 57. 58.

Caps. oblonga. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, latiuſculis; *interius* membranaceum, æquale, laciniatum: laciniis latiuſculis, cum interjectis capillaribus.
Masc. gemmacei in diverſis plantis.

* 1657. LESKIA. * *Hedvv. fund.* 2. *p.* 93. Hypni ſp. *Linn.*

Caps. oblonga. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, acutis; *interius* membranaceum, partitum in lacinias æquales.
Masc. gemmacei in diverſis individuis.

* 1658. NECKERA. * *Hedvv. fund.* 2. *p.* 93. Hypni ſp. *Linn.*

Caps. oblonga. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, acutis; *interius ciliis* ſedecim diſtinctis, cum dentibus exterioris alternantibus.
Masc. gemmacei in diſtinctis plantis.

† 1659. BUXBAUMIA. * *Buxb. Schmidel. monogr.* 1758. *Linn. amœn.* 5. *p.* 78. Webera *Ehrh. beytr.* 1. p. 177.

Caps. ovata, obliqua, baſi hinc ventricoſa, depreſſa, in altera ſpecie marginata. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* ſedecim, truncatis; *interius* membranaceum, plicatum.
Masc. diſcoidei.

† 1660. POLYTRICHUM. * *Linn. Hedvv. fund.* 2. *p.* 90. *Schmidel. ic. t.* 51. Catharinea. *Ehrh. beytr.* 1. *p.* 178.

Caps. oblonga, interdum quadrangula, *apophyſi* quadrangulæ inſidens. *Periſtomium* duplex: *exterius dentibus* 32, brevibus, baſi coalitis, incurvis; *interius* membrana plana, transverſa, apicibus dentium exterioris adglutinata. *Calyptra* piloſa.

Masc. discoidei.

IV. HEPATICÆ.

1661. MARCHANTIA. * *Marchant. A. G.* 1713. *t.* 5. *Mich.* 1. Hepatica *Mich.* 2. Lunularia *Mich.* 4. Lichen *Dill. musc.* 515. Marchantia *Schmid. ic.* 9. 29. 31. 34. *Hedvv. theor.* 96. *t.* 24. 25.

* *Masculus* Flos, pedunculatus s. sessilis.

Cal. *Perianthium* constans margine membranaceo, patulo integro s. lobato, persistente; disco papilloso.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plures, pyriformes, uniloculares, calycis substantiæ immersæ, in ejus superficie, poro hiantes.

* *Femineus* in distincto vel eodem individuo.

Cal. *Communis* magnus, stellatus, hemisphæricus, s. conicus, subtus florifer: floseulis deorsum spectantibus. *Perianthium proprium* sessile, campanulatum, quadri s. quinquedentatum, membranaceum, coloratum, tenerum.

Cor. *Calyptra* sessilis, calyce proprio brevior, subgloboſa s. oblonga, membranacea, tenerrima, stylo coronata, tandem apice in duas ad quinque lacinias rumpens, quarum una stylum in apice retinet.

Pist. subgloboso-oblongum, calyptra vestitum, sessile. *Stylus* rectus s. incurvus, brevis, per verticem calyptræ transiens, exsertus. *Stigma* simplex.

Per. *Capsula* setæ brevi teneræ insidens, obovata, unilocularis, apice dehiscens dentibus suboctonis, (5-10) tandem revolutis.

Sem. plurima, globoſa, plurali numero *filis* in helicen contortis, elasticis, adnata.

Obs. Marchantia *M. Cal. masculus pedunculatus, disco octoradiato, margine in totidem lobos secto. Femineus octo-s. decempartitus: laciniis teretiusculis; subtus medio proferens tot, quot laciniæ, involucra bivalvia, multiflora, cum laciniis alterna. — Præter flores adsunt cupulæ, margine dentatæ, gemmiferæ.*

Lunularia *Mich. Cal. masculus sessilis, dimidiatus; femineus quadriradiatus, cruciformis: laciniis floseulos obvolventibus.*

Hepatica *Mich. Cal. maſculus pedunculatus vel ſeſſilis, ſubrotundus; femineus hemiſphærico-conicus, ſubtus locularis: loculis uniflori.*

† 1662. JUNGERMANNIA. * *Mich. 5. Schmidel. monogr.* 1760. *ic. t.* 22. 35. 42. 48. 55. 62. 63. 64. 67. 68. *Hedvv. theor.* 83. *t.* 15 - 23. Muſcoïdes *Mich.* 6. Lichenaſtrum *Dill. muſc.* 479. Andreæa *Ehrh. beytr.* 1. *p.* 180.

* *Maſculi* Flores, ſeſſiles, in caule, foliis, frondibus glomerati.

Cal. vix ullus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* ovatæ, uniloculares, apice dehiſcentes.

* *Feminei* Flores, in eadem vel diſtincta planta.

Cal. *Perianthium* erectum, tubuloſum; truncatum, crenatum ſ. laciniatum.

Cor. *Calyptra* ſeſſilis, perianthio minor, ſubgloboſa, undique clauſa, membranacea, tenera, ſtylo coronata, tandem apice rumpens.

Pist. *Germen* oblongum, calyptra obvolutum, ſeſſile. *Stylus* brevis, rectus, per verticem calyptræ tranſiens. *Stigma* ſimplex.

Peric. *Capſula* ſetæ longæ tenerrimæ inſidens, globoſa, unilocularis, tandem longitudinaliter dehiſcens in *Valvulas* quatuor, æquales, patentes, perſiſtentes.

Sem. plurima, globoſa, adhærentia *filis* tortis, elaſticis, valvulis in fundo, apice, diſco vel margine adfixis.

Obs. *Germina in uno perianthio ſæpe reperiuntur plura, e quibus tamen unum tantummodo adoleſcit.*

Jungermanniæ acaules *antheras habent intra ſubſtantiam frondium, & perianthio florum femineorum carent; an proprii generis?*

† 1663. TARGIONIA. * *Mich.* 3. *Schreber Naturf.* 15. *p.* 236. *t.* 5.

* *Maſculus* Flos in apice frondis ſ. laciniarum, ſolitarius.

Cal. proprius nullus.

Cor.

Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* in glomerulum collectæ, ſubcylindraceæ.

* *Femineus* ſub apice frondis, ſolitarius.

Cal. bivalvis, compreſſus.
Cor. *Calyptra* ſubſeſſilis, ſubgloboſa, undique clauſa, membranacea, ſtylo coronata, dehiſcens?
Pist. *Germen* calyptra obvolutum. *Stylus* brevis, ſubincurvatus. *Stigma* truncatum.
Per. *Capſula* ſubſeſſilis, globoſa, unilocularis - apice dehiſcens? *dentibus* quatuor ſ. pluribus? *Mich.*
Sem. plurima, globoſa, *filis* tortis elaſticis adhærentia.
Obs. *Apertam capſulam numquam vidi; eam autem, maturis feminibus, aperiri, vix dubito.*

† 1664. ANTHOCEROS * *Mich. gen.* 7. *Dill. muſc.* 475. *Schmid. ic. t.* 19. 47. *Hedw. theor.* 108. *t.* 26.

* *Maſculi* Flores, intra ſubſtantiam frondis.

Cal. monophyllus, in lacinias aliquot diviſus. (margine ſæpe integro *Hedw.*)
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* tres ad octo, in fundo calycis, obovatæ.

* *Feminei*, in eadem planta.

Cal. monophyllus, cylindricus, truncatus, margine integro ſ. denticulato.
Cor. *Calyptra* fibroſa, ſtylo coronata. *Hedw.*
Pist. *Germen* breve, conicum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* ſimplex.
Peric. *Capſula* longiſſima, ſubulata, ſemibivalvis; *columella* libera, a baſi ad apicem extenſa.
Sem. plurima, globoſa, echinata, ſingula *filo* torto, elaſtico columellæ ſ. valvis adfixa.

† 1665. BLASIA. * *Mich. gen.* 7. *Schmidel. monogr.* 1759. *Hedw. theor.* 112. *t.* 28.

* *Maſculi* Flores, ſolitarii, per frondis ſubſtantiam ſparſi.

Cal. nullus.
Cor. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſubgloboſæ, frondi immerſæ, cuticula tectæ.

* *Feminei* Flores, in eadem planta.

CAL. nullus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, obliquum, extrorſum in tubum erectum deſinens. *Stylus* breviſſimus, tenerrimus, tubo impoſitus, caducus. *Stigma* ſimplex. *Hedw.*

PER. *Capſula* ovata, obliqua, unilocularis, extrorſum coronata *tubo* brevi, truncato, apice hiante.

SEM. plurima, ſubrotunda, compreſſiuſcula, per tubum prorumpentia.

† 1666. RICCIA. * *Mich. gen.* 57. *Schmidel. ic. t.* 44. 45. *Hedvv. theor.* 116. *t.* 29.

* *Maſculi* Flores *?* in ſuperficie frondis ſeſſiles.

CAL. nullus.

COR. nulla.

STAM. *Anthera?* conica, truncata, ſeſſilis-apice dehiſcens?

* *Feminei* Flores, in eadem (vel diverſa *Mich.*) planta.

CAL. nullus, niſi cavitas veſicularis, intra folii ſubſtantiam.

COR. nulla.

PIST. *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, erectus, ſuperficiem frondis attingens vel ſuperans. *Stigma* ſimplex.

PER. *Capſula* globoſa, unilocularis, ſtylo coronata.

SEM. plurima, hemiſphærica.

OBS. *Corpuſcula, quæ pro antheris habuit Michelius, reliquis papillis quibus ſuperficies frondis ſuperior in Riccia glauca per microſcopium tecta apparet, excepta magnitudine, nimis ſimilia, nimisque ſolida mihi viſa ſunt, quam ut ipſi adſtipulari potuiſſem. Tubum vero, germini impoſitum, intus granulis minimis repletum vidi, ideoque illa pro poltine, & tubum pro anthera habendum eſſe judicavi; an recte? alii obſervatores decernant. Examinanda vero eſt fructificatio tum, cum germinis figura nondum eſt ſphærica.*

* 1667. SPHÆROCARPUS. *Mich. gen.* 3. *Schmidel. ic. t.* 28.

* *Maſculi* Flores? in cruſta mucoſa, terræ inſtrata.

CAL. nullus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Anthera?* ſubrotunda, tuberculata.
* *Feminei?* ex eadem cruſta.
CAL.? ſubrotundus ſ. oblongus, clavatus, membranaceus, reticulatus, tener, intus cavus, tandem vario modo (apice *Mich.*) rumpens.
COR. nulla.
PIST.
PER? globoſum, in fundo calycis.
SEM? plurima, minima, ſphærica - interdum parieti calycis interne adhærentia.
OBS. *Genus adhuc obſcurum.*

V. ALGÆ.

† 1668. LICHEN. * *Tournef.* 325. *Mich. gen.* 36-53. *Hedvv. theor.* 120. *t.* 30. 31. Lichenoides *Dill. muſc.* 124. Coralloides *Dill. muſc.* 75. Usnea *Dill. muſc.* 56.
* *Maſculi* Flores?

Veſiculæ conglomeratæ, minutiſſimæ, farinæ inſtar congeſtæ ſ. ſparſæ in diſco, margine vel apicibus frondium.
* *Feminei?* in eadem vel diſtincta planta.
Receptaculum ſubrotundum, planiuſculum, convexum (*Tuberculum*), concavum (*Scutella*), ſubrevolutum margine adfixum (*Pelta*), ſæpe colore a fronde diverſum, intus continens ſemina in ſeries digeſta.
OBS. *Pulvis in quibusdam Lichenibus hærens magis ad gemmas pertinere videtur, quam ad fructificationes maſculinas.*
Species hujus generis numeroſiſſimæ commode in ſequente: ſectiones dividi poſſunt, e quibus quædam ab aliquibus pro diſtinctis generibus aſſumuntur:
Lepra. *Hall. Cruſta pulverea. Fructificationes vix ullæ.*
Tubercularia. *Herpes Hall. Verrucaria Wigg. Hoffm. Cruſta aphylla. Fructificationes. Tubercula.*
Scutellularia. *Patellaria Hoffm. Cruſta aphylla. Fr. Scutellæ.*
Placodium. *Hill. Pſora Hall. Cruſta foliacea, imbricata, depreſſa, craſſa, fragilis. Fr. Scutellæ.*
Collema. *Hill. Noſtoch Hall. Frondes foliaceæ, gelatinoſæ. Fr. Scutellæ.*
Imbricaria. *Squamaria Hoffm. Frondes ſubfoliaceæ, membranaceæ, imbricatæ, depreſſæ, flexiles. Fr. ſcutellæ.*

Phyſcia. *Frondes foliaceæ, membranaceæ, depreſſæ ſ. adſcendentes, intus tubuloſæ. Fr. Scutellæ, ſeſſiles ſ. pedunculatæ.*

Lobaria. *Pulmonarius Hall. Frondes foliaceæ, membranaceæ, adſcendentes, flexiles. Fr. Scutellæ, ſeſſiles ſ. pedunculatæ.*

Cornicularia. *Corniculatus Hall. Frondes foliaceæ, membranaceæ ſ. cartilagineæ, erectiuſculæ, anguſtatæ, extremitatibus acutiuſculis, rigidæ. Fr. Scutellæ; interdum terminales, transverſæ.*

Stićta. *Frondes foliaceæ, ſubcoriaceæ, inferne punctis albis excavatis conſperſæ. Fr. Scutellæ, ſ. Peltæ.*

Peltigera. *Wild. Antilyſſus Hall. Frondes foliaceæ, coriaceæ, adſcendentes, molles. Fr. Peltæ.*

Umbilicaria. *Hoffm. Frondes foliaceæ, erectæ, rigidæ, peltatæ. Fr. Scutellæ.*

Pyxidium *Hill. Caules erecti, infundibuliformes, intus cavi. Tubercula fungiformia inæqualia marginalia.*

Cladonia. *Hill. Coralloïdes Dillen. Caules erecti, teretiuſculi, ramoſi, intus cavi, fruticuli ſpecie, axillis ſæpe perforatis. Fr. Tubercula fungiformia.*

Stereocaulon. *Caules erecti, teretiuſculi, ſimplices ſ. ramoſi, ſolidi. Fr. Tubercula.*

Usnea. *Dill. Caules erecti, ſ. penduli, filamentoſi, ſimplices ſ. ramoſi. Fr. Scutellæ.*

† 1669. TREMELLA. * *Dill. muſc.* 41.

Subſtantia uniformis, membranacea, gelatinoſa, pellucida.

1670. ULVA. * *Dill. gen.*

Fructificationes in membrana diaphana, aquatica.

1671. FUCUS. * *Reaum. A. G.* 1711. *tab.* 9. 10. 11.

✲ *Maſculi* Flores?

Veſiculæ glabræ, cavæ, pilis intus adſperſæ.

✲ *Feminei* Flores.

Veſiculæ glabræ, gelatina repletæ, adſperſæ punctis perforatis ſemine fœtis. *Semina* ſolitaria.

1672. CONFERVA. * *Dill. muſc.* 11.

Fibræ ſimplices, uniformes, capillaceæ, filamentoſæ.

Obs. *Sunt hæ fibræ vel continuæ, vel articulatæ.*

1673. BYSSUS. * *Dill. muſc.* 1. *Mich. gen.* 80. 90. Aſpergillus *Mich.* 91. Botrytis *Mich.* 91.

Fibræ ſimplices, lanuginoſæ.

Obs. *Conſervæ maxime adſinis. Vid. Afzel. diſſ.* 1785. *p.* 3.

VI. FUNGI.

1674. AGARICUS. * *Dill.* Amanita *Dill.*

Fungus horizontalis, ſubtus lamellatus.

Obs. Agaricus Diſſ. *caret ſtipite, & margine laterali adnaſcitur.*

Amanita *Dill. inſtruitur ſtipite, centro orbiculari pilei inſerto.*

Agaricos *Dill. ab* Amanita, Boleto & Erinaceo *Dill. non ſpecie differre, ſed ſolo loco naſcendi mutatos reddi, ſuadent obſervationes, quotquot hucusque fuere inſtitutæ.*

1675. BOLETUS. * *Dill.* Suillus *Mich.* 68. 69. Polyporus *Mich.* 70. 71.

Fungus horizontalis, ſubtus poroſus.

1676. HYDNUM. * Erinaceus *Dill. Mich.* 72.

Fungus horizontalis, ſubtus fibris ſubulatis echinatus.

1677. PHALLUS. * *Mich.* 83. Boletus *Mich.* 85. Phalloboletus *Mich.* 84.

Fungus ſubtus lævis, ſupra callis reticulatus.

1678. CLATHRUS. * *Mich.* 93. Trichia *Hall.* Stemonitis *Gled.*

Fungus ſubrotundus, conſtans corpore reticulari, feneſtrato, cavo: undique connexis ramificationibus.

1679. HELVELLA. * Fungoidaſter *Mich.* 82. Fungoides *Mich.* 86. Fungoidis ſpec. *Vaill. B.* P. XI 8.

Fungus ſuperne & inferne lævis, turbinatus.

1680. PEZIZA. * *Dill.* Cyathoides *Mich.* 102. Fungoidis ſpecies *Vaill. B. P. XI.* 4. 5. 6. 7. Cyathus *Hall.*

Fungus campanulatus, ſeſſilis, recondens corpuſcula lentiformia, ſeminifera.

* 1681. OCTOSPORA. * *Hedvv. muſc.* 2. p. 4. t. 3 - 10. 23. Peziza *Hall.*

Fungus hemiſphærico-campanulatus ſ. planiuſculus, membranis ſeminalibus diſtinctis, ſæpe ſtuppa filamentoſa junctis: ſeminibus octo fœtis.

1682. CLAVARIA. * *Vaill. B. P. VII. Mich.* 87. Coralloides *Tournef.* 332. *Mich.* 88. Corallofungus *Vaill. B. P. VIII.* Fungoides *Dill.*

Fungus lævis, oblongus, ſuperficie unica.

1683. LYCOPERDON. * *Tournef.* 331. *Mich.* 97. *Vaill. B. P. XVI.* 4 - 10. Boviſta *Dill.* Lycoperdoides *Mich.* 98. Lycoperdaſtrum *Mich.* 99. Geaſter *Mich.* 100. Carpobolus *Mich.* 101.

Fungus ſubrotundus, ſeminibus farinaceis impalpabilibus, filamentis intertextis, repletus, ab apice dehiſcens.

* 1684. SPHÆRIA. * *Hall. Weig. obſ.* 41. t. 2. *Web. ſpicil.* 281. *Afzel. diſſ. p.* 8. *Dickſon faſc.* 1. *p.* 22. *Hoffmann. cryptog.* 1. *præf.* Lichen - Agaricus *Mich.* 54. 55 Valſa *Scop.*

Fungus variæ figuræ. *Fructificatio* ſphærica, maſſa pulverulenta (absque filamentis) repleta.

Obs. *Fructificationes ſphæricæ plerumque ſub cortice aliquo latent, ſolo oſtiolo conſpicuo. Hall. Web.*

1685. MUCOR. * *Mich.* 95. Mucilago *Mich.* 96. Lycocala. *Mich.* 95.

Fungus veſiculis ſtipitatis, in quibus ſemina numeroſa.

APPENDIX.

PALMÆ.

1686. *Thrinax.*
1687. *Rhapis.*
1688. *Chamærops.*
1689. *Borassus.*
1690. *Corypha.*
1691. *Licuala.*
1692. *Cocos.*
1693. *Bactris.*
1694. *Phœnix.*
1695. *Elais.*
1696. *Areca.*
1697. *Elate.*
1698. *Nipa.*
1699. *Cycas.*
1700. *Zamia.*
1701. *Caryota.*
1702. *Mauritia.*

APPENDIX.

I. PALMÆ.

* 1686. THRINAX. *Swartz. prodr. 57. Auct. D. D. Swartz.* (*Hexandria Monogynia.*)

CAL. *Spatha* universalis, composita. *Spadix* simpliciter ramosus, imbricatus *Spathis* propriis, *spicis* decussatis. *Perianthium* minutum, sex dentatum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* sex, brevia, filiformia, basi germinis inserta. *Antheræ* magnæ, (pistillo majores,) erectæ, basi apiceque bifidæ.

PIST. *Germen* semiinferum, ovatum, calyce cinctum. *Stylus* crassiusculus, brevis. *Stigma* latiusculum, compressum, retusum, emarginatum.

PER. *Bacca* unilocularis, nuda.

SEM. *Nucleus* unicus, nauco osseo tectus.

* 1687. RHAPIS. *Linn. fil. Aiton kew.* 3. p. 473.

* *Hermaphroditi* Flores.

CAL. *Spatha* . . *Spadix* . .
Perianthium monophyllum, trifidum. . .

COR. monopetala, trifida . .

STAM. *Filamenta* sex. . . . *Antheræ* . .

PIST. *Germen* . . .

PER. . . . .

SEM. . . . .

* *Masculi* Flores.

CAL. ut in Hermaphroditis.

COR. ut in Hermaphr.

STAM. ut in Hermaphrod.

1688. CHAMÆROPS. * *Mus. Cliff.* 10. Chamæriphes *Pont.* 10. *Gærtn.* 9. (*Polygamia Diœcia.*)

* *Hermaphroditus.*

CAL. *Spatha* universalis, compressa, bifida. *Spadix* ramosus. *Perianthium proprium* tripartitum, minimum.

COR. tripartita. *Petala* ovata, coriacea, erecta, acuta, apice inflexa.

Stam. *Filamenta* ſex: ſubulato-compreſſa, baſi parum cohærentia. *Antheræ* lineares, didymæ, adnatæ interiori parieti filamentorum.
Pist. *Germina* tria, ſubrotunda. *Styli* totidem diſtincti, perſiſtentes. *Stigmata* acuta.
Per. *Drupæ* tres, globoſæ, uniloculares.
Sem. ſolitaria, globoſa.

* *Mas* in diſtincta planta, eodem modo florens.

Cal. *Spatha* ut in hermaphrodito.
Perianthium ut in hermaphrodito.
Cor. ut in hermaphrodito.
Stam. *Receptaculum* gibbum, deſinens in *Filamenta* ſex non perforato-diſtincta.
Cætera ut in hermaphrodito.

† 1689. BORASSUS *Muſ. Cliff.* 13. Ampana *H. M. I.* 10. Carim-pana *H. M.* I. 9. - Lontarus *Gærtn.* 8. (*Diœcia Hexandria.*)

* *Mas* Ampana.

Cal. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* amentaceus, imbricatus.
Perianthium proprium triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis.
Cor. . . .
Stam. *Filamenta* ſex, craſſiuſcula. *Antheræ* craſſiores, ſtriatæ.

* *Femina* Carim-pana: in diſtincta planta.

Cal. *Spatha* & *Spadix* ut in mare.
Perianthium proprium triphyllum perſiſtens, *foliolis* ſubrotundis, obtuſis.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, parva, acuta, perſiſtentia.
Pist *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, parvi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* (*Drupa*) ſubrotunda, obtuſa, rigida, uniloculares.
Sem. tria, ſubovata, compreſſa, diſtincta, filamentoſa.

† 1690. CORYPHA. *Muſ. Cliff.* 11. *Gærtn.* 7. Codda-panna *II. M. II.* 12. *Hexandria Monogynia.*

Cal. *Spatha* univerſalis compoſita. *Spadix* ramoſus.

Perianthium proprium triphyllum, perſiſtens: *foliolis* ovatis.
Cor. tripartita. *Petala* ovata, obtuſa, patentia.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla longiora. *Antheræ* adnatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* globoſa, magna, unilocularis.
Sem. unicum, oſſeum, magnum, globoſum.
Obs. Browne *Corypham ſuam aliter definit; an itaque diſtincti generis?*
Cal. *Spadix* ſimpliciter ramoſus, imbricatus ſpathis propriis. *Perianthium* nullum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* ſex, brevia, germinis lateribus innata. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* globoſum, parvum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* capitatum, ſubinfundibuliforme.
Per. *Drupa* unilocularis.
Sem. *Nux Arillo* oſſeo.

* 1691. LICUALA. *Thunb. nov. gen. pl.* 70. (*Hexandria Monogyn.*)

Cal. *Perianthium* tripartitum, extus piloſum.
Cor. ad baſin fere tripartita: *laciniis* ovatis, acutis, concavis.
Nectarium ſertiforme, truncatum, corolla duplo brevius.
Stam. *Filamenta* ſex, nectario inſerta, erecta, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, didymæ.
Pist. *Germen* ſuperum, convexum, tripartitum, ſulcatum, glabrum. *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo.
Per. *Drupa* globoſa, magnitudine piſi.
Sem. *Nux* dura.

† 1692. COCOS † *Muſ. Cliff.* 11. *Jacq. Gærtn.* 4. 5. 6. Tenga H. M. I. *t.* 1-4. *Brown.* 341. (*Monoica Hexandria.*)

* *Maſculi Flores* in eodem cum femineis ſpadice.
Cal. *Spatha* univerſalis univalvis. *Spadix* ramoſus.
Perianthium triphyllum, minimum: *foliolis* ſubtriquetris, concavis, coloratis.
Cor. *Petala* tria, ovata, acuta, patula.

STAM. *Filamenta* ſex, ſimplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſagittatæ.

PIST. *Germen* trifidum, minimum. *Styli* tres, breves. *Stigmata* obſoleta.

PER. *Drupa* coriacea, fibroſa, maxima, ſubovata, obſolete trigona.

SEM. *Nux* maxima, ſubovata, acuminata, unilocularis, trivalvis, obtuſe trigona, baſi tribus foraminibus pervia. *Nucleo* cavo.

PER. abortiens.

* *Feminei* in eodem cum maſculis ſpadice.

CAL. *Spatha* communis cum hermaphroditis ut & *Spadix*. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, conniventibus, coloratis, perſiſtentibus.

COR. *Petala* tria, perſiſtentia, calyci ſimilia, ſed paulo majora.

PIST. *Germen* ovatum, triloculare. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* tripartitum.

* 1693. BACTRIS. *Jacq. amer.* — *Gærtn.* 9. (*Monœcia Hexandria.*)

* *Maſculi* Flores.

CAL. *Spatha* univerſalis monophylla. *Spadix* ramoſus. *Perianthium* monophyllum, tripartitum, parvum: *laciniis* lanceolatis, concavis, coloratis.

COR. monopetala, trifida: *tubo* brevi, *laciniis* ovatis, acutis, erectis.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, longitudine corollæ, medio tubi inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

* *Feminei* Flores pauci, in eodem ſpadice, maſculis intermixti.

CAL. *Spatha* eadem cum maſculis.

Perianthium monophyllum, campanulatum, tridentatum, acuminatum, coloratum, minimum, perſiſtens.

COR. monopetala, erecta, tridentata, perſiſtens.

PIST. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum, obſolete trifidum.

PER. *Drupa* coriacea, ſubrotunda, fibroſo-ſucculenta, ſtylo acuminata.

SEM. *Nux* ſubrotunda, utrinque depreſſa, tribus foraminibus lateralibus notata. *Nucleo* ſolido.

1694. PHOENIX. † *Kæmpf.* 2. *Gærtn.* 9. Elate *Muſ. Cliff.* 12. Katouindel *H. M. III.* 23. (*Diœcia Triandria.*)

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Spatha* univerſalis univalvis. *Spadix* ramoſus. *Perianthium* tripartitum, minimum, perſiſtens.

COR. *Petala* tria, concava, ovata, oblongiuſcula.

STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* lineares, tetragonæ, longitudine corollæ.

* *Feminei Flores* in diverſa planta aut eodem ſpadice.

CAL. ut in Mare.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* acutum.

PER. *Drupa* ovata, unilocularis.

SEM. unicum, oſſeum, ſubovatum, ſulco longitudinali exaratum.

† 1695. ELAIS. *Jacq. amer.* 280. - *Gærtn.* 6. (*Diœcia Hexandria.*)

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* hexaphyllum : *foliolis* concavis, erectis.

COR. monopetala, ſexfida, erecta, acuta, longitudine calycis.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, acutæ.

PIST. *Germina* tria, oblonga, erecta. *Styli* truncati. *Stigmata* nulla.

PER. abortit.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare.

COR. hexapetala.

PIST. *Germen* ovatum, triloculare. *Stylus* craſſiuſculus. *Stigmata* tria, reflexa.

PER. *Drupa* fibroſa, ovata, ſubangulata, oleoſa.

SEM. *Nux* ovata, ſubtrigona, foraminibus tribus, trivalvis, unilocularis.

† 1696. ARECA. -- *Gærtn.* 7. (*Monœcia Enneandria.*)

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Spatha* bivalvis. *Spadix* ramoſus. *Perianthium proprium* triphyllum.

Cor. *Petala* tria, acuminata, rigida.
Stam. *Filamenta* novem, quorum tria exteriora longiora.
* *Feminei Flores* in eodem ſpadice.
Cal. *Spatha* communis cum maſculis. *Perianthium proprium* triphyllum.
Cor. *Petala* tria, acuminata, rigida.
Pist. . . . .
Per. *Bacca* ſubovata, fibroſa, calyce imbricato baſi cincta.
Sem. ovatum.

† 1697. ELATE. *Ait. Kew.* 3. *p.* 477. (*Monœcia Hexandria.*)
* *Maſculi Flores.*
Cal. *Spatha* bivalvis. *Spadix* ramoſus. *Perianthium proprium* tridentatum.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſex, ſeſſiles.
* *Feminei Flores* in eodem ſpadice cum maſculis.
Cal. *Spatha* communis cum maſculis.
Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, perſiſtentia.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus. *Stigmata* tria.
Per. *Drupa* ovata, acuminata.
Sem. *Nux* ovata, ſulco exarata.

* 1698. NIPA. *Rumph. Thunb. nov. gen. pl.* 90. (*Monœcia Monadelphia.*)
* *Maſculi* Flores laterales, femineis inferiores, in eadem planta.
Cal. *Spathæ* oblongæ, concavæ, acuminatæ, coriaceæ: exteriores majores, interiores ſenſim includentes.
Perianthium proprium nullum.
Cor. *Petala* ſex, linearia, æqualia, patenti-reflexa.
Stam. *Filamentum* unicum, filiforme, erectum, longitudne petalorum.
Anthera apice filamenti perforata, duodecimſulcata, oblonga.
* *Feminei* terminales:
Cal. *Spathæ* ut in Mare.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* angulatum (ſæpe quinquangulare, oblique truncatum, glabrum. *Stylus* & *Stigma* nullum; ſed eorum loco ſulcus in alterutro latere.
Peric. *Drupæ* plurimæ aggregatæ in capitulum (magnitudine capitis), angulatæ: angulis inæqualibus acutis obtuſisve, inferne attenuatæ, ſuperne obtuſatæ, glabræ.

1699. CYCAS. † -- *Conf. Jacq. in Act. Helv. 8. p. 59. t. 2.*

* *Mas.*

CAL. *Spatha* nulla. *Spadix* nullus.
Amentum ſtrobiliforme, ovatum, ſquarroſum, imbricatum ſquamis.
Squamæ ſpathulatæ, læves, carnoſæ, coloratæ, ſubtus carinatæ: mucrone reflexo, diſtante.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* nullæ.
Pollen inſperſum paginæ ſuperiori ſquamarum Amenti, ſeſſile, copioſiſſimum, confertiſſimum, ſubgloboſum, uniloculare, diſſiliens longitudinaliter latere altero.

* *Femina* in diſtincto individuo.

CAL. *Spatha* nulla.
Spadix ſimpliciſſimus, compreſſo-anceps, longus, acuminatus. *Perianthium* nullum.

COR. nulla.

PIST. *Germina* ſolitaria, ſpadicis angulis ultra medium immerſa, remota, ſubrotunda. *Stylus* cylindricus, breviſſimus. *Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ovalis, unilocularis. *Rumph.*

SEM. *Nux* lignea, unilocularis. *Rumph.*

† 1700. ZAMIA. *Linn. fil. Suppl. 68. Gærtn. 3.* (*Diœcia Polyandria.*)

* *Mas.*

CAL. *Amentum* ſtrobiliforme, ovatum, obtuſum.
Squamæ horizontales, peltatæ, obovatæ, obtuſiſſimæ, unifloræ, apice incraſſatæ, perſiſtentes.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſubgloboſæ, confertæ, in ſquamarum pagina inferiori accumulatæ, ſeſſiles, bivalves, ſupra rima longitudinali dehiſcentes. *Pollen* farinoſum.

* *Femina.*

CAL. *Amentum* ſtrobiliforme, majus, ovatum, imbricatum.
Squamæ pedicellatæ, peltatæ, angulatæ, tandem diſtantes, perſiſtentes.

COR. nulla.

PIST. *Germina* duo, irregularia, angulata, ſub pelta ſquamarum margini inſerta, utrinque ſolitaria, nutantia.
Stylus nullus. *Stigma* obtuſum, latere obſolete bifidum.

Per. *Baccæ* ad ſingulam ſquamam geminæ, ovatæ, baſi deraſæ, carnoſæ, uniloculares.
Sem. ſingulis ſolitaria, ovata.
Obs. *De antheris & polline conf. Jacq. coll. auſtr.* 3. *p.* 264. *A. b. Linneo, tam patre, quam filio; Cycas & Zamia in noviſſimis operum editionibus ad Filices relatæ fuerunt. S.*

1701. CARYOTA. *Muſ. liff.* 12. *Gærtn.* 7. Schunda-pana *H. M.* I. 11. (*Monœcia Polyandria.*)

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* ramoſus. *Perianthium proprium* triphyllum.
Cor. tripartita. *Petala* lanceolata, concava.
Stam. *Filamenta* plurima, corolla fere longiora. *Antheræ* lineares.

* *Feminei Flores* in eodem ſpadice cum maſculis.

Cal. communis cum maſculis. *Perianthium proprium* triphyllum.
Cor. tripartita. *Petala* acuminata, minima.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* acuminatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. duo, magna, oblonga, hinc teretiuſcula, inde plana.

* 1702. MAURITIA. *Linn. fil. ſuppl.* 70.

* *Maſculi* Flores in *Amento* oblongo, ſeſſili, undique tecto floribus arcte approximatis; *ſquamis* obtuſis inter ſingulos flores.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, truncatum, integrum, triquetrum, breve.
Cor. monopetala. *Tubus* brevis, longitudine calycis. *Limbus* tripartitus: *laciniis* æqualibus, patentiuſculis, lanceolatis, canaliculatis, rigidis, (quaſi ligneis,) obtuſis.
Stam. *Filamenta* ſex, fauci tubi inſerta, craſſa, breviſſima. *Antheræ* lineares, angulatæ, longitudine laciniarum corollæ; quarum tres alternæ inter lacinias corollæ extenſæ, horizontales; tres reliquæ erectæ, canaliculo laciniarum appreſſæ.

* *Femina.*

Cal. . .
Cor. . .
Pist. . .
Per. . .

GENERA

NOVA ET EMENDATA.

MONANDRIA

Monogynia.

1703. *Philydrum.*
1704. *Uſteria.*
1705. *Pollichia.*
1706. *Mithridatea.*

Digynia.

1707. *Laciſtema.*

DIANDRIA

Monogynia.

1708. *Lithophila.*
1709. *Linociera.*

Digynia.

1710. *Crypſis.*

TRIANDRIA

Monogynia.

1711. *Schollera.*
1712. *Ariſtea.*
1713. *Miegia.*

Digynia.

1714. *Perotis.*
1715. *Pappophorum.*

Trigynia.

1716. *Donatia.*

TETRANDRIA.

Monogynia.

1717. *Mattuſchkæa.*
1718. *Ernodea.*
1719. *Hoffmannia.*
1720. *Cunninghamia.*
1721. *Coccocypſelum.*
1722. *Wallenia.*
1723. *Bellardia.*
1724. *Labatia.*
1725. *Witheringia.*
1726. *Picrium.*
1727. *Rouſſea.*
1728 *Gloſſoma.*
1729. *Curtiſia.*
1730. *Chloranthus.*

PENTANDRIA.

Monogynia.

1731. *Thouina.*
1732. *Solandra.*
1733. *Webera.*
1734. *Lita.*
1735. *Ardiſia.*
1736 *Bumelia.*
392. *Leea.*
1737. *Strelitzia.*
1738. *Plocama.*

Digynia.

1739. *Microtea.*
1740. *Rochefortia.*

HEXANDRIA.

Monogynia.

1741. *Hepetis.*
1742. *Agapanthus.*
1743. *Eucomis.*
578. *Phormium.*
1744. *Lachenalia.*
1745. *Lanaria.*
1746. *Laxmannia.*

OCTANDRIA
Monogynia
1747. *Hedwigia.*
1748. *Valentinia.*
1749. *Wolfia.*
DECANDRIA.
Monogynia.
1750. *Petaloma.*
1751. *Sandoricum.*
1752. *Zwingera.*
1753. *Aquilaria.*
Trigynia.
779. *Malpighia.*
780. *Baniſteria.*
781. *Hiræa.*
782. *Triopteris.*
Pentagynia.
784. *Averrhoa.*
DODECANDRIA.
Monogynia.
1754. *Agathophyllum.*
POLYANDRIA
Monogynia.
1755. *Mappia.*
1756. *Marila.*
1757. *Eroteum.*
DIDYNAMIA
Angioſpermia.
1759. *Caſtilleja.*
1758. *Pentſtemon.*
DIADELPHIA
Decandria.
1759. *Cyliſta.*
1760. *Smithia.*
POLYADELPHIA
Polyandria.
1761. *Douglaſſia.*
SYNGENESIA
Polygamia æqualis.
1762. *Marſhallia.*
MONOECIA
Triandria.
1763. *Zeugites.*
1764. *Comptonia.*
Tetrandria.
1765. *Empleurum.*
Syngeneſia.
1766. *Heritiera.*
DIOECIA
Tetrandria.
198. *Monetia.*
Decandria.
1767. *Ailanthus.*
Dodecandria.
135. *Triplaris.*

MONANDRIA.

Monogynia.

* 1703. PHILYDRUM. *Banks. Gærtn. p. 62. t. 16.*

Cal. *Spatha* monophylla, ovata, acuminata, corolla longior.
Perianthium nullum.
Cor. *Petala* quatuor: duo *exteriora* majora, ovata; duo *interiora* dimidio minora, lanceolata.
Stam. *Filamentum* unicum, liberum, ſubulatum. *Anthera* filamento ſupra medium utrinque adnata, loculis ſubgloboſis.
Pist. *Germen* ſuperum, oblongum. *Stylus* . .
Per. *Capſula* oblonga, obſolete triquetra, trilocularis, trivalvis: *diſſepimentis* contrariis.
Sem. numeroſiſſima; ſcobiformia.

* 1704. USTERIA. *Willd. act. Soc. Berol. 10. p. 52. t. 2.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, perſiſtens: *laciniis* quatuor, obtuſis, quarum tres minutæ, quarta multo major, lanceolata.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* anguſtus, calyce longior. *Limbus* quadridentatus, acutus, erectus.
Stam. *Filamentum* unicum, breve, tubo impoſitum. *Anthera* oblonga.
Pist. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* capillaris, corolla brevior. *Stigma* bifidum.
Per. Capſula oblonga, compreſſa, biſulca, unilocularis, bivalvis.
Sem. duo, oblonga, *arillo* membranaceo, tenui, veſtita.

* 1705. POLLICHIA. *Aiton kew. 3. p. 505.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubcampanulatum, quinquedentatum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, filiforme, longitudine calycis. *Anthera* ſubrotunda, didyma.

Pist. *Germen* ſuperum, fundo calycis immerſum, ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminis. *Stigma* bifidum.
Per. nullum, niſi membrana tenuis.
Sem. unicum, fundo calycis incraſſati incluſum, medio ſquamæ receptaculi adfixum.
Rec. *Squamæ* ſub antheſi ſubrotundæ, ſuccolentæ, ſingula in medio proprium florem ſuſtentans; dein carnoſæ, ſubpellucidæ, ovato-oblongæ, erecto-conniventes, baccam lobatam ſuperne apertam ſimulantes.

1706. MITHRIDATEA. *Commerſon. Tambouriſſa Sonnerat. ind. 2. t. 134.* Ambora *Juſſ. gen. 401.*

Cal. *Receptaculum commune* monophyllum, carnoſum, campanulatum, quadrifidum: *laciniis* magnis, ovatis, patentibus; ſupra tectum floſculis numeroſiſſimis, immerſis, minimis.
Perianthium proprium vix ullum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum, breviſſimum, erectum. *Anthera* erecta, canaliculata, ſtylum amplectens.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſtamine brevior, intra excavationem antheræ. *Stigma* ſimplex.
Per. *nullum. Receptaculum commune* majus, carnoſius, laciniis introrſum conniventibus, turbinatum, medio cavum, intra ſubſtantiam ſemina continet.
Sem. ſolitaria, ovata.
Obs. *Secundum ill. Juſſieu flores ſunt monoïci.* Maſc. *Involucrum primum ovatum, connivens, integrum, deinde quadripartitum, patens, intus antheris numeroſiſſimis tectum.* Fem. *Involucrum ovatum, intus cavum, ſupra umbilico pervium. Germina numeroſa, parieti interno immerſa; Styli & Stigmata totidem. Capſulæ totidem, in involucro ampliato, incraſſato, ſingulæ monoſpermæ arillatæ: arillo pulpoſo.*

DIGYNIA.

* 1707. LACISTEMA. *Swartz. prodr. 12.* *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Amentum commune* undique imbricatum, teres.
Squamæ unifloræ, ovatæ, concavæ; *ſquamulis* duabus linearibus ad latera ſub corolla intra ſquamam poſitis.

Cor. monopetala, quadripartita. *Tubus* nullus. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ, ſuberectæ.
Nectarium monophyllum, rotatum, integrum, corolla minus, concavum.
Stam. *Filamentum* unicum, in medio nectarii cum germine ſitum, erectum, verſus medium ſupra germen incurvum, apice bifidum. *Antheræ* minutæ, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Styli* duo, breviſſimi, recurvi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* pedicellata, obovata, oblonga, unilocularis.
Sem. unicum, oblongum.

DIANDRIA.

Monogynia.

* 1708. LITHOPHILA. *Swartz. prodr.* 14. *Auct. D. D. Swartzio.*

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis.
Cor. *Petala* tria, ovato-lanceolata, erecta, conniventia, longitudine foliolorum calycis.
Nectarium diphyllum: *foliolis* oppoſitis, corolla minoribus, carinatis, acutis, erectis, compreſſis.
Stam. *Filamenta* duo, ſubulata, erecta, e baſi germinis, longitudine nectarii. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
Per. biloculare.
Sem.

* 1709. LINOCIERA. *Swartz. in litt.* Thouinia *Swartz. prodr.* 14.

Cal. *Perianthium* minimum, quadridentatum, obtuſum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, æqualia, linearia, canaliculata, erecta, apice patula, calyce multoties longiora.
Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, latiuſcula. *Antheræ* lineares, biſulcatæ, longitudine corollæ, erectæ, ſingula alteri margini duorum petalorum leviter adhærens.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, quadrangulum. *Stylus* brevis. *Stigma* oblongum, bifidum.
Per. *Bacca* ovata, acuminata, bilocularis.

Sem. ſolitaria, oblonga.

DIGYNIA.

* 1710. CRYPSIS. * *Aiton. Kevv.* 3. *p.* 505. Pallaſia *Scop. hiſt. nat.* 62. Antitragus *Gærtn.* 80.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* oblongo-lanceolatis, carinatis, muticis: *exteriore* minore.

Cor. *Gluma* bivalvis: *Valvulæ* lanceolato-oblongæ, muticæ: *interiore* calyce longiore, *exteriore* eodem breviore. *Nectarium* diphyllum: *foliolis* ovatis, truncatis, hyalinis. *S.*

Stam. *Filamenta* duo, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, cordatæ, incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, ſtaminibus breviores. *Stigmata* piloſa.

Per. nullum. *Corolla* ſemen includens.

Sem. unicum, teretiuſculum.

TRIANDRIA.

Monogynia.

* 1711. SCHOLLERA. † *Schreb.*

Cal. *Spatha* monophylla, anceps, mucronata, longitudinaliter fiſſa, pedunculo brevior.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, patentia, obtuſiuſcula, ſubæqualia.

Stam. *Filamenta* tria, latiuſcula, acuta, erecta, corolla breviora, piſtillo longiora. *Antheræ* lineares, erectæ, apice recurvæ.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, attenuatum in *Stylum* brevem. *Stigma* trifidum, barbatum.

Per.

Sem.

* 1712. ARISTEA. *Aiton. kevv.* 3. *p.* 506.

Cal. *Spathæ* bivalves.

Cor. *Petala* ſex, oblonga, patentia, ſubæqualia.

Stam. *Filamenta* tria, filiformia, petalis breviora. *Antheræ* oblongæ, erecto-incumbentes.

PIST. *Germen* inferum, trigonum. *Stylus* filiformis, filamentis longior, declinatus. *Stigma* infundibuliforme, hians, margine fimbriatum, ſubtrigonum.
PER. *Capſula* oblonga, trigona, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima.

* 1713. MIEGIA. † *Schreb.* Remirea *Aubl. guian.* 44. *t.* 16.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *valvulis* ovatis, concavis, nervoſis: *ſuperiore* breviore, obtuſa; *inferiore* paullo longiore, acutiuſcula.
COR. bivalvis *Valvulæ* ventricoſæ, nervoſæ: *exterior* ovata, obtuſa, intra inferiorem calycinam, eaque longior; *interior* oblonga, apice compreſſa, acutiuſcula, marginibus convolutis, exteriore longior, intra calycinam ſuperiorem.
Nectarium monophyllum, ovatum, dorſo gibbum, compreſſiuſculum, acutum, læve, craſſum, ſuberoſum, apice marginibusque tenuius, corolla brevius, glumæ corollinæ majori oppoſitum, germen involvens.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, acutæ. *Aubl.*
PIST. *Germen* oblongum, ſubtriquetrum, intra nectarium. *Stylus* ſimplex, capillaris, corolla longior. *Stigmata* duo, capillaria.
PER. nullum.
SEMEN unicum, oblongum, triquetro rotundatum, nectario obvolutum, calyce corollaque perſiſtentibus incluſum.
OBS. *Aubletius longe alium* Remireæ *ſuæ characterem tradidit. Ego partes fructificationis deſcripſi, prout eas in ſpecimine ſicco vidi. Singulare eſt nectarium in hac planta.*

DIGYNIA.

* 714. PEROTIS. *Aiton. Kew.* 3. *p.* 506.

CAL. nullus.
COR. *Gluma* bivalvis: *Valvulæ* oblongæ, acutæ, ſubæquales, apice ariſtatæ.
Nectarium
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, corolla breviores.
Stigmata plumoſa, divaricata.
PER. nullum. *Corolla* ſemen includens.
SEM. unicum, lineari-oblongum.

* 1715. PAPPOPHORUM. †

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* longis, linearibus, compreſſiuſculis, tenuiſſimis, acuminatis, muticis: *exteriore* paullo breviore. *Floſculus alter* inferior, major, ſeſſilis, baſi barbatus, hermaphroditus; *alter* ſuperior, minor, pedicello brevi inſidens, inferioris dorſo adpreſſus, imberbis, neuter; & ſupra hunc rudimentum tertii.
COR. *Gluma* bivalvis, calyce brevior; *Valvula exterior* ovata, ventricoſa, angulata, terminata *ariſtis* pluribus, (13-14,) longiſſimis, rectis, inæqualibus, patulis, marginibus amplexans *interiorem* lanceolatam, acutam, exteriore paullo longiorem & anguſtiorem.
Nectarium diphyllum minimam: *foliolis* linearibus.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo, breves. *Stigmata* villoſa.
PER. nullum. *Corolla* includit, dimittit ſemen.
SEM. unicum, ovatum, compreſſum, diaphanum.
OBS. *Floſculi inferioris Gluma exterior dorſo lateribusque villoſa; interior dorſo excavata, ad recipiendum floſculum ſuperiorem.*
Ariſtæ pappum capillarem ſeminis plantæ e Syngeneſia mentiuntur.

TRIGYNIA.

* 1716. DONATIA. *Forſt. gen.* 5.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubulatis, brevibus, remotis.
COR. *Petala* novem (8-10), lineari-oblonga, calyce duplo longiora, patentia.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubgloboſæ, didymæ.
PIST. *Germen* inferum? *Styli* tres, filiformes, ſtaminibus paullo longiores. *Stigmata* obtuſiuſcula.
PER. . . .
SEM. . . .

Obs. *Non facile perſuadeor, hoc genus cum Polycarpo conjungi poſſe, ut putat b. a Linné Fil. præſertim viſa icone unicæ ſpeciei, Donatiæ faſcicularis F. in Commentat. S. R. Gottingenſ. vol. IX. tab. 3. G.*

TETRANDRIA.

Monogynia.

* 1717. MATTUSCHKÆA. Perama *Aubl.* 18. *Juſſ. gen.* 109.

Cal. *Perianthium* quadripartitum : *laciniis* ovatis, acutis, villoſis.

Cor monopetala. *Tubus* longus. *Limbus* quadrifidus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubæqualia, longitudine laciniarum corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſuperum, quadrifidum. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex. *Aubl.*

Per. nullum.

Sem. duo ſ. quatuor, minima, nuda. *Juſſ.*

* 1718. ERNODEA. *Swartz. prodr.* 29. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* quadripartitum, parvum, ſuperum : *laciniis* erectis, acutis, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* tetragonus, elongatus. *Limbus* quadripartitus : *laciniis* lanceolatis, revolutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, medio tubo inſerta, ſubulata, corolla longiora. *Antheræ* erectæ, acuminatæ.

Pist. *Germen* tetragonum, inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce coronata, biſulca, bilocularis.

Sem. ſolitaria, hemiſphærica, ſtriata.

* 1719. HOFFMANNIA. *Swartz. prodr.* 30. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, ſuperum : *dentibus* erectis, acutis.

Cor monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* breviſſimus, ut fere nullus. *Limbus* quadripartitus : *laciniis* lanceolatis, patentibus.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quatuor, basi tubi adfixæ, lineari-subulatæ, erectæ, stylo appressæ.

Pist. *Germen* inferum, oblongo-tetragonum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, vix emarginatum.

Per. *Bacca* oblonga, subtetragona, coronata, bilocularis, bivalvis.

Sem. numerosa, subrotunda, receptaculis in unoquoque loculamento adfixa.

* 1720. CUNNINGHAMIA. Malanea *Aubl.* 41. Antirrhea *Commers.*?

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, minimum, persistens.

Cor. monopetala. *Tubus* brevis. *Limbus* quadrifidus, acutus.

Nectarium margo basin styli cingens.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine limbi corollæ, fauci inserta. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, bifidus. *Stigmata* obtusa.

Per. *Bacca* ovata, coronata, unilocularis.

Sem. unicum, ovatum, biloculare: *nucleis* oblongis.

* 1721. COCCOCYPSELUM. *Brown.* 144. *Swartz. prodr.* 31. *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, superum: *laciniis* acutis, erectis.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce longior, versus limbum sensim ampliatus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* ovatis, erectis.

Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine tubi, basi inserta, filiformia, erecta. *Antheræ* erectæ.

Pist. *Germen* ovatum, inferum. *Stylus* longitudine staminum, apice bifidus. *Stigmata* simplicia.

Per. *Bacca* subrotunda, inflata, bilocularis, coronata.

Sem. numerosa, minuta.

* 1722. WALLENIA. *Swartz. prodr.* 31. Peteſioïdes *Jacq. amer.* 17. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, persistens: *laciniis* erectis, obtusis.

Cor. monopetala, tubulosa. *Tubus* cylindraceus, erectus, calyce longior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, obtusis, erectis, conniventibus, parvis.

Stam. *Filamenta* quatuor, e fundo corollæ, basi latiora, erecta, corolla dimidio longiora, (supra limbum) divergentia. *Antheræ* ovatæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, superum. *Stylus* subulatus, staminibus & corolla brevior, persistens. *Stigma* simplex, obtusum.

Per. *Bacca* subrotunda, unilocularis.

Sem. unicum, subrotundum, crusta fragili tectum.

* 1723. BELLARDIA. † *Schreb.* Tontanea *Aubl.* 42?

Cal. *Perianthium* quadrifidum, superum: *laciniis* linearibus, apice patulis, acutis, inæqualibus.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* longus, cylindraceus, basi semiglobosus, supra paullulum ampliatus, externe pilosus; ore villoso. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, obtusis, basi barbatis, tubo brevioribus. *Nectarium* margo erectus, tetragonus, obsolete quadrilobus, basin styli ambiens.

Stam. *Filamenta* quatuor, brevissima, fauci inserta. *Antheræ* lineares, compressæ, erectæ, tubo impositæ.

Pist. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine fere tubi. *Stigmata* duo, crassiuscula, erecta, acuta.

Per. *Capsula* subglobosa, utrinque sulcata, calyce coronata, bilocularis, bipartibilis: *dissepimento* (e valvulis introflexis) duplicato, medio perforato.

Sem. plura, acute angulata, punctata, dissepimento adfixa.

Obs. *Affinis* Manettiæ.

In Tontanea *Aubl. corollæ limbus est acutus, & filamenta ejus longitudine.*

* 1724. LABATIA. *Swartz. prodr.* 32: *Auct. D. D. Swartz.* Pouteria *Aubl.* 33.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, persistens: *foliolis* duobus oppositis erectis; duobus minoribus ovatis, obtusis, concavis.

Cor. monopetala, ſubcampanulata. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* quadrifidus : *laciniis* erectis, obtuſis, minutis ; *lacinulisque* duabus, parvis, oppoſitis, in diviſura corollæ.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ, erecta, ſubulata, piſtillo contigua. *Antheræ* acuminatæ, erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, minutum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Capſula* magna, ſubrotunda, ſcabroſa, quadrilocularis.
Sem. ſoliuaria, oblonga, compreſſa.

* 1725. WITHERINGIA. *Hérit. ſert.* 33. *t.* 1.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, obſolete quadridentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala. *Tubus* ſubgloboſus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis, recurvis.
Nectarium Foveæ quatuor, ſubmarginatæ in tubo corollæ.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, teretiuſcula, inferne tubo corollæ adnata villoſaque. *Antheræ* ovatæ, conniventes, lateribus dehiſcentes.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus paullo longior. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* . . bilocularis.
Sem. numeroſa, receptaculo bipartito inſerta.

* 1726. PICRIUM. Coutoubea *Aubl.* 27.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadri - ſ. quinquefidum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis, erectis.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quadri - ſ. quinquefidus : *laciniis* ovatis, acutis.
Nectarium: *ſquamæ* quatuor ſ. quinque: ſingulæ ad baſin ſinguli filamenti, inter hoc & tubum corollæ, inſertæ.
Stam. *Filamenta* quatuor ſ. quinque, filiformia, fere longitudine corollæ, tubo inſerta. *Antheræ* ſagittatæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* capitatum, bilamellatum.
Per. *Capſula* ovata, ſemibilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, minuta, receptaculo adfixa.
Obs. *Adfinis* Gentianæ.

* 1727. ROUSSEA. *Smith. ic. 6.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum: *laciniis* ligulatis, acutis, reflexis.

Cor. monopetala, externe rugoſa. *Tubus* ſubgloboſus. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, acutis, revolutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, recta, lata, apice anguſtiora, erecta, corolla duplo longiora. *Antheræ* parvæ, ſagittatæ.

Pist. *Germen* ſuperum, tetragono-pyramidatum. *Stylus* longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* infundibuliforme.

Per. *Bacca?* tetragono-pyramidata, corticata, unilocularis?

Sem. numeroſiſſima, lenticularia nidulantia.

* 1728. GLOSSOMA. Votomita *Aubl.* 35. *Juſſ. gen.* 382.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quadridentatum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quatuor, lanceolata, acuta, recurva. *Nectarium* margo baſin ſtyli ambiens.

Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, in cylindrum fere coalitæ, apice in *ligulam* membranaceam productæ, interne dehiſcentes.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* quatuor, acuta.

Per. *Drupa* pyriformis, unilocularis, calyce coronata.

Sem. unicum, ovatum, ſtriatum.

* 1729. CURTISIA. *Aiton. kevv. 3. p. 507.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, ſeſſilia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corolla breviora, receptaculo inſerta. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* quadri-ſ. quinquefidum.

Per. *Drupa* ſubgloboſa, glabra.

Sem. *Nux* ſubrotunda, oſſea, quadri-ſ. quinquelocularis. *Nuclei* ſolitarii, oblongi.

* 1730. CHLORANTHUS. *Swartz. act. angl.* 1787. *part.* 2. *t.* 14. *Hérit. ſert.* 35. *t.* 2. Nigrina *Thunb. nov. gen. p.* 58. *jap.* 5.

Cal. nullus, niſi *Squama* ovata, concava, cui germen inſidet.

Cor. *Petalum* unicum, trilobum, convexum, lateri exteriori germinis inſertum.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quatuor, lobis petali verſus interiora marginibus inſertæ, bivalves.

Pist. *Germen* obovatum, antice prominens, petaligerum. *Stylus* inæqualis, breviſſimus, angulatus. *Stigmata* tria, minutiſſima, erecta.

Per. *Drupa* oblonga.

Sem. *Nux* oblonga, glabra.

PENTANDRIA.

Monogynia.

* 1731. THOUINA. *Smith. ic.* 7.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis: tribus exterioribus, craſſioribus, rugoſis, nudis; duobus interioribus, margine membranaceis, dorſo ſericeis.

Cor. monopetala, campanulata, plicata, calyce duplo longior, quinquefida, extus hiſpida: *laciniis* triangularibus, obtuſis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla duplo longiora, declinata. *Antheræ* bilobæ, cordatæ.

Pist. *Germen* ovatum, piloſiſſimum, ſuperum. *Stylus* longitudine figura, ſituque ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per. *Drupa* globoſa.

Sem. . . .

* 1732. SOLANDRA. *Linn. fil. Swartz Act. Holm.* 1787. *t.* 11. *prodr.* 42.

Cal. *Perianthium* monophyllum, magnum, angulatum perſiſtens, tri - ſ. quinquefidum: *laciniis* lanceolatis erectis.

Cor. monopetala, infundibuliformis, maxima. *Tubus* campanulatus, ventricosus, calyce duplo longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* subrotundis, undulatis, patulis.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine tubi, apice adscendentia. *Antheræ* oblongæ, versatiles.

Pist. *Germen* superum, ovale. *Stylus* filiformis, staminibus longior, inflexus. *Stigma* obtusum, bifidum: *laciniis* ovatis.

Per. *Bacca* ovalis, summitate conica, glabra, quadrilocularis.

Sem. numerosissima, oblonga, nidulantia.

* 1733. WEBERA. † *Schreb.* Chomelia *Linn. gen. ed. 2. n. 167* -- Cantium *Lamarck encycl. 1. p. 602?*

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, erectum, acutum, persistens.

Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovato-oblongis, recurvis.

Nectarium annulus carnosus, styli basin ambiens.

Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, tubo corollæ imposita. *Antheræ* lineares, incumbentes, patentes.

Pist. *Germen* subrotundum, inferum. *Stylus* simplex, tubo corollæ longior. *Stigma* clavatum.

Per. *Bacca* subglobosa, bilocularis, calyce coronata.

Sem. solitaria, orbiculata, hinc planiuscula, inde convexa.

Obs. *Affinis* Gardeniæ, *Bacca* biloculari *distincta*. *An* Gardenia spinosa, (Cantium *Lamarck.*) micranthus & scandens *Thunb. hujus generis?*

Chomelia *Linn. f.* Rondeletia asiatica *Sp. pl. suppeditavit characterem supra datum; cui quoad hanc speciem addendum*: Corollæ *laciniæ inferne medio villosæ.* Antheræ *apice membranaceæ; loculis in superiore latere singulæ antheræ dehiscentibus.* Stylus *teres, striatus, desinens in Stigma oblique clavatum, obtusum, angulato-alatum alis decem, membranaceis, angustis, versus stylum progrediendo decrescentibus tandemque in lineas elevatas styli transeuntibus.* Semina *centro lateris sui plani medio dissepimenti baccæ adfixa; — certe non quaterna, ut ex horto Malabarico tradidit b. a Linné, sed tantum solitaria.*

* 1734. LITA. † Voyria *Aubl.* 83.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, erectum, coloratum, quinquefidum, acutum, persistens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, longissimus, basi apiceque ampliatus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, patentibus.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, didymæ, in fauce corollæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* capitatum, truncatum.

Per. *Capsula* oblonga, unilocularis, bivalvis.

Sem. numerosa, scobiformia, marginibus valvularum affixa.

Obs. *Affinis* Gentianæ, *diversa tamen corolla, pistillo, fructu.*

* 1735. ARDISIA. *Swartz. prodr.* 48. *Auct. D. D. Swartz - Aiton kew.* 3. *p.* 507.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum: *laciniis* subulatis, erectis, coloratis, persistentibus.

Cor. monopetala. *Tubus* brevis, longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis, patentibus, tandem reflexis.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta. *Antheræ* acutæ, erectæ, basi bifidæ, apice circa stylum conniventes.

Pist. *Germen* superum, ovatum, minutum. *Stylus* subulatus, staminibus longior, erectus, tandem adscendens. *Stigma* simplex, acutum, persistens.

Per. *Bacca* subrotunda, magna.

Sem. unicum, subrotundum, cortice duro, fragili, nuci simili, obductum.

* 1736. BUMELIA. *Swartz. prodr.* 49. *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* subrotundo-ovatis, incumbentibus, concavis.

Cor. monopetala, quinquefida s. quinquepartita. *Tubus* brevissimus, teres. *Limbus* quinquepartitus; *laciniis* ovatis, integris, patentibus, concavis; *squamulis* duabus ad basin cujuscunque.

Nectarium pentaphyllum: *lacinulis* corolla minoribus, ad basin filamentorum, germen cingentibus, acutis.

Stam. *Filamenta* quinque, tubo infimo, inter lacinulas inferiores, corollæ inserta, longitudine tubi. *Antheræ* ovatæ, erectæ,

Pist. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* craſſus, erectus, ſtaminibus brevior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Drupa* ovalis.
Sem. *Nucleus* unicus, oblongus, glaber, hilo laterali.

† 392. LEEA. *Linn. mant.* 1. *p.* 17. Aquilicia. *L. mant.* 2. *p.* 146. *Gærtn.* 1. *p.* 346. *t.* 57. 2. *p.* 127. *t.* 108. *Cavanill. diſſ.* 7. *p.* 371. *t.* 218.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, coriaceum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, revolutis.
Nectarium tubo corollæ impoſitum, eaque brevius, erectum, urceolatum, quinquefidum: *lobis* emarginatis.
Stam. *Filamenta* quinque, nectario intus inter lobos inferne inſerta, incurva. *Antheræ* ovatæ, verſatiles, ante fœcundationem conniventes & ſtigma tegentes.
Pist. *Germen* ſubgloboſum, ſuperum. *Stylus* ſimplex, nectario brevior. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* orbiculata, depreſſa, quinquetoruloſa, unilocularis.
Sem. quinque, hinc gibba, inde angulata.

* 1737. STRELITZIA. *Aiton kew.* 3. *p.* 508.

Cal. *Spatha univerſalis* terminalis, monophylla, canaliculata, acuminata, patenti-declinans, multiflora, baſin florum involvens. *Partiales* lanceolatæ, floribus breviores. *Perianthium* nullum.
Cor. irregularis. *Petala* tria, lanceolata, acuta: *inferius* naviculare; ſuperiora obtuſe carinata.
Nectarium triphyllum. *Foliola duo inferiora* petalis paullo breviora, e lata baſi ſubulata, margine undulata, complicata, includentia genitalia, verſus apicem poſtice aucta appendice craſſo, forma dimidiæ ſagittæ. *Foliolum inferius* breve, ovatum, compreſſum, carinatum.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, receptaculo inſidentia: tria altero foliolo nectarii, duo cum ſtylo altero foliolo incluſa. *Antheræ* lineares, erectæ, filamentis fere longiores, incluſæ.

Pist

Pist. *Germen* inferum, oblongum, obtuſe trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, ſubulata, petalis altiora, erecta, initio floreſcentiæ conglutinata.

Per. *Capſula* ſubcoriacea, oblonga, obtuſa, obſolete trigona, trilocularis, trivalvis.

Sem. numeroſa, conceptaculo centrali duplici ordine adhærentia.

* 1738. PLOCAMA. *Ait. kew. 3. p. 508.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. monopetala, campanulata, quinquepartita: *laciniis* oblongis.

Stam. *Filamenta* quinque, brevia, tubo inſerta. *Antheræ* lineares, incumbenti-erectæ.

Pist. *Germen* inferum, globoſum. *Stylus* filiformi-ſubclavatus, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

Per *Bacca* ſubgloboſa, triloculáris.

Sem. ſolitaria, lineari-oblonga.

Diœcia.

* 1739. MICROTEA. *Swartz. prodr. 53. Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudine calycis, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſubgloboſæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubgloboſum, echinatum. *Styli* duo, breviſſimi, divaricati. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Drupa* ficca, coriacea, tenuis, echinata.

Sem. *Nux* ſubrotunda, glabra, *nucleo* ſolitario.

* 1740. ROCHEFORTIA. *Swartz. prodr. 53. Auctore D. D. Swartzio.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis.

Cor. monopetala. *Tubus* brevis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ovato-oblongis, patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, fauce corollæ inſerta ad ſinus, ſubulata. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, compreſſum. *Styli* duo, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia.
Pbr. ſubgloboſum, biloculare.
Sem. nonnulla, angulata.

HEXANDRIA.

Monogynia.

* 1741. HEPETIS. *Soland. Schwartz. prodr.* 56. Pitcairnia *l'Hérit. ſert.* 7. *t.* 11. *Auctore D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiſuperum, tubuloſum, baſi ventricoſum, trifidum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, erectis.
Cor. tubulata, calyce duplo longior, marceſcens; trifida, demum tripetala. *Laciniæ* lineari-oblongæ, ſuberectæ.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ovato-triquetrum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, contorta.
Per. *Capſula* ovalis, obtuſe triquetra, trilocularis: *loculis* ſubcylindraceis, ſubdiſtinctis.
Sem. numeroſa, cylindracea, acuminata, imberbia.

* 1742. AGAPANTHUS. * *L'Hérit. ſert.* 17. *Ait. Kew.* 3. *p.* 509. Crinum *Gærtn.* 2. *t.* 83. Mauhlia *Dahl. diſſ.* 25.

Cal. *Spatha communis* latere dehiſcens.
Cor. monopetala, infundibuliformis, regularis. *Tubus* angulatus, quaſi e ſex unguibus compoſitus. *Limbus* ſex partitus: *laciniis* oblongis, patentibus.
Stam. *Filamenta* ſex, fauci inſerta, corolla breviora, declinata. *Antheræ* reniformes, incumbentes.
Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* oblonga, triquetra, trilocularis, trivalvis: *valvulis* navicularibus, *diſſepimento* contrario.
Sem. numeroſa, oblonga, compreſſa, membrana aucta.

* 1743. EUCOMIS. * *L'Hérit. ſert.* 17. *Ait. kew.* 432. Baſilæa *Juſſ. gen.* 52. *Lamarck Encycl.* 1. *p.* 382.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, campanulata, ſexpartita: *laciniis* oblongis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* ſex, corolla breviora ſubulata, baſi dilatata, ibidemque coalita in *Nectarium* concavum, fundo corollæ adnatum. *Antheræ* ovales.
Pist. *Germen* triquetro-ovatum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
Peric. *Capſula* ovata, trilocularis.
Sem. plurima, parva, ovata.

* 578. PHORMIUM. *Forſt. gen.* 24. Chlamydia *Banks. Gærtn.* 18.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, adſcendenti-obliqua, in tubum conniventia, oblonga, baſi connata, inæqualia: *tria exteriora* acuta, dorſo elevatiora; *tria interiora* longiora, apice rotundata, concava.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, adſcendentia, corolla longiora. *Antheræ* erectæ, ſubtriquetræ.
Pist. *Germen* obtuſe triquetrum. *Stylus* filiformis, adſcendens, ſtaminibus paullo brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* oblonga, triquetra, angulis ſulcatis, acuminata, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, oblonga, compreſſa.

* 1744. LACHENALIA. *Jacq. act. helv.* 9. *p.* 38. *t.* 2. *f.* 3.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, in tubum erecta, oblonga, baſi connata, inæqualia: *tria exteriora* breviora, apice ſæpe calloſa.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, baſi petalorum adnata, eorumque longitudine. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubovatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ſubovata, trialata, trilocularis.
Sem. plura, globoſa, receptaculo adfixa.

* 1745. LANARIA. *Aiton. kew.* 3. *p.* 510.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, ſubcampanulata, extus plumoſo-lanata. *Tubus* brevis. *Limbus* ſexpartitus: *laciniis* lineari-lanceolatis, ſubpatulis.

Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, corolla breviora, baſi laciniarum inſerta. *Antheræ* ovatæ, ſubincumbentes.
Pist. *Germen* inferum, turbinatum, extus lanatum. *Stylus* filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum.
Per. *Capſula* ovata, trilocularis.
Sem. pauca.

* 1746. LAXMANNIA. † *Schreb.* Cyminosma. *Gærtn.* 58.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, compreſſum, quadridentatum, acutiuſculum, inferum, minimum.
Cor. *Petala* quatuor, linearia, coriacea, longa, baſi erecta, patentia, apice inflexo, ſupra linea triplici villoſa, bina magis approximata.
Stam. *Filamenta* ſex, inferne linearia, erecta, apice ſubulata, patentia, corolla paullo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, dorſo adfixæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, villoſiſſimum. *Stylus* ſtaminibus brevior, craſſus, angulatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ſubgloboſa, vertice tetragona, quadrilocularis: *loculis* membrana veſtitis.
Sem. ſolitaria, oblonga, compreſſa.

OCTANDRIA.

Monogynia.

* 1747. HEDWIGIA. *Swartz. prodr.* 62. *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, quadridentatum: *dentibus* minutis, ovatis, acutis, erectis.
Cor. monopetala, tubuloſa. *Tubus* longitudine calycis, ſuperne anguſtior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, erectis, conniventibus.
Stam. *Filamenta* octo, lata, baſi corollæ inſerta, germini incumbentia. *Antheræ* minutæ, oblongæ, acutæ, ſupra ſtigma conniventes.
Pist. *Germen* conicum, octoſtriatum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* tricocca, (quaſi compoſita ex tribus ovatis acuminatis,) magna, trilocularis.

Sem. *Nuces* ſolitariæ, ovatæ, acuminatæ, uno latere convexo glaberrimo, altero rugoſo inæquali. *Nuclei* forma nucum.

* 1748. VALENTINIA. *Swartz. prodr. 63. Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, patens, concavum, coloratum, quinquepartitum: *laciniis* obtuſis, concavis, integris.

Cor nulla, niſi Calycem ſumas.

St m. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, calyce paullo breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* longitudine ſtaminum, teres, craſſus. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* baccata, ſubrotunda in tres ſ. quatuor partes revolvendas dehiſcens, unilocularis, intus pulpoſa.

Sem. quatuor, oblonga.

* 1749. WOLFIA. † *Schreb.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, coloratum: *tubo* breviſſimo, baſi paullo ampliore, perſiſtente; *limbo* quinquepartito: *laciniis* linearibus, obtuſis, erecto-patentibus.

Cor. nulla.

Nectarium: *Squamæ* octo, lineares, obtuſæ, villoſæ, erectæ, calyce triplo breviores, eidemque ad baſin limbi inſertæ.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, longitudine calycis, eique eadem ſerie & alternatim cum ſquamis nectarii inſerta. *Antheræ* ovatæ, dorſo affixæ, erectæ, introrſum ſpectantes.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, deſinens in *Stylum* teretem, erectum, altitudine ſtaminum. *Stigma* oblongum, pubeſcens, unilaterale.

Per. *Bacca?* ovata, ſubhexagona, circum verticem tricarinata, unilocularis.

Sem. tria, ſubovata, obliqua, extus gibba, infra medium conſtricta, baſi retuſa, *arillo* obvoluta.

Obs. *Plura videntur eſſe ſemina, quædam vero abortiva.*

DECANDRIA.

Monogynia.

* 1750. PETALOMA. *Swartz. prodr. 73.* Mouriri *Aubl. guian. 180. Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, quinquedentatum, ſuperum, perſiſtens: *dentibus* acutis, erectiuſculis.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, patentia, ſingula inter ſingulos dentes calycis ungue inſerta, decidua.

Stam. *Filamenta* decem, margini calycis inſidentia, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

Pist. *Germen* ovatum, in fundo calycis. *Stylus* longus, ſubulatus. *Stigma* ſimplex, acutum.

Per. *Bacca* globoſa, carnoſa, calyce coronata, unilocularis.

Sem. ſolitaria, ſ. quaterna, hinc angulata inde convexa.

Obs. *Propter formam calycis & inſertionem ſtaminum a Myrto ſeparari debet. S.*

* 1751. SANDORICUM. *Cavanill. diſſ. 7. p. 359. t. 202. 203. Lamarck Encycl. 3. p. 69.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quinquedentatum, breve.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia.
Nectarium: *Tubus* cylindraceus, longitudine petalorum; ore decemdentato.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* decem, oblongæ, intra os nectarii.

Pist. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine nectarii. *Stigma* craſſiuſculum, ſulcatum, decemradiatum: radiis recurvis.

Per. *Bacca* ſubrotunda, depreſſa, quinqueloba, ſucculenta, unilocularis.

Sem. quinque, magna, hinc convexa inde angulata.

* 1752. ZWINGERA. Simaba *Aubl.* 153.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, parvum: *laciniis* ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, patentia.

Stam. *Filamenta* decem, capillaria, basi latiora, pilosa, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* subrotundum, sulcis quinque profundis divisum, glandulæ insidens. *Stylus* longus, striatus. *Stigmata* quinque.

Peric. *Capsulæ?* quinque, coriaceæ, ovatæ, divergentes, glandulæ carnosæ insidentes, uniloculares.

Sem. solitaria.

Obs. *Numerus partium fructificationis variat; interdum quaternarius. Conf.* Aruba *Aubl. t.* 115.

* 1753. AQVILARIA. *Lamarck Encycl.* 1. *p.* 49. 2. *p.* 610. *Cavanill. diss.* 7. *p.* 377. *t.* 224.

Cal. *Perianthium* monophyllum, persistens. *Tubus* campanulatus. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.

Cor. nulla.

Nectarium monophyllum, urceolatum, longitudine tubi calycis, semiquinquefidum: *laciniis* bifidis, obtusis.

Stam. *Filamenta* decem, cum laciniis nectarii alterna, iisque, breviora. *Antheræ* oblongæ, versatiles.

Pist. *Germen* ovatum, subpedicellatum, superum. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex.

Per. *Capsula* subpedicellata, obovata, lignosa, bilocularis, bivalvis: *dissepimento* contrario, bipartibili.

Sem. solitaria, oblonga.

Trigynia.

† 779. MALPIGHIA. *Plum.* 36. *Cavanill. diss.* 8. *p.* 405.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, minimum, quinquepartitum, persistens.

Glandulæ nectareæ duæ, ovales, gibbæ, laciniis calycinis tribus, quatuor s. omnibus externe inferneque adnatæ,

Cor. *Petala* quinque, orbiculata, concava, crenulata, magna, patentia: *unguibus* longis, linearibus.

Stam *Filamenta* decem, subulata, erecta, brevia, basi latiuscula, inferne coalita. *Antheræ* ovatæ, subcordatæ.

Pist *Germen* ovatum, superum. *Styli* tres, duo s. unicus, breves. *Stigmata* globosa.

Per. *Bacca* globosa, toruloſa, magna, unilocularis.

Sem. tria, ſ. duo oſſea, oblonga, obtuſa, angulata, unilocularia; vel ſolitaria, globoſa, trilocularia: *nucleis* oblongis, obtuſis.

† 780. BANISTERIA. *Houſt. A. A. Cavan. diſſ. 9. p. 421. Gærtn.* 116.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, minimum, quinquepartitum, perſiſtens.
Glandulæ nectareæ binæ, ovales, gibbæ, ſingulis laciniis calycinis, excepta unica, externe inferneque adnatæ.

Cor. *Petala* quinque, orbiculata, crenulata, patentia, maxima; *unguibus* longis, linearibus.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, brevia, inferne coalita. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germina* tria, baſi connexa, ſupera. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* foliacea!

Per. *Capſulæ* tres, ſubligneæ, ſingulæ in *alam* ſimplicem oblongam, directam, excurrentes, non dehiſcentes, receptaculo trigono-pyramidali adfixæ.

Sem. ſolitaria, ovata, acuta.

Obs. *Non ſemper omnes tres capſulæ ſuccreſcunt & ad maturitatem pertingunt; ſæpe una vel duæ pereunt abortivæ. S.*

† 781. HIRÆA. *Jacq. amer.* 137. *Gærtn.* 116. *ſub* Triopteride. Flabellaria *Cavanill. diſſ. 9. p.* 436. *t.* 264.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, parvum, quinquepartitum, perſiſtens.
Glandulæ calycinæ nullæ.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, patentiſſima: *unguibus* linearibus, longis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, inferne coalita; alterna longiora. *Antheræ* erectæ.

Pist. *Germina* tria, ovata, coalita, ſupera. *Styli* ſubulati, erecti. *Stigmata* capitata ſ. bifida.

Per. *Capſulæ* tres, ſubgloboſæ: *alis* duabus, maximis, transverſis, rotundatis, tertiaque longitudinali, media, parva; ſ. *ala* unica, maxima, reniformi, capſulam circumcirca cingente, carinaque longitudinali, media.

Sem. ſolitaria, ovata.

Obs. Hiræa *Jacq. L. Capſula bialata.* Flabellaria *Cav. Capſula unialata; ala e duabus coalitis conflata?*

An characteres dati ſufficiunt ad ſeparandam Hiræam *a* Triopteride ? *S.*

† 782. TRIOPTERIS. † *Linn. Jacq. Cavan. diſſ. 9. p. 431. t. 259. Gærtn.* 116. Tetrapteris *Cav. l. c. p. 433. t. 260. 261. Gærtn. l. c.* ſub Triopteride.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, minimum, quinquepartitum, perſiſtens.

Glandulæ nectareæ binæ, ovales, gibbæ, laciniis calycinis (excepta plerumque unica) externe inferneque adnatæ.

Cor. *Petala* quinque, orbiculata, concava, crenulata, patentia: *unguibus* linearibus, longis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, latiuſcula, inferne coalita. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germina* tria, ovata, minima, coalita, ſupera. *Styli* ſubulati. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Capſulæ* tres, ſubgloboſæ, ſeparabiles; ſingulæ *alis* tribus ſ. quatuor, magnis, transverſis, oblongis, baſi connexis, & intermedia, parva, longitudinali auctis.

Sem. ſolitaria.

Obs. Triopteris *L. Capſula trialata.* Tetrapteris C. *Capſula quadrialata differunt. S.*

Pentagynia.

† 784. AVERRHOA. *Cavan. diſſ. 7. p. 373. Juſſ. gen.* 375.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, parvum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* ovato-lanceolatis.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, inferiori parte ſurrecta, ſuperiori patentia; *unguibus* anguſtis.

Stam. *Filamenta* decem, ſetacea, baſi coalita, alterna longitudine corollæ, alterna breviora, interdum caſtrata. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* oblongum, pentagonum. *Styli* quinque, ſetacei, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* capitata.

Per. *Pomum* ovatum, pentagonum, inter angulos profunde ſulcatum, quinqueloculare.

Sem. plura, ovato-compreſſa, receptaculo columnari adfixa, tunicata; intra eamdem tunicam ſolitaria ſ. bina.

DODECANDRIA.

Monogynia.

* 1754. AGATHOPHYLLUM. *Juſſ. gen.* 431. Ravenſara *Sonnerat. ind.* 2. *p.* 226. *t.* 127. Evodia *Gærtn.* 2. *t.* 103.

Cal. *Perianthium* minimum, truncatum, integrum, perſiſtens.

Cor. *Petala* ſex, ovata; intus ſubvilloſa, calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* duodecim, latiuſcula, breviſſima, alterna baſi petalorum, alterna calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* ſuperum *Juſſ.* minimum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* pubeſcens.

Per. *Drupa* ſubgloboſa, calyce coronata.

Sem. *Nux* ſubgloboſa, mucrone truncato terminata, ſemi ſexlocularis. *Nucleus* convexus, inferne ſexlobus: *diſſepimentis* coriaceis lobos diſtinguentibus.

POLYANDRIA.

Monogynia.

* 1755. MAPPIA. Soramia. *Aubl. guian.* 552. *t.* 219.

Cal *Petianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* Subrotundis, concavis, interne coloratis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, unguiculata, patentia, calyce vix majora.

Stam. *Filamenta* numeroſa (160), capillaria, apice latiora, longitudine corollæ, receptaculo inſerta. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stylus* teres, incurvus, perſiſtens. *Stigma* capitatum.

Per. *Bacca* ovata, unilocularis.

Sem. unicum, ovatum, magnum, *arillo* craſſo, viſcoſo involutum.

* 1756. MARILA. *Soland. Swartz. prodr.* 84. *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtuſis, patentibus.

Cor. *Petala* quinque, obovata, margine undulata, patentia, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* numeroſiſſima, receptaculo inſerta, baſi parum connata, filiformia: *interiora* longitudine corollæ, exteriora ſenſim breviora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* lineare, tetragonum, ſuperum. *Stylus* brevis, craſſus. *Stigma* obtuſum, ſubcapitatum.

Per. *Capſula* ſubcolumnaris, incurva, tetragona, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. numeroſiſſima, ſcobiformia, ciliata.

* 1757. EROTEUM. *Swartz. prodr.* 85. *Auct. D. D. Swartz.*

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, incumbentibus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, ovato-ſubrotunda, concava, integra, patentia.

Stam. *Filamenta* numeroſa (30), petalis breviora, erecta, filiformia, receptaculo inſidentia. *Antheræ* ſubrotundæ, minutæ.

Pist. *Germen* ovatum, pubeſcens, ſuperum. *Stylus* erectus, ſtaminibus fere longior, ſubulatus, apice trifidus, perſiſtens. *Stigmata* obtuſa, ſimplicia, reflexa.

Per. *Bacca* ſubrotunda, exſucca, ſtylo perſiſtente acuminata, glabra, trilocularis.

Sem. terna ſ. quaterna, oblonga, compreſſiuſcula.

Obs. *Inflorescentia, flos, & habitus, Theæ; fructus alienus. Sw.*

DIDYNAMIA.

Angioſpermia.

† 1059. CASTILLEJA. *Linn. ſuppl.* 47. *Character emendatus a D. D. Smith, pl. ined.* 2. *p.* 40.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, antice longitudinaliter fiſſum, coloratum, baſi ſubventricoſum, ſuperne compreſſum.

Cor. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* longiſſimum, incurvum, apice emarginatum; *inferius* breviſſimum, trifidum, *laciniis* acutis.

Nectarium? Corpuſcula duo, glanduloſa, fauci corollæ inſerta inter lacinias labii inferioris.

STAM. *Filamenta* quatuor, baſi corollæ inſerta, longitudine labii ſuperioris, filiformia; quorum duo inferiora paullo breviora. *Antheræ* didymæ, lineares, obliquæ.

PIST. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

PER. *Capſula* ovata, acuminata, compreſſa, bilocularis; *diſſepimento* valvulis contrario.

SEM. numeroſa, parva.

* 1758. PENTSTEMON. * *Mitchell. A. N. C.* 8. *app.* 214. *Aiton Kew.* 3. p. 511.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, ſubæqualibus.

COR. monopetala, bilabiata. *Tubus* calyce longior, baſi ſupra gibbus; ſuperne amplior, ibique ſubtus ventricoſus. *Labium ſuperius* erectum, bifidum: *laciniis* ovatis, obtuſis, labio inferiore brevioribus. *Labium inferius* tripartitum: *laciniis* ovatis, obtuſis, deflexis, tubo brevioribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, apice divergentia, baſi tubi inſerta, eoque breviora; quorum duo inferiora longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, diſtantes, incluſæ, bifidæ: lobis divaricatis.

Rudimentum filamenti quinti inter ſuperiora tubo inſertum, longitudine ſtaminum, filiforme, rectum, apice ſupra barbatum.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi, apice deflexus. *Stigma* truncatum.

PER. *Capſula* ovata, acuta, compreſſa, bilocularis, bivalvis.

SEM. numeroſa, ſubgloboſa. *Receptaculum* magnum.

DIADELPHIA.

Decandria.

* 1759. CYLISTA. *Ait. Kew.* 3. *p.* 512.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, maximum, perſiſtens: *lacinia* ſuprema reflexa, apice bifida; reliquis erectis, oblongis, acutis.

COR. papilionacea, calyce paullo longior, perſiſtens.

Vexillum ſubrotundum, emarginatum, baſi utrinque lobulo auctum.

Alæ oblongæ, obtuſæ, vexillo breviores, baſi utrinque proceſſu auctæ.

Carina oblonga, apice baſique fiſſa, alis longior.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* ſubulatus, adſcendens. *Stigma* ſubcapitatum.

PER. *Legumen* ovato-oblongum, compreſſum, uniloculare.

SEM. duo, ovalia.

* 1760. SMITHIA. *Ait. Kew.* 3. *p.* 512.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *laciniis* ovato-lanceolatis, ſubæqualibus.

COR. papilionacea.

Vexillum obcordatum.

Alæ oblongæ, obtuſæ, vexillo paullo breviores.

Carina lineari-oblonga, baſi fiſſa, longitudine alarum.

STAM. *Filamenta* decem, connata in duas phalanges æquales. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* baſi calycis coarctatum. *Stylus* capillaris, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.

PER. *Legumen* calyce incluſum, 4-7-articulatum: *articulis* diſtinctis, ſtylo perſiſtente connexis, orbiculatis, muricatis, monoſpermis.

SEM. reniformia, compreſſa, glabra.

POLYADELPHIA.

Polyandria.

* 1761. DOUGLASSIA. Aiouea *Aubl.* 120.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, ſemiſexfidum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, acutis, coloratis.

COR. nulla.

Nectaria ſex, ovata, exterius lacunis duabus oblongis exſculpta, interius convexa, antherifera; terminata *glandulis* duabus exterius convexis interius concavis; inferne deſinentia in *pedicellum* capillarem, calyce breviorem, ad baſin laciniarum inſertum; cui juxta inſertionem utrinque adſtat *Glandula* villoſa.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plurimæ, minutæ, uniloculares, valvula baſi dehiſcente.

Pist. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſexfidum.
Per. *Bacca* ovata, acuta, unilocularis.
Sem. unicum, putamine fragili.
Obs. *Adfinis* Poroſtemati. *Fructificatio maxime ſingularis. Fructus aromaticus.*

SYNGENESIA.

Polygamia æqualis.

* 1762. MARSHALLIA. † *Schr.*

Cal. *Communis* polyphyllus, patens: *foliolis* lineari-lanceolatis, obtuſis, concavis, ſubæqualibus, perſiſtentibus.
Cor. *Compoſita*, uniformis, calyce longior. *Corollulæ* hermaphroditæ, æquales, numeroſæ.
Propria monopetala, infundibuliformis, villoſa: *tubo* longitudine calycis; *limbo* quinquefido, ſubventricoſo: *laciniis* linearibus, erectiuſculis: duabus profundius ſeparatis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antherae* cylindracea, tubuloſa, longitudine limbi.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus paullo longior. *Stigmata* duo, recurvata.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, ovata, quinquangularia, pubeſcentia, coronata *Calyculo* pentaphyllo, parvo: *foliolis* ovatis, acuminatis, ſcarioſis, erectis.
Rec. paleaceum, planum; *Paleis* linearibus, apice paullulum dilatatis obtuſis, viridibus, longitudine calycis.

MONOECIA.

Triandria.

* 1763. ZEUGITES. † *Brown. t. 4. f. 3.*

Cal. *Gluma communis* bivalvis: *valvula exteriore* latiore, concava, truncata, præmorſa, margine ſcarioſa, nervoſa; *interiore* anguſtiore, acutiuſcula, carinata.
* *Maſculi* duo, floſc. femineo minores, in pedicello communi, longitudine floſculi feminei, intra communem glumam inſerto.
Cal. *proprius* nullus.

Cor. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* ovato-oblongis, compreſſis, obtuſiuſculis, muticis, æqualibus.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifurcatæ.

* *Femineus*, in calyce communi intra glumam majorem ſeſſilis.

Cal. *proprius* nullus.
Cor. *Gluma* univalvis: *Valvula* calycinis duplo majore, oblonga, concava, verſus apicem margine dilatato ſcarioſo cincta, ariſtata: *ariſta* terminali, capillari, recta, gluma ſesquilongiore.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* longa, villoſa.
Per. nullum.
Sem. unicum, oblongum.

Obs. *Ab Apluda toto charactere ita differt, ut nullo modo cum ea conjungi poſſe videatur.*

* 1764. COMPTONIA. *Bankſ. Ait. Kew. 3. p. 334. Gærtn. 2. p. 58. t. 90.*

* *Maſculi* Flores.

Cal. *Amentum* cylindraceum, undique laxe imbricatum *ſquamis* concavis, reniformibus, acuminatis, caducis, unifloris.

Perianthium diphyllum: *foliolis* æqualibus, navicularibus, ſquama amenti brevioribus.
Cor. nulla

Stam. *Filamenta* tria, calyce breviora, bifurca. *Antheræ* ſex, bivalves.

* *Feminei.*

Cal. *Amentum* ovatum, undique denſe imbricatum *ſquamis* unifloris, ut in Mare.

Perianthium hexaphyllum: *foliolis* per paria oppoſitis, filiformibus, baſi membranaceis, ſquama amenti multoties longioribus.
Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares.
Per. nullum.
Sem. *Nux* ovalis, unilocularis, evalvis.

Tetrandria.

* 1765. EMPLEURUM. *Aiton. Kew.* 3. *p.* 513.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quadridentatum, perſiſtens.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, calyce longiora, patula. *Antheræ* oblongæ, ſubtetragonæ, retuſæ.

* *Feminei* Flores in eadem planta.

Cal. ut in Mare.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum, compreſſum, terminatum proceſſu foliaceo, erecto. *Stylus* nullus. *Stigma* denticulo laterali germinis impoſitum, cylindraceum, deciduum.

Per. *Capſula* oblonga, compreſſa, proceſſu foliaceo coronata, unilocularis, ſecundum marginem rectiorem dehiſcens.

Sem. ſolitarium, oblongum, arillatum: *arillo* ſubcoriaceo, bivalvi.

Obs. *Rariſſime duæ capſulæ ex uno calyce.*

Syngeneſia.

* 1766. HERITIERA. *Ait. Kew.* 3. *p.* 546.

* *Maſculi* Flores, minores femineis.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum.

Cor. nulla.

Stam. in centro calycis, columnare, conico-ſubulatum, infra apicem cinctum *Antheris* quinque ad decem, minutis, connatis in cylindrum.

* *Feminei* Flores, in eadem panicula cum maſculis.

Cal. ut in Maſculis.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* decem, receptaculo ad baſin germinum inſertæ, duæ inter ſingula germina, didymæ, minutæ, ſteriles?

Pist. *Germina* quinque, ſemiovata, compreſſa, glabra. *Styli* conici, breves, ſub antheſi apice cohærentes. *Stigmata* clavata.

Per.

PER. *Drupæ* exſuccæ patentiſſimæ, ovales, ſupra planiuſculæ, ſubtus convexæ, carinato-alatæ, uniloculares.
SEM. ſolitaria, ſubgloboſa, magna.

DIOECIA.

Tetrandria.

* 198. MONETIA. *L'Herit. ſtirp.* 1. *Journ. de Phyſ.* 33. 2. *p.* 54. Azima *Lamarck Encycl.* 1. *p.* 343.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, quadridentatum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis, reflexis; diviſuris duabus profundioribus.
COR. *Petala* quatuor, linearia, acuta, recurva, calyce longiora.
STAM. *Filamenta* quatuor, erecta, receptaculo inſerta, fere longitudine corollæ. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.
PIST. *Germinis* rudimentum. *Stylus* conicus, ſulcatus, acutus, ſtaminibus vix longior.

* *Femina* in diſtincta planta.

CAL. ut in Mare.
COR. ut in Mare. *Petala* paullo latiora, breviora.
STAM. *Filamenta* quatuor, germini appreſſa, plana, brevia. *Antheræ* ſteriles.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum. *Stylus* breviſſimus, craſſus. *Stigma* capitatum, villoſum.
PER. *Bacca* globoſa, calyce cincta.
SEM. unicum, orbiculatum, hinc planum, inde convexiuſculum, durum.
OBS. *Flores aliqui trifidi ſ. bifidi.*

Decandria.

* 1767. AILANTHUS. *Desfontaines A. G.* 1786. *p.* 265. *t.* 8. *Juſſ. gen.* 373.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, minimum.
COR. *Petala* quinque, lanceolata, acuta, baſi convoluta, patentia.

STAM. *Filamenta* decem, compreſſa, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

* *Femina.*

CAL. ut in Mare, perſiſtens.

COR. ut in Mare.

PIST. *Germina* tria ad quinque, incurva. *Styli* laterales. *Stigmata* capitata.

PER. *Capſulæ* tot quot germina, compreſſæ, membranaceæ, acinaciformes, acutæ, altero margine emarginatæ.

SEM. ſolitaria, lenticularia, oſſea, emarginaturæ approximata.

* *Hermaphroditus.*

CAL. ut in Mare & Femina.

COR. ut in Mare.

STAM. *Filamenta* duo ſ. tria, ut in Mare.

PIST. ut in Femina.

PER. ut in Femina.

SEM. ut in Femina.

Dodecandria.

† 135 TRIPLARIS. *Lœfling. Jacq. Aubl. guian.* 910. *t.* 347. *Rottb. Act. Hafn.* 1778. *p.* 274. *t.* 3.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, ſexfidum: *laciniis* ovatis, acutis, concavis, externe piloſis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* duodecim, filiformia, calyci infra lacinias, pone coronam pilorum breviſſimorum, inſerta, eoque longiora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, magnum, perſiſtens. *Tubus* ventricoſus, ovatus. *Limbus* tripartitus, erectus: *laciniis* lanceolatis, membranaceis, venoſis, obtuſis.

COR. *Petala* tria, linearia, obtuſa, venoſa, perſiſtentia, germini appreſſa.

STAM. *Filamenta* circiter duodecim, breviſſima, ſubulata, erecta, baſi tubi calycis pone coronam pilorum paullo longiorum inſerta; vel nulla. *Antheræ* nullæ.

PIST. *Germen* magnum, triquetrum. *Styli* tres, breviſſimi. *Stigmata* ſubulata, carinata, villoſa.

PER. nullum, niſi Calyx perſiſtens.

SEM. *Nux* triquetra, acuminata, in tubo calycis. *Nucleus* ſimilis.

OBS. *In* T. americanæ *floribus femineis lacinulæ tres minimæ calycis cum tribus magnis alternant. Rudimenta filamentorum in hac nulla. Nux brevior, angulis compreſſis.* --- *In* T. ramifloræ *Jacq. fl. femineis laciniæ calycis ſolummodo tres. Rudimenta filamentorum ſupra deſcripta. Nux profunde triſulca, angulis ſulcatis.*

Petala fl. femin. perperam pro ſtaminibus habita fuerunt a Læflingio & aliis, quum nec loculos habeant, nec pollen.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Nro. 15, HIPPURIS. --- *Gærtn.* 84. *Hellen. monogr.*

CAL. *Margo* bilobus --- (del. nullus niſi.)
STAM. --- intra lobum anteriorem calycis. *Anthera* —
PIST. --- *Stylus* --- e poſteriori lobo calycis —

19. MNIARUM, Ditoca *Soland.*

CAL. *Involucrum* tetraphyllum, biflorum: *foliolis* ovatis, acutis; infimis duobus coalitis.
Perianthium monophyllum, quadrifidum.
STAM. *Filamenta* duo *Soland.*
PERIC. nullum.
SEM. unicum --- fundo calycis indurato incluſum.

20. CINNA. Deleatur; eſt ſpecies Agroſtis.

OBS. *Cinnæ Walt. carol.* 59. *proprii generis eſſe videntur.*

21, NYCTANTHES. Parilium *Gærtn.* Scabrita *Nro.* 154.

23. LIGUSTRUM. --- *Gærtn.* 92.

OBS. *Bacca bilocularis: loculamentis membrana tenui veſtitis. Sem. bina. Gærtn.*

24. PHILLYREA. --- *Gærtn.* 92.

PER. *Bacca* ovato-globoſa, bilocularis.
SEM. ſolitaria, hinc planiuſcula inde convexa; unum ſæpe abortiens.

25. OLEA. --- *Gærtn.* 93.

SEM. *Nux* --- ſubbilocularis. *G.*

26. CHIONANTHUS.

OBS. ternus l. *ternarius.*

34. WULFENIA.

Deleatur linea infima.

36. DIANTHERA. Deleatur.

39. CALCEOLARIA.

Per. -- bivalvis : *valvulis* apice bifidis ; *diſſepimento* contrario.

Sem. -- *Receptaculum* transverſum , pedicellatum , diſſepimento adfixum. *G.*

40. PINGUICULA. --- *Gærtn.* 111.

42. GHINIA. Tamonea --- *Swartz. prodr.* 94.

Sem. *Nux* tetragona , apice quadriſpinoſa , quadrilocularis. *Nuclei* ſolitarii. *Sw.*

43. VERBENA. del. l. 3. Kæmpfera *Houſt.* & duæ lineæ infimæ Obſervationis.

58. ANTHOXANTHUM.

Lin. 4. deleatur: *Gluma* uniflora.

59. PIPER. -- *Gærtn.* 92.

60. VALERIANA.

Add. lin. 2. poſt 1722. *Gærtn.* 86. & poſt. Vaill. Fedia *Gærtn.* 86.

74. TONSELLA. Numero præfigatur aſteriſcus.

79. IRIS.

Lin. 7. add. in *tubum* variæ longitudinis.

Obſervationi add. in fine : *Stigmatum labium exterius proprie munere ſtigmatis fungitur. Schkuhr handb. 22. b. tab. 5. 6.*

80. MORÆA.

Cor. monopetala , ſexpartita.

92. SCHOENUS.

Pist. *Stigma* bi - ſ. trifidum.

104. SACCHARUM. *Gærtn.* 82.

105. ASPRELLA. *leg.* LEERSIA *Soland. Swartz. prodr.* 21.

Cor. *Gluma* bivalvis, uniflora, clauſa.
Obs. *Staminum numerus variat ab* 1 *ad* 6. *Swartz.*

106. PHALARIS. *Gærtn.* 80.

107. PASPALUM. *Gærtn.* 80.

113. MELICA. *Gærtn.* 80.

120. BROMUS.

Pist. *Germen* --- terminatum *foliolis* duobus, ovatis, tenuiſſimis, hyalinis, emarginatis, erectis.

127. SECALE. *Gærtn.* 81.

129. HORDEUM. *Gærtn.* 81.

130. TRITICUM. *Gærtn.* 81.

132. ERIOCAULON. *Gærtn.* 83.

Obs. *Longe aliter partes fructificationis in quibusdam ſpeciebus obſervatæ ſunt a Juſſiæo, Gærtnero, Rottbœllio, Hopeo; ſecundum quos hoc genus ad Monœciam referendum eſſet. Ulterius itaque requirit examen.*

134. PROSERPINACA.

Per. *Drupa* parva, exſucca, ovato-triquetra, ſubtrialata, calyce perſiſtente clauſo coronata.
Sem. *Nux* ſuboſſea, triquetra, trilocularis: *nucleis* oblongis, filo adnatis. *G.*

135. TRIPLARIS. Excludatur in hac claſſe.

147. CEPHALANTHUS. *Gærtn.* 86. *Schkuhr. handb. tab.* 5. *b.*

Per. *Capſula* inverſe pyramidata, coriacea, calyce perſiſtente coronata, quadrilocularis, quadripartibilis, non dehiſcens.
Sem. ſolitaria, oblonga, hinc angulata inde convexa.
Rec. --- piiis clavatis.

Obs. *Loculamenta duo ſæpe abortiunt.*

148. DIPSACUS. --- *Gærtn.* 86.

149. SCABIOSA. --- *Gærtn.* 86.

150. KNAUTIA. --- *Gærtn.* 86.

152. OPERCULARIA. *Gærtn.* Rubioides *Soland.*

Obs. *An* Pomax *Soland. genere diverſa? cui Corollulæ ternæ, tridentatæ, ſtamen unicum rel.*

154. SCABRITA. -- Eſt NYCTANTHES L. N. 21.

Ubi hic character ſubſtituendus eſt.

Cor. -- *Limbus* quinquepartitus.

Stam. *Filamenta* duo.

Per. *Capſula* obovata, compreſſa, cum mucrone emarginata, coriacea, bilocularis, bipartibilis : *loculamentis* parallelis, adpreſſis, evalvibus.

Sem. ſolitaria, obovata, hinc convexa inde plana, infimo loculo adfixa.

Obs. *Corolla utplurimum quinquepartita eſſe videtur; vidi tamen etiam ſex- & ſeptempartitam, & Linneus quadripartitam.*

156. SHERARDIA.

Cal. *Perianthium* - ſexdentatum.

160. KNOXIA.

Per. *Capſula* ovata, rhombeo-tetragona, coriacea, parva, calyce coronata, bilocularis, bipartibilis : *loculamentis* apice trifariam dehiſcentibus, *receptaculo* filiformi ſuperne annexis.

Sem. ſolitaria, ſubovato-triquetra, utrinque acuminata, glabra, fundo loculamentorum adfixa. *G.*

166. CATESBÆA.

Per. *Bacca* -- bilocularis.

170. PETESIA. Deleatur, monente celeberr. *Swartzio.*

175. CALLICARPA. -- *Gærtn.* 94.

178. POLYPREMUM.

Sem. -- *receptaculo* oblongo, adſcendenti, diſſepimento inferne adnexo, adfixa. *G.*

179. CHÆTOCARPUS. Deleatur ; pertinet enim ad Labatiam *Swartz.*

185. EXACUM. -- *Gærtn.* 114.

Sem. -- receptaculo centrali capſulam —

188. RHACOMA. Deleatur, non diverſa a Myginda. *Sw.*

189. CENTUNCULUS.

Cor. monopetala. *Tubus* —

196. FAGARA.

Obs. *Capſulæ modo ſimplices, modo didymæ. Gærtn. Capſulæ quaternæ in Evodia Forſt. a b. Linneo ad Fagaram relata. Semina ſeſſilia.*

198. MONETIA. Deleatur in hac claſſe.

202. ORIXA. Ab Othera vix differt. *Dahl. diff.* 12.

204. LUDWIGIA.

Per. *Capſula* quadrivalvis. --- *Diſſepimenta* valvulis oppoſita.

Sem. --- *Receptaculum* columnare, membranaceo - quadrialatum: *alis* in angulis diſſepimentorum, utrinque ſeminiferis.

205. OLDENLANDIA. Vix differt ab Hedyotide n. 153; alterutra itaque commode excludi poteſt.

206. AMMANNIA. *Gærtn.* 112.

207. ISNARDIA.

Cal. -- *laciniis* ovatis.

Pist. *Germen* inferum.

Ser. *Capſula* tetragona, obtuſa, calyce veſtita & coronata, quadrilocularis, quadrivalvis : *valvulis* obſolete carinatis craſſis, fungoſis, margine attenuatis. *Diſſepimenta* valvulis oppoſita.

Sem. plurima, oblonga, acuta, *Columellæ* affixa. *Schreb.*

209. DORSTENIA.

Lin. 4. del. receptaculo.

212. NIGRINA. Deleatur. (*Chloranthus Sw.*)

221. CAMPHOROSMA.

Deleantur lineæ duæ ultimæ Obſervationis.

223. APHANES. *Schkuhr. handb. t.* 26. *Timm. Bot. Mag.* 6. *p.* 170.

CAL. --- *ore* quadrifido: *laciniis* ovatis; interdum cum una vel altera acceſſoria, breviſſima.
STAM. *Filamentum* unicum, incurvum, ſubulatum, minimum, ori calycis impoſitum. *Anthera* didyma.
PIST. *Germen* ovatum, acutum. *Stylus* filiformis, germini ad baſin inſertus, ſtamini oppoſitus, ad ejus altitudinem aſſurgens. *Stigma* capitatum.
OBS. *Transferendum itaque hoc genus in Monandriam Monogyniam, niſi cum Alchemilla conjungendum eſt.*

229. NERTERA. Nerteria *Smith.* pl. ined. 2. *t.* 28. eadem eſt cum

230. GOMOZIA L. Deleatur ergo character Nerteræ & nomen Gomoziæ.

CAL. margo ſuperus, minimus, indiviſus. *Smith.*
COR. --- infundibuliformis.
PIST. --- del. teres.
PER. *Bacca* globoſa, puncto umbilicata, bilocularis.
SEM. ſolitaria, hinc plana, inde convexa. *Smith. Gærtn.*

234. POTAMOGETON. *Gærtn.* 84.

235. RUPPIA. --- *Gærtn.* 84.

OBS. *Ab hac diſtinguitur & ad Monœciam Polyandriam refertur* Buccaferrea *Mich. a cel.* Candida *in Actis Acad. Neapol. &* Petagna *in Inſtit. Botan.* 5. *p.* 1826.]

237. TILLÆA. *Gærtn.* 112.

245. SYMPHYTUM.

Lin. 7. ſubulatis, leg. lanceolatis, margine ſpinuloſis. *Curtis.*

246. CERINTHE.

CAL. --- *laciniis* - inæqualibus.

Stam. --- erectæ, basi setis duabus recurvis.
Pist. *Germen* bipartitum.

252. MESSERSCHMIDIA. *Gærtn.* 109.

263. MENYANTHES. *Gærtn.* 114.

267. HYDROPHYLLUM. *Gærtn.* 110.

Sem. quatuor, intra *receptaculum* baccatum nidulantia! *G.*

275. RANDIA. Deleatur, ad Gardeniam referenda.

279. EPACRIS. --- *Gærtn.* 94. Ardisia *Gærtn.* 94.

Obs. Epacris *Gærtn. Capsula quinqueloculari, loculam. polyspermis.*
Ardisia *Gærtn.* Stiphelia *Soland. Bacca corticata, exsucca, quinqueloculari: loc. dispermis.*

303. LIGHTFOOTIA. Deleatur; commode enim, secundum observationes celeb. *Swartzii*, cum Rondeletia conjungi potest.

307. ORIBASIA. Ex observationibus celeb. *Swartzii*, ad Psychotriam reducenda.

308. STEPHANIUM. Palicourea *Aubl.*

Ad Mussændam *a b. Solandro relata fuit.*

311. UNCARIA.

An ad Naucleam *referenda? Sic videtur.*

306. SCHWENKFELDIA. Sabicea *Aubl. Swartz. prodr.* 46.

Cal. *Involucrum* tetraphyllum.
Perianthium —
Cor. infundibuliformis. --- *Faux* hirsuta.
Pist. *Germen* ovatum.
Sem. *receptaculis* semilunaribus adfixa. *Sw.*

316. CALLICOCCA. Cephaëlis *Swartz prodr.* 45.

Rec paleaceum. *Paleæ* oblongæ s. lineares, membranaceæ, coloratæ, persistentes, flores fructusque distinguentes. *Sw.*

322. KUHNIA. Ad Eupatorium commode reduci poteſt; antheræ enim vere ſunt coalitæ.

323. SCHOEPFIA.

PER. *Drupa.*

328. GUETTARDA.

Lin. ult. del. ſpecioſa.

345. ANGUILLARIA. Eadem quæ Ardiſia *Swartz.* Excludatur ergo.

349. CHIRONIA. --- *Gærtn.* 114.

PER. *Bacca* ovata, unilocularis; ſ. *Capſula* oblonga, ſemibilocularis, bivalvis.

SEM. --- adfixa *receptaculis* duobus lateralibus oppoſitis, vel ſuturæ.

351. PATAGONULA. Genus a Cordia non diverſum ideoque delendum.

353. LAUGERIA.

SEM. *Nux* 2-5-locularis. *Sw.* ſulcata. *Jacq.*

357. SIDEROXYLUM.

PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.

SEM. quinque.

358. RHAMNUS. --- *Gærtn.* 106.

OBS. *Pars floris, quam b. Linneus in Rhamno Corollam appellavit, rectius Perianthium; & ſquamulæ, ſtaminibus adpoſitæ, Petala appellarentur.*

361. CEANOTHUS. --- *Gærtn.* 106.

363. RUYSCHIA. --- *Swartz. prodr.* 51.

Lin. ult. add. biloculare, polyſpermum *Sw.*

372. CELASTRUS. -- *Gærtn.* 95.

373. EVONYMUS. --- *Gærtn.* 113. *Hellen monogr.*

374. DIOSMA. --- *Gærtn.* 94.

377. LEVISANUS. --- Staavia *Dahl diff.* 14.

380. CYRILLA. Delenda & ad Iteam referenda.

383. CEDRELA. --- *Gærtn.* 95.

384. CALODENDRUM. --- Pallaſia *Houttuyn. veg.* 3. *p.* 22.

386. ESCALLONIA. --- *Smith pl. ined.* 2. *t.* 30. 31.

PIST. *Germen* ſemi inferum.
PER. *Capſula* baccata ſubr. calyce cincta, operculata, biloc'

387. MANGIFERA. *Gærtn.* 100.

388. HIRTELLA. --- *Aubl.* 98.

COR --- erecta.
STAM. --- involuta, uni lateri calycis inſerta.
PIST. --- *Stylus* - ortus, ſtaminibus oppoſitus.
OBS. *Semen biloculare Aubl.*

392. AQUILICIA. Eſt LEEA, cujus character emendatus hic inferatur.

395. HEDERA.

SEM. --- arillata. *Ehrh.*

396. VITIS. --- *Gærtn.* 106.

PER. *Bacca* globoſa ſ. ovata, bilocularis.
SEM. bina &c. *Schmidel. ic.* 7. *f.* 22. 23. *Ehrh. beytr.* 4. *p.* 49. *Walt carol.* 242. *Juſſ. gen.* 267.
OBS. *Baccam immaturam* 5-*locularem*, *maturam* 1-*loc.* 5-*ſpermam deſcribit Gærtn.* 2. *p.* 108. *At ſemina quinque numquam viderunt Schmidel*, *Haller*, *Ehrhart*, *aliique. ſæpe unum alterumve ſemen abortit.*

401. SAUVAGESIA. --- *Aubl.* 100.

SEM. --- ſuturis --- adfixa.

406. CHENOLEA. Ad Salſolam referenda.

407. ILLECEBRUM. *Schkuhr handb. t.* 50.

OBS. *Fructus in pluribus ſpeciebus diverſus.*

410. THESIUM. *Gærtn.* 86.

417. WILLUGHBEJA. del. *Scop.*

419. VINCA. --- *Gærtn.* 117.

420. NERIUM. --- *Gærtn.* 120.

427. PERIPLOCA. --- *Schkuhr handb. t.* 53.

Lin. 11. del. pedicellati.

429. ASCLEPIAS. *Schkuhr handb. t.* 55. 56.

Lin. 13. connatus, leg. connatum; & ſic etiam in tribus ſeqq. char. 430 - 432.

430. CYNANCHUM. *Schkuhr. handb. t.* 54.

440. STERIS. Non alia, quam Nama zeylanica, *Smith*; ideoque cum hac ad Hydroleam amandanda.

443. ULMUS.

Obs. *Stamina* interdum 4 - 8. *Schkuhr handb. t.* 57.

445. HYDROLEA.

Caps. quadrivalvis *Walt. carol.* 109.

449. SWERTIA. --- *Gærtn.* 114.

Sem. --- ſuturæ capſulæ adhxa. *G.*

450. GENTIANA. --- *Gærtn.* 114.

Sem. --- parietibus capſulæ undique adhxa. *G.*

451. DICHONDRA. *Swartz. prodr.* 54. *Smith. pl. ined.* 1. *t.* 8.

Cor. --- rotata *Sw.*

465. ARTEDIA. *Gærtn.* 85.

469. CONIUM. Capnophyllum *Gærtn.* 85.

475. FERULA. --- *Gærtn.* 85.

476. LASERPITIUM. --- *Gærtn.* 85.

478. LIGUSTICUM. --- *Gærtn.* 85.

479. ANGELICA. --- *Gærtn.* 85.

489. SCANDIX. *Gærtn.* 85.

508. CURTISIA. leg. OCHROXYLUM.

509. PASSIFLORA.

Lin. 11. poſt: annexa, inſere: baſi coalita.

511. XYLOPHYLLA. --- *Gærtn.* 108.

CAL. *Per.* ſexpartitum.
COR. --- *Nectarium*: *Glandulæ* ſex, ad baſin germinis, ſ. *margo* germen cingens.
STAM. *Filamenta* tria ad ſex — *Antheræ* majuſculæ.
PIST. --- *Stigmata* — ſ. bifida. *Swartz.*
Referenda ad Triandriam Trigyniam; *plurimæ tamen ſpecies ſunt monoicæ ſ. polygamæ. Swartz, prodr.* 28.

512. REICHELIA. Deleatur; ad Hydroleam enim pertinet. *Sw.*

516. CORRIGIOLA. --- *Schkuhr* handb. t. 85.

PER. *Bacca* ſicca ? triquetro-ovata, calyce connivente incluſa.
SEM. unicum, ſubgloboſum, triſulcum, filo e baſi pericarpii adſcendenti adnexum.

518. ALSINE.

PER. *Capſula* - tri - ſ. ſexvalvis.

521. SAROTHRA. --- *Gærtn.* 114.

SEM. --- ſuturis adfixa. *G.*

526. GLOSSOPETALUM. Anne potius ad Araliam referendum? Separatur tamen etiam ab ill. *de Juſſieu.*

527. STATICE.

Lin. 14. ſemen fovens, leg. & corolla emarcida capſulam fovent.

528. LINUM. *Gærtn.* 112.

Per. *Capſula* --- decemvalvis, apice dehiſcens. *Diſſepimenta* membranacea, tenuiſſima, valvulas connectentia.

Obs. *In multis ſpeciebus* (*an in omnibus?*) *filamenta baſi coalita ſunt.*

530. BURCARDIA. Delenda; pertinet enim ad Turneram. *Sw.*

531. DROSERA. --- *Schkuhr handh. t.* 87.

534. MAHERNIA. *Cavanill. diſſ.*

Lin. 7. add. baſi coalita.

535. COMMERSONIA. --- *Gærtn.* 94.

545. PONIEDERIA.

Pist. *Germen* --- ſuperum.

558. LILIUM. --- *Gærtn.* 83.

564. leg. ALBUCA.

575. CONVALLARIA. *Schkuhr handb. t.* 97.

Per. *Bacca* - unilocularis, baſi triloc.

580. YUCCA. --- *Gærtn.* 85.

Per. *Bacca* oblonga, obſolete hexagona, carnoſa, inter ſtigmata foraminulo pertuſa, ſexlocularis. *Diſſepimenta* tria craſſiora, triaque tenuiora, & diaphragmata membranacea cellulas pro ſingulis ſeminibus formantia.

Sem. planiuſcula, incumbentia, angulo interno ſing. loculam. adfixa. *G.*

585. HEMEROCALLIS. --- *Gærtn.* 83.

586. ACORUS. --- *Gærtn.* 84.

592. DUROIA. --- Cacao ſilveſtris *Aubl. guian.* 687. *t.* 276.

593. ACHRAS. --- *Gærtn.* 104.

596. NANDINA. --- *Gærtn.* 92.

601. HILLIA. --- *Swartz. prodr.* 58.

CAL. *Perianth.* duplex : *inferius* hexaphyllum , *foliolis* oblongis, inæqualibus ; *ſuperius* 2 - 4 - phyllum. *foliolis.* —
PER. *Capſula* - angulata, bilocularis , bivalvis , calyce ſuperiore coronata.
SEM. --- pappoſa , receptaculo lineari adfixa. *Sw.*

607. BAMBUSA. Bambos *Retz. faſc.* 5. *p.* 24.

Lin. 8. leg. carinata ſtriataque.

608. EHRHARTA. *Smith pl. ined.* 1. *t.* 9. 2. *t.* 32. 33.

OBS. *Quædam ſpecies ſunt digynæ. Smith.*

609. ORYZA. --- *Gærtn.* 80.

612. ATRAPHAXIS. --- *Gærtn.* 119.

613. RUMEX. --- *Gærtn.* 119.

616. TRIGLOCHIN. --- *Gærtn.* 84.

623. PETIVERIA.

STAM. *Filamenta* 6 - 8, --- inæqualia.
PIST. --- *Stylus* lateralis , in ſulco germinis. *Stigma* penicilliforme.
SEM. --- *glochidibus* (non ſtylis) quatuor , extrorſum --- *Swartz.*
OBS. *Utplurimum numerantur ſtamina ſeptem ; transferenda ergo Petiveria in Heptandriam Monogyniam. Idem.*

628. ÆSCULUS. --- *Gærtn.* 111.

634. TROPÆOLUM. --- *Hellen. monogr.*

Lin. 11. del. quadriloculares.

636. RHEXIA. *Gærtn.* 112.

637. OENOTHERA.

PER. --- *diſſepimentis* contrariis.
SEM. --- *Receptaculum* columnare , liberum , tetragonum : angulis diſſepimentorum margini contiguis. *G.*

639. EPILOBIUM.

PER. --- *diſſepimentis* valv. contrariis.

SEM.

SEM --- *Receptaculum* columnare, liberum, tetragonum: angulis diſſepimentorum margini contiguis. *G.*

639. EPILOBIUM.

PER. --- *diſſepimentis* valv. contrariis.
SEM. --- *Recept.* — diſſepimentis adnexum, ſemina duplici ordine adfigens. *G.*

640. ANTICHORUS. *Gærtn.* 112.

A Corchoro vix diſtingui meretur. *G.*

653. CHLORA.

PIST. — *Stigmata* duo, ovata, bifida. *Cyrill. eſſ. char.* 31.

654. DODONÆA. --- *Gærtn.* 111.

655. LAWSONIA. --- Alcanna *Gærtn.* 110.

656. MELICOPE.

Lin. 8. leg. nectarium.

661. ATHENÆA. Commode ad Caſeariam amandari poteſt; ergo delenda.

671. SCYTALIA. Ad Sapindum refertur a cel. *Aiton. hort. kew.* 2. *p.* 36.

677. POLYGONUM. --- *Gærtn.* 119. Perſicaria *ibid.* Fagopyrum *ibid.*

683. PARIS. *Gærtn.* 83.

684. ADOXA. *Gærtn.* 112.

685. ELATINE. *Gærtn.* 112.

687. FORSKOLEA. --- *Cyrill. eſſ. char.* 30.

688. LAURUS. *Gærtn.* 92.

689. TINUS. Deleatur, ad Clethram referenda. *Swartz.*

691. GINANNIA.

OBS. *Browneæ affinis, & forte tantum ſpecies ejus.*

692. RHEUM. *Gærtn.* 119.

703. CÆSALPINIA.

STAM. *Filamenta* decem, --

712. CYCLAS. Deleatur, a Crudia non diverſa.

715. CODON. --- *Gærtn.* 95.

716. CHALCAS. --- *Houttuyn. veg.* 3. *t.* 24. Delenda, utpote a Murraya vix ſpecie diverſa.

717. MURRAYA. --- *Murray commentat.* 9. *p.* 186. *tab.* 1. *Gærtn.* 93.

721. TRICHILIA. --- *Gærtn.* 95. Porteſia *Cavanill. diſſ.* 7. Qui viſia *Cavan. diſſ.* 7. ?

Lin. 5. l. *ore* decemdentato —
Lin. ult. del. arillato.

722. TURRÆA. --- *Smith. pl. ined.* 1. *t.* 10 - 12. *Cavan. diſſ.* 7.

723. SWIETENIA. --- *Gærtn.* 96. *Cavan. diſſ.* 7.

PERIC. *Capſula* --- unilocularis, ad verticem quinqueloculares --- *G.*

725. RUTA. *Gærtn.* 111.

727. GUAJACUM. *Gærtn.* 113.

730. ZYGOPHYLLUM. *Gærtn.* 112.

731. FAGONIA. --- *Gærtn.* 113.

735. GÆRTNERA. --- Hiptage *Gærtn.* 116.

CAL. *Perianthium* — —
Glandula nectarea ſolitaria, marginalis, calyci adnata.
OBS. — *quintum luteum. H. M.*

738. GOMPHIA.

Lin. 6. poſt. membrana, *add.* aucta.

741. JUSSIÆA.

PER. --- *diſſepimentis* contrariis.

Sem. — *Receptaculum* 5-ſ. 4-gonum angulis compreſſis, quibus diſſepimenta adhærent. *G.*

744. LEDUM. *Gærtn.* 112. *Amæn.* 8. *p.*

Cor. monopetala, plana, quinquepartita: *laciniis* ovatis, concavis, rotundatis.

759. ROYENA. *Gærtn.* 94.

767. SCLERANTHUS.

Peric. nullum.

Sem. unicum, ovatum, tubo calycis cartilagineo incluſum.

778. GARIDELLA. --- *Gærtn.* 118.

786. SPONDIAS. *Gærtn.* 103.

Per. *Capſula* --- decemvalvis ---

Sem. --- *arillo* carnoſo elaſtico obtecta. *G.*

794. OXALIS. *Gærtn.* 113.

Per. *Capſula* --- decemvalvis ---

Sem. --- *arillo* carnoſo elaſtico obtecta. *G.*

804. BASSIA. *Gærtn.* 104.

Per. Drupa (*Bacca G.*)

812. VATICA. *Smith. pl. ined.* 2. *t.* 36.

Per. *Capſula*? trilocularis.

Sem. ſolitaria. *Smith.*

813. GARCINIA. Mangoſtana *Garc. Gærtn.* 105. Cambogia *Linn.*

Stam. *Filamenta* duodecim ad ſedecim, ---

Per. *Bacca* — ſulcata, — octolocularis ---

Sem. ſolitaria, ---

Obs. *Numerus lacin. ſtigmatis, loculam. fructus & ſeminum variat* 4-8. *G.*

815. DECUMARIA. *Ait. Kew.* 2. *p.* 230. *Ehrh. beytr.* 5. *p.* 49. Forſythia *Walt. carol.* 153.

Cal. *Perianth.* --- 8-12 --- phyllum, ---

Cor. *Petala* octo ad duodecim, ---

Per. *Capſula* --- octolocularis. ---

Sem. plura, oblonga, horizontaliter columellæ adfixa.

Transferenda in Polyandriam Monogyniam pone Tiliam.

817. CANELLA.

Lin. ult. del. *Affinis Tini* 547.

819. TRIUMFETTA. *Gærtn.* 111. Barthramia *ibid.*

Obs. Triumfetta *Pl. G. Cal. nullus. Capſ.* 4-*loc. evalvis.* Barthramia. *L. G. Cal.* 5-*phyllus. Nect.* 5. *glanduloſa, ad baſin petalorum. Capſ.* 4-*partibilis*, 8-*locularis. Sem. ſolitaria, adnata. G.*

821. PEGANUM. *Gærtn.* 95.

Per. *Capſ.* — *diſſepimentis* contrariis.

824. PORTULACA.

Lin. 4. deleatur: ſuperum.

827. KLEINHOFIA.

Lin. ult. l. Ayeniæ.

832. EUPHORBIA. *Gærtn.* 107.

844. MYRTUS.

Lin. 3. del. Petaloma *Swartz pr.*
Lin. 10. del. decem ſ.

848. AMYGDALUS. *Gærtn.* 93.

849. PRUNUS. *Gærtn.* 93.

852. ROBINSONIA.

Lin. 10. leg. *Germen* ſuperum.

857. MESPILUS. *Gærtn.* 87.

858. PYRUS. *Gærtn.* 86.

874. DOLIOCARPUS.

Deleantur tres ultimæ lineæ.

877. ACTÆA. *Gærtn.* 114.

880. CHELIDONIUM. *Gærtn.* 115. Glaucium *Gærtn.* 115.

Obs. Chelidonium T. *Capſula ſiliquoſa, longa, ad ſemina noduloſa*, 1-*loc.* 2-*valvis. Sem. ovata, criſta dorſali*

aucta, utrinque adfixa receptaculo filiformi, valv. marginibus interjecto.

Glaucium. T. *Capsula siliquosa, longissima, transverse compressa, 2-loc. 2-valvis; dissepimento marginibus valvularum interjecto. Sem. globosa, receptaculo medio dissepimento adnato, fungoso, inserta, foveolis excepta. Gærtn.*

883. CAMBOGIA. --- Delenda.

889. AUBLETIA.

Lin. 7. subrotundo-oblonga, leg. obovata.

891. OCHNA. Lacathe *Soland.*

894. TILIA. *Gærtn*, 113.

896. GREWIA. *Gærtn.* 106.

900. LEGNOTIS.

Stam. *Filamenta* sedecim s. viginti & plura ad quinquaginta, ---

In *Observatione* del. quinta.

904. DELIMA. *Gærtn.* 106. Ex mente b. Solandri ad Tetraceram referri debet.

910. LAGERSTROEMIA.

Stam. --- calyci infra germen inserta.

Per. *Capsula* subglobosa, in vertice subretuso stylo coronata, sexsulcata, sexlocularis, sexvalvis, *dissepimentis* cum suturis coalescentibus.

Sem. plura, ovata, basi subulata, compressa, *columellæ* centrali hexagonæ adhærentia. *Schr.*

Obs. *Numerus partium interdum variat.*

Transferenda in Icosandriam Monogyniam pone Robinsoniam.

911. THEA. --- *Gærtn.* 95.

926. EURYANDRA. Ad Tetraceram referenda, secundum b. Solandrum.

930. TETRACERA. Euryandra Forst. Delima *L.* Rhinium *n.* 1545.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinque-s. sexpartitum, patens, persistens: *laciniis* subrotundis, subinæqualibus.

Cor. *Petala* tria ad quinque, (vel nulla?) ſubrotunda, concava, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, apice dilatata, perſiſtentia, calyci inſerta. *Antherae* didymæ, loculis disjunctis.
Pist. *Germina* tria ſ. quatuor, interdum ſolitaria, ovata, obliqua, divergentia. *Styli* ſimplices, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* tot, quot germina, ovatæ, divaricatæ, latere interiore dehiſcentes.
Sem. ſolitaria ſ. pauca, *arillo* radiato cincta.
Pertinet Tetracera ad Icoſandriam Tetragyniam.

932. RHIZOBOLUS. *Gærtn.* 98.

934. AQUILEGIA. *Gærtn.* 118.

935. NIGELLA. *Gærtn.* 118.

937. BRATHYS. *Smith Pl. ined. 2. t.* 41.
Delenda; eſt enim ſpecies Hyperici.

938. BRASENIA.
Lin. 16. l. *viridis.* lin. 18. *maturitatem.*

944. UVARIA. *Gærtn.* 114.

947. UNONA. Deleatur, ad Uvariam reducenda.

954. TROLLIUS. *Gærtn.* 118.

957. CALTHA. *Gærtn.* 118.

980. CLINOPODIUM.
Pist. — *Stigma* bifidum —

1010. MARTYNIA. *Gærtn.* 110.

1021. SCHWALBEA. *Walt carol,* 167.

1022. TANÆCIUM.
Cor. — *Laciniæ* duæ ſuperiores approximatæ, minus diviſæ, erectiuſculæ; tres inferiores patentes, paullum reflexæ.
Stam. *Filam.* — ſub dorſum tubi inclinata —
Pist. *Germen* annulo carnoſo inſidens —
Per. *Bacca* magna, ſubpedicellata, globoſa vel oblonga, bilocularis.

Sem. — oblonga, angulata, — *Sw.*

1048. SESAMUM. *Gærtn.* 110.

1109. HERMANNIA. *Gærtn.* 112.

1110. MELOCHIA. *Gærtn.* 113.

1119. ACIA.

In *Obſ.* pro Conepia, l. Couepia.

1122. PENTAPETES.

In Obſ. poſt: depictum, comma delendum eſt.

1123. ASSONIA. Vahlia *Dahl. diſſ.* 21.

1142. STEWARTIA. Deleatur Francklinia *Marſh.*

1144. GORDONIA. — Francklinia *Marſh. arb.* 48.

Cor. — baſi unita mediante nectario. *Ait.*
Stam. — filiformia, nectario inſerta. *Ait.*
Acl. *Aiton* in Polyandriam Monogyniam translata eſt. *Hort. Kew.* 2. *p.* 231.

1150. BARRINGTONIA. — *Gærtn.* 101. — Butonica *Ait. hort. kew.* 2. *p.* 439.

1154. FUMARIA. *Gærtn.* 115.

Obs.
Capnoides T. *Sem. plura, membrana baſilari aucta. G.*
Cyſticapnos B. *Capſ.* (*ſiliquoſa*) *duplex: exterior maxima, ſubgloboſa, ſubcoriacea, 2-valvis; interior oblonga, utrinque acuminata, ſubcompreſſa, tenuis, diaphana, marginibus ſuberoſis, futuræ exterioris oppoſitis, unilocularis, evalvis,* (non trivalvis,) *irregulariter rumpens, interiori tela ſpongioſa adnexa. Sem. plurima. G.*

1220. MUNCHHAUSIA.

Obs. *Adfinis* Lagerſtrœmiæ.

1249. leg. ZACYNTHA.

1251. CICHORIUM.

Sem. — ſubpentagona — *Pappus* paleaceus: *paleis* numeroſis, minimis.

1353. ECHINOPS.

Recept. ſetoſum, leg. nudum.

1359. leg. SHAWIA.

1361. CORYMBIUM. *Gærtn.* 86.

1364. VIOLA. *Gærtn.* 112.

1365. IMPATIENS. Balſamina. *Gærtn.* 113.

Per. *Capſ.* immatura quinquelocularis: *diſſepimentis* tenuiſſimis, medio valvularum adfixis.

1381. STILAGO. Ad Antidesma ſecundum cel. *Smith* referendum eſſe *Juſſ. gen.* 443.

Per. *Drupa* globoſa.
Sem. *Nux* globoſa. *Hornſtedt diſſ.* 51.

1385. SCOPOLIA. Deleatur; eſt ſpecies Daphnes. *Smith. pl. ined.* 2. *t.*

1388. CALLA. *Gærtn.* 84.

1395. CASUARINA. *Ex obſ. b. Solandri Gærtn.* 2. *p.* 63. *t.* 91.

* *Mas.*

Cal. *Amentum* undique imbricatum *Squamis* lanceolato-ſubulatis, verticillatis, baſi connatis, ſubmembranaceis, unifloris.
Perianthium bivalve: *valvulis* navicularibus, acutis, æqualibus, ſquamis amenti brevioribus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unicum &c.

* *Femina*, in ead. arb.

Cal. *Amentum* ut in Mare, ſed multo brevius; *ſquamis* brevibus, geminatis.
Perianthium bivalve, ut in Mare, ſed ſquamis longius.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* ſimplex, apice bifidus. —
Per. nullum. *Strobilus* ſubgloboſus, echinatus, pedicellatus: *ſquamis* incraſſatis, ſuberoſis, retuſis; *valvulis caly-*

cinis elongatis, coriaceis, concavis, ſemen includentibus & dehiſcendo dimittentibus.

Sem. unicum, ovatum, compreſſum, ſuperne *ala* ovato-oblonga, diaphana, longitudine calycis, auctum. — *Hæc ill. Gærtner.*

1397. CHARA. *Gærtn.* 84.

1396. AEGOPRICUM. *Smith. ined.* 2. *t.* 42. Maprounea *Aubl.* 342. *Juſſ. gen.* 391.

1412. PHYLLANTHUS. *Gærtn.* 108. Emblica *Gærtn.* 108.

1418. leg. ARGITHAMNIA.

1419. BETULA. *Gærtn.* 90. Alnus *Gærtn.* 90.

1420. BUXUS. *Gærtn.* 108.

1422. URTICA. *Gærtn.* 119.

1425. NEPHELIUM.

Pre. *Drupa* ovata, piloſa, *cortice* cartilagineo, pulpa aquoſa.
Sem. *Nux* ſolitaria. *Hornſt. diſſ.* 57.

1432. LEEA. Deleatur hoc loco.

1433. ZIZANIA. *Gærtn.* 82.

1441. SAGITTARIA. *Gærtn.* 84.

1446. JUGLANS. *Gærtn.* 89.

1449. CARPINUS. *Gærtn.* 89.

Fem. Cal. *Perianth.* — ſexdentatum: *dentibus* inæqualibus.
Pist. *Germen* biloculare: — *G.*

1450. CORYLUS. *Gærtn.* 89.

Fem. Cal. *Involucrum* monophyllum, inferne carnoſum, turgidum, ſuperne bilabiatum, lacerum, — uniflorum. *Perianthium* obſoletum, ſuperum, ſtylos inferne cingens.
Pist. — rudimentis — duobus. *G.*

1451. PLATANUS. *Gærtn.* 90.

Lin. 15. ſtylo, leg. pedunculo.

1452. LIQUIDAMBAR. *Gærtn.* 90.

Pist. *Germina* duo, inter se & cum perianthio coalita. *Stylus* cuique longus, subulatus. *Stigma* recurvum.

Per. *Capsulæ* geminæ, coriaceæ, rostratæ, uniloculares, introrsum dehiscentes.

Sem. plura, oblonga, compressa, nitida, superne in membranulam desinentia. *G.*

1456. PINUS. *Gærtn.* 91.

1457. THUJA. *Gærtn.* 91.

1458. CUPRESSUS. *Gærtn.* 91.

Lin. 14. add. peltatis.

Pist. *Germina* quatuor ad octo, pedunculo squamæ affixa. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex, sessile.

Sem. *Nuces* quatuor aut plures, parvæ, osseæ, angulatæ, pedunculo squamarum strobili ad apicem adfixæ. *Gærtn.*

1461. ACALYPHA. *Gærtn.* 107.

1462. CROTON. *Gærtn.* 107.

1463. JATROPHA. *Gærtn.* 108.

1464. RICINUS. *Gærtn.* 107.

1474. BRADLEJA. *Gærtn.* 109.

Obs. Mas.: *Cal.* 5-6-*phyllus*, *persistens*. *Cor.* 0. *Stam.* 6. Fem. *Cal.* & *Cor. ut in Mare. Germen superum. Stylus crassus, superne sexfidus; Stigmata simplicia, obtusa.* Soland. *Capsula corticata, sexcocca. Sem. bina, integ. med. fenestrato.* Gærtn.

1477. MOMORDICA. *Gærtn.* 88.

1478. CUCURBITA. *Gærtn.* 88.

1479. CUCUMIS. *Gærtn.* 88.

1480. BRYONIA. *Gærtn.* 88.

Sem. pauca, cellulis propriis inclusa.

1481. SICYOS. *Gærtn.* 88.

1483. ANDRACHNE. *Gærtn.* 108.

1493. SALIX. *Gærtn.* 90.

1496. EMPETRUM. *Gærtn.* 106.

1498. EXCOECARIA. *Gærtn.* 108.

1516. CANARIUM. *Gærtn.* 102.

Sem. *Nux* — trilocularis : *nucleis* ovatis, compreſſis, duriuſculis. *Hornſtedt. diſſ.* 66.

1526. CLUTIA. *Gærtn.* 107.

1531. POPULUS. *Gærtn.* 90.

1532. RHODIOLA.

Obs. *Flores hermaphroditos, & decandros pentagynosque vidit celeb. Dahl. Diſſ.* 30. *Poteſt itaque eo confidentius Sedis aſſociari.*

1534. MERCURIALIS. *Gærtn.* 107.

1545. RHINIUM. Deleatur.

1552. JUNIPERUS. *Gærtn.* 91.

1553. TAXUS. *Gærtn.* 91.

1560. NEPENTHES. *Gærtn.* 83. *Juſſ. gen.* 444.

1565. HOLCUS. *Gærtn.* 80.

1574. CENCHRUS. *Gærtn.* 80.

1576. PARIETARIA. --- *Gærtn.* 119.

1578. OPHIOXYLUM. *Gærtn.* 109.

1590. ACER. *Gærtn.* 116.

1594. HERMAS. *Gærtn.* 85.

1613. FICUS. *Gærtn.* 91.

* 1768. LOUICHEA. *L'Héritier.*

CAL. *Perianthium commune* nullum.
Perianthium proprium monophyllum, quadripartitum: *laciniis* ſubulato-acuminatis, concavis, inæqualibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, leviter connata. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſuperum, turbinatum. *Stylus* filiformis, bifidus. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. Calyx clauſus, ſemen tegens.

SEM. solitaria, obovata arillata: *arillo* membranaceo.

REC. *commune* pedunculiforme, trichotomum, flores proferens.

* 1769. MICHAUXIA. *L'Héritier. Ait. Kew. 2. p. 8.* Mindium *Juſſ. gen.* 164.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſedecimpartitum: *laciniis* lanceolatis, inæqualibus; alternis reverſis.

COR. monopetala, rotata, octopartita, calyce major: *laciniis* lineari-lanceolatis, patentiſſimis, apice revolutis.
Nectarium octovalve, ſtaminiferum.

STAM. *Filamenta* octo, ſubulata, perſiſtentia. *Antheræ* lineares, longiſſimæ, ſtylo adpreſſæ.

PIST. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* columnaris, perſiſtens. *Stigma* octopartitum: *laciniis* ſubulatis, revolutis.

PER. *Capſula* turbinata, truncata, octolocularis, evalvis; *loculamentis* rhombeis.

SEM. numeroſiſſima, parva, oblonga, receptaculis inſerta.

Index.

Generica Nomina Romano charactere traduntur; Curſivis literis *Synonyma.*

Abies 1456
Ablania 923
Abroma 1217
Abrotanum 1281
Abrus 1162
Abſinthium 1281
Abutilon 1129 1134
Acacia 1595
Acœna 218
Acajou 1582
Acajuba 1582
Acalypha 1461
Acanthus 1065
Acarna 1255
Acer 1590
Acetoſa 613
Achania 1141
Achillea 1313
Achimenes 1064
Achras 593
Achyracantha 404
Achyranthes 404
Achyronia 1168
Achyrophorus 1245, 1246
Acia 1119
Acidoton 1443
Acinodendron 742
Acinos 982
Acioa 1119
Acnida 1521
Acnida 1521
Aconitum 928
Acorus 586
Acroſtichum 1625
Actæa 877
Adanſonia 1126
Adelia 1558
Adenanthera 707
Adenoſtema 1268.
Adhatoda 35
Adiantum 1633
Adonis 952
Adoxa 684
Ægiceras 398
Ægilops 1572
Ægilops 120
Ægiphila 173
Ægopodium 500
Ægopricum 1396
Æſchynomene 1202
Æſculus 628
Æthuſa 487
Agapanthus 1742
Agaricus 1674
Agathophyllum 1754
Agave 582
Ageratum 1273
Ageratum 1034
Agnanthus 1028
Agrimonia 830
Agrimonoides 830
Agroſtema 795
Agroſtis 111
Agyneja 1467
Ahouai 415

Aiouea 1761
Ailanthus 1767
Aira 112
Aitonia 1113
Ajuga 959
Aizoon 861
Alaternus 358
Albuca 564
Alcea 1132. 1134
Alchemilla 222
Alchimilla 222
Alchornea 1556
Aldrovanda 529
Alectra 1066
Aletris 579
Aleurites 1472
Alga 1390
Algoides 1391
Alhagi 1204
Aliſma 625
Alkekengi 336
Allamanda 418
Allionia 151
Allium 557
Allophyllus 643
Alnus 1419
Aloë 581
Alooides 1541
Alopecurus 102
Alpina 5
Alpinia 5
Alſinaſtrum 685
Alſine 518
Alſine 773
Alſinella 236
Alſinoides 133. 225
Alſtonia 912
Alſtroemeria 583
Althæa 1132
Alypum 146
Alyſſoides 1081
Alyſſum 1081
Amanita 1674
Amaranthoides 441
Amaranthus 1431
Amaryllis 554
Amaſonia 1061
Ambelania 417
Amberboi 1331
Ambora 1706
Ambroſia 1427
Ambroſinia 1386
Amellus 1315
Amerimnum 1160
Amethyſtea 45
Amethyſtina 45
Ammannia 206
Ammi 467
Amomum 3
Amorpha 1170
Ampana 1689
Amygdalus 848
Amyris 650
Anabaſis 438
Anacampſeros 789. 824
Anacardium 1582
Anacardium 501
Anacyclus 1311
Anagallidaſtrum 189
Anagallis 270
Anagyris 695
Ananas 540
Anandria 1289
Anarthocyclus 1310
Anapodophyllum 879
Anaſtatica 1074
Anchuſa 242
Anciſtrum 556
Andrachne 1483
Andræea 1662
Andromeda 747
Andropogon 1566
Androſace 257
Androſæmum 1224
Andryala 1240
Anemone 948

Anemonoides 948
Anemone-Ranunculus 948
Anemonoſpermos 1340
Anethum 496
Angelica 479
Angiopteris 1624
Anguillaria 345
Anguina 1388. 1476
Anguria 1399
Anguria 1479
Aniba 660
Anoda 1129
Anonis 1173
Anonymos 1005. 1263
Antaniſophyllum 13
Antennaria 1282
Anthemis 1312
Anthemis 1312
Anthericum 570
Anthiſteria 1567
Antichorus 640
Antideſma 1518
Antirrhea 1720
Antirrhinum 1007
Antitragus 1710
Anthoceros 1664
Antholyza 78
Anthoſpermum 1501
Anthoxanthum 58
Anthyllis 1174
Anthyllis 439
Apactis 808
Apalatoa 712
Apargia 1232
Aparine 162
Apeiba 889
Aphaca 1186
Aphanes 223
Aphyllanthes 556
Aphyllon 1045
Aphyteia 1104
Apios 1182
Apium 499
Apluda 1571
Apocynum 426
Apocynum 429
Aponogeton 835
Aponogeton 1391
Aquartia 176
Aquifolium 232
Aquilaria 1753
Aquilegia 934
Aquilicia 392
Aquilicia pag. 796
Arabis 1094
Arachidna 1177
Arachidnoides 1177
Arachis 1177
Aralia 525
Araliaſtrum 1604
Arapaca 272
Arbutus 750
Arctium 1253
Arctopus 1601
Arctotheca 1340
Arctotis 1340
Ardiſia 1735
Arduina 364
Areca 1696
Arenaria 774
Arethuſa 1373
Aretia 256
Argemone 882
Argithamnia 1418
Argophyllum 393
Ariſarum 1387
Ariſtea 1712
Ariſtida 125
Ariſtolochia 1383
Ariſtotelia 816
Armeniaca 849
Arnica 1296
Arnoſeris 1247
Aronia 587
Artedia 465
Artemiſia 1281

Artocarpus 1393
Arum 1387
Aruna 57
Aruncus 862
Arundo 124
Aſarina 1007
Aſarum 801
Aſcarina 1487
Aſcium 903
Aſcyrum 1225
Aſcyrum 1225
Aſclepias 429
Aſpalathus 1168
Aſparagus 573
Aſpergillus 1673
Aſperugo 249
Aſperula 157
Aſphodelus 569
Aſplenium 1630
Aſplenium 1631
Aſprella 105
Aſſonia 1123
Aſter 1291
Aſteriſcus 1321 1334
Aſterocephalus 149
Aſteroides 1321
Aſteropterus 1303
Aſtragaloides 1207
Aſtragalus 1208
Aſtrantia 459
Aſtronium 1515
Athamantha 471
Athanaſia 1279
Athenæa 661
Atbrodactylis 1485
Atractylis 1259
Atractylis 1261
Atragene 949
Atraphaxis 612
Atriplex 1577
Atropa 335
Aubletia 889
Aubleria 853
Aucuba 1414
Avena 122
Averrhoa 784
Avicennia 1063
Aurantium 1218
Aureliana 1604
Auricula urſi 258
Axyris 1409
Axyris 1423
Ayenia 367
Azalea 277
Azedarach 724.
Baccharis 1285.
Baccharis 1279
Bacopa 266
Bactris 1693
Bæckea 670
Bæobotrys 318
Bailliera 1336
Balanophora 1394
Ballota 975
Ballote 975
Baltimora 1333
Balſamina 1365
Balſamita 1280
Bambos 607
Bambuſa 607
Banara 809
Bankſia 191
Baniſteria 780 p.
Barba Capræ 862.
Barbula 1647
Barleria 1051
Barnadeſia 1260
Barreria 1366
Barringtonia 1150
Barthramia 1654
Bartſia 996
Baſella 520
Baſſia 805
Baſſovia 348.
Baſteria 870
Batis 1503

Bauhinia 697
Befaria 811
Begonia 1442
Belladona 335
Bellardia 1723
Bellidiaſtrum 1297 1326
Bellidioides 1307
Bellis 300
Bellium 1301
Bellisleucanthemum 1300
Bellonia 298
Benzoë 688
Berberis 595
Bergera 718
Bergia 791
Berkheya 1329
Bermudiana 1101
Bernhardia 1558
Bertiera 304
Besleria 1012
Beta 436
Betonica 973
Betula 1419
Beureria 870
Bicucullata 1154
Bihai 403
Bidens 1267
Bignonia 1018
Biſcutella 1084
Biſerrula 1209
Biſtorta 677
Bixa 887
Blackburnia 199
Bladhia 370
Blæria 183
Blairia 43
Blakea 810
Blakſtonia 653
Blaſia 1665
Blattaria 331
Blechnum 1627
Blitum 18
Bobartia 100
Bocconia 803
Bœhmeria 1421
Bœrhaavia 13
Boletus 1675
Boletus 1677
Boltonia 1309
Bombax 1127
Bonarcota 33
Bonduc 784. 337
Bonnetia 915
Bontia 1062
Boraſſus 1689
Borbonia 1165
Borbonia 688
Boraginoides 248
Borago 248
Boſea 442
Botrytis 1673
Boviſta 1683
Brabejum 1580
Brabyla 1580
Bradleja 1474
Braſenia 938
Braſſica 1096
Brathys 937
Breteuillia 1351
Breynia 876
Breynia 1605
Briza 115
Bromelia 540
Bromus 120
Broſſea 330
Broſimum 1486
Browallia 1036
Brownæa 1115
Brucea 1508
Brunfelſia 1013.
Brunia 376
Brunia 377
Brunnichia 777
Bryonia 1480
Bryonoides 1481
Bryum 1651 p. 749

Bubon 482
Bubroma 1216
Bucca-ferrea 235
Bucephalon 1502
Buceras 758
Buchnera 1035
Bucida 758
Budleia 184
Büttneria 870
Buffonia 225
Bugloſſum 242
Bugula 959
Bulbine 553 570
Bulbocaſtanum 468
Bulbocodium 555
Bumalda 453
Bumelia 1736
Bunias 1070
Bunium 468
Buphthalmum 1321
Buphthalmum 1312
Bupleuroides 454
Bupleurum 460
Burcardia 530
Burchardia 175
Burmannia 542
Burſera 1608
Burſa paſtoris 1078
Buttneria 366
Butomus 693
Butonica 1150
Buxbaumia 1659 p. 749
Buxus 1420.
Byſſus 1673
Caapeba 555
Cabomba 610
Cacalia 1269
Cacalianthemum 1269
Cacao 1215
Cachrys 474
Cactus 838
Cadaba 876
Cænopteris 1634
Cæſalpina 703
Caidbeja 687
Cainito 355
Calaba 1587
Calamaria 1620
Calamintha 983
Calamus 589
Calamus aromaticus 586
Calceolaria 39
Calceolaria 1364
Calceolus 1376
Calcitrapa 1331
Calcitrapoides 1331
Calea 1277
Calendula 1339
Calinea 874
Calla 1388
Callicarpa 175
Callicocca 316
Calligonum 834
Calliſia 87
Callitriche 17
Calodendrum 384
Calonnea 1323
Calophyllum 1587
Caltha 957
Caltha 957 1339
Calycanthus 870
Calyptranthes 845
Camara 1026
Camax 365
Cambogia 883
Camellia 1145
Cameraria 423
Cameraria 133
Campanula 290
Camphora 688
Camphorata 221
Camphoroſma 221
Canarina 603
Canarium 1516
Canella 817
Canna 1

Cannabis 1522
Cannabina 1543
Cannacorus 1
Cantium 1733
Caoutchouc 1466
Capnoides 1154
Capparis 876
Capraria 1030
Capriſicus 1613
Caprifolium 319
Capſicum 338
Capura 599
Caragama 1195
Caraguata 541
Carapichea 316
Caraxeron 441
Cardamindum 634
Cardamine 1088
Cardiaca 977
Cardioſpermum 680 1339
Carduus 1254
Carduus 1256
Carelia 1273
Carex 1407
Carex 1407
Carica 1536
Carim - pana 1689
Cariſſa 413
Carlina 1258
Carlinoides 1258
Carolinea 1125
Carpeſium 1284
Carpinus 1449
Carpobolus 1683
Carpodetus 360
Carthamoides 1261
Carthamus 1261
Carvi 497
Carum 497
Caryophyllata 867
Caryophyllodendron 843
Caryophyllus 843
Caryophyllus 770
Caryophyllus aromaticus 843
Caryocar 931
Caryota 1701
Caſcaria 756
Caſia 1497
Caſſia 700
Caſſida 989
Caſſine 504
Caſſipourea 900
Caſſyta 690
Caſtanea 1448
Caſtilleja 1059 p. - -
Caſtorea 1052
Caſuarina 1395
Catanance 1250
Catananche 1250
Cataria 964
Catesbæa 166
Catha 371
Catharinea 1660
Catarus 1499
Caucalis 464
Ceanothus 361
Cecropia 1492
Cedrela 383
Cedro 383
Cedrota 660
Cedrus 1552
Ceiba 1127
Celaſtrus 372
Celoſia 405
Celſia 1015
Celtis 1591
Cenchrus 1574
Centaurea 1331
Centaurium majus 1331
Centaurium minus 349 450
Centella 457
Centunculus 189
Cepa 557
Cephaëlis 316
Cephalanthus 147
Ceranthus 27

Ceraslium 797
Ceraſus 849
Ceratocarpus 1392
Ceratocephaloides 1325
Ceratocephalus 1267
Ceratoides 1392 1409 1423
Ceratonia 1612
Ceratophyllum 1439
Cerbera 415
Cercis 696
Cercodia 686
Cereus 838
Cerinthe 246
Cerinthoides 244
Ceropegia 431
Ceruchis 1266
Cervi-ſpina 358
Ceſtrum 342
Chærophyllum 490
Chærophyllum 489
Chætocarpus 179
Chalcas 716
Chamæbuxus 1155
Chamæceraſus 319
Chamædaphne 174. 747
Chamædrys 960
Chamæjaſme 667
Chamælea 65
Chamælinum 528
Chamæmelum 1312
Chamænerion 639
Chamæpytis 959
Chamærhododendron 746
Chamæriphes 1688
Chamærops 1688
Chamira 1092
Chara 1397
Chayota 1482
Cheiranthus 1091
Chelidonium 880
Chelone 1005
Chenolea 406
Chenopodio-morus 18
Chenopodium 435
Cherleria 775
Chimarrhis 309
Chiococca 315
Chionanthus 26
Chironia 349
Chlamydia 578
Chlora 653
Chloranthus 1730
Chloris 1568
Chomelia 171
Chomelia 1733
Chondrilla 1235
Chondropetalum 1495
Chriſtophoriana 877
Chryſanthamoides 1341
Chryſanthemum 1307
Chryſitrix 1610
Chryſobalanus 850
Chryſocoma 1275
Chryſocome 1275
Chryſogonum 1337
Chryſophyllum 355
Chryſoſplenium 703
Chytraculia 845
Cicca 1417
Cicer 1189
Cichorium 1251
Cicuta 486
Cicuta 469
Cicutaria 478
Cimicifuga 933
Cinara 1257
Cinchona 301
Cineraria 1294
Cinna 20
Cinnamomum 688
Cipura 81
Circæa 31
Cirſium 1255. 1263
Ciſſampelos 1555
Ciſſus 192
Ciſtus 913

Citharexylon 1019
Citreum 1218
Citrus 1218
Clandeſtina 1000
Clathrus 1678
Clavaria 1682
Claytonia 402
Clematis 950
Clematitis 950
Cleome 1099
Cleonia 991
Clerodendrum 1057
Clethra 751
Cleyera 872
Clibadium 1430
Cliffortia 1550
Clinopodium 980
Clitoria 1183
Clitorius 1183
Cluſia 1584
Clutia 1526
Clymenum 1186
Clypeola 1082
Cneorum 65
Cnicus 1255
Cnicus 1331
Coa 73
Coccocypſelum 1721
Coccoloba 678
Cochlearia 1079
Cocos 1692
Codda-panna 1690
Codia 675
Codon 715
Coffe 314
Coffea 314
Coilotopalus 1492
Coix 1405
Colchicum 821
Coldenia 233
Collinſonia 51
Colocaſia 1387
Colocinthus 1479
Columnea 1064
Colutea 1196
Coma-aurea 1275
Comarum 869
Combretum 641
Cometes 211
Commelina 86
Commersona 1150
Commersonia 535
Comocladia 66
Comptonia 1764
Connarus 1116
Conſerva 1672
Conium 469
Conocarpodendron 143
Conocarpus 321
Conolea 1042
Conopea 1042
Convallaria 575
Convolvulus 287
Conyza 1286
Conyzella 1287
Conyzoides 1284. 1287
Copaiſera 757
Copaiva 757
Caprosma 1593
Coral 1163
Corallodendron 1163
Corallo-fungus 1682
Coralloides 1668--1682
Corchorus 917
Cordia 350
Cordyline 580
Coreopſis 1325
Coriandrum 488
Coriaria 1540
Corindum 680
Coris 329
Coriſpermum 16
Cornucopiæ 101
Cornucopioides 101
Cornus 194
Cornutia 1028
Corona-imperialis 559

Corona-ſolis 1322
Coronilla 1108
Coronopus 186
Corrigiola 516
Corrigiola 407
Cortuſa 239
Cortuſa 10
Corydalis 1154
Corylus 1450
Corymbium 1361
Corynocarpus 394
Corypha 1690
Coſtus 4
Cotinus 502
Cotula 1310
Cotula 1311
Cotyledon 788
Coumarouna 1161
Courbaril 698
Coutoubea 1726
Cracca 1206
Crambe 1071
Cranichis 1374
Craniolaria 1006
Crantzia 1416
Cranzia 362
Craſpedia 1350
Craſſula 533
Cratægus 854
Cratæva 818
Cranea 807
Crepis 1239
Crepis 1233
Creſſa 439
Creſcentia 1021
Crinodendrum 1114
Crinum 553
Crithmum 473
Critonia 1272
Crocodilium 1331
Crocodiloïdes 1259
Crocus 75
Croſſopetalum 188
Croſſoſtylis 1149
Crotalaria 1172
Croton 1462
Crucianella 163
Cruciata 1575
Crudia 711
Cruzita 224
Crypſis 1710
Cryptoſtomum 344
Cubæa 702
Cucubalus 771
Cucullaria 11
Cucumis 1479
Cucurbita 1478
Cuieta 1021
Cuminoides 399
Cuminum 483
Cunila 46
Cunninghamia 1720
Cunonia 761
Cupania 645
Cuphea 825
Cupreſſus 1458
Curatella 921
Curcuma 8
Curtisia (508) 1729
Cururu 679
Cuſcuta 227
Cuſſonia 455
Cyanella 568
Cyanus 1331
Cyathoides 1680
Cyathus 1680
Cycas 1699
Cyclamen 262
Cyclas 712
Cydonia 858
Cyliſta 1759
Cymbaria 1008
Cyminosma 1746
Cynanchum 430
Cynara 1257
Cynocrambe 1444

Cynogloſſoides 248
Cynogloſſum 243
Cynometra 710
Cynomorium 1394
Cynomorium 710
Cynorrhynchium 1049
Cynoſurus 118
Cyperella 92
Cyperoides 1407
Cyperus 93
Cypripedium 1376
Cyrilla 380
Cyrtanthus 302
Cyſticapnos 1154
Cytinus 1384
Cytiſus 1191
Dactylis 117
Dais 740
Dalbergia 1158
Dalea 1210
Dalechampia 1460
Damaſonium 624
Damaſonium 625
Dantia 207
Daphne 664
Datiſca 1543
Datura 332
Daucus 466
Decaſpermum 841
Decumaria 815
Delphinium 927
Delima 905
Dens canis 562
Dens leonis 1237
Dentaria 1087
Dentella 310
Deutzia 776
Dialium 29
Dianthera 36
Dianthus 770
Diapenſia 255
Dicera 899
Diconangia 381
Dichondra 451
Dichotophyllum 1439
Dicranum 1644
Dictamnus 726
Didelta 1351
Didymodon 1646
Digitalis 1017
Digitaria 108
Dilatris 82
Dillenia 939
Dimorpha 1179
Dimorphotheca 1339
Diœdia 158
Dionæa 729
Dioſcorea 1530
Dioſma 374
Dioſpyros 1598
Diotis 1428
Diolotheca 52
Diphyſa 1194
Dipſacus 148
Dipteryx 1161
Dirca 665
Diſa 1375
Diſandra 627
Ditrichum 1646
Dodartia 1047
Dodecas 804
Dodecatheon 261
Dodonæa 654
Dolichos 1181
Doliocarpus 874
Dombeja 1551
Dombeja 1009
Donatia 1716
Doræna 264
Doria 1292
Doronicum 1297
Dorſtenia 209
Dortmanna 1363
Douglaſſia 1761
Draba 1076
Dracæna 574

Dracocephalum 984
Dracontium 630
Dracunculoides 546
Dracunculus 1387
Drimys 929
Droſera 531
Dryandra 1557
Dryas 868
Drypis 519
Duglaſſia 1056
Duranta 1052
Duris 1221
Duroia 592
Ebenus 1175
Ecaſtaphyllum 1158
Echinophora 461
Echinops 1353
Echinopus 1353
Echioides 250
Echites 421
Echium 251
Eclipta 1316
Eclopes 1304
Ehretia 352
Ehrharta 608
Ekebergia 719
Elæagnus 213
Elæocarpus 898
Elæodendrum 385
Elais 1695
Elate 1694
Elate 1697
Elaterium 1398
Elaterium 1477
Etatine 685
Elatine 1007
Elegia 1494
Elephantopus 1347
Elephas 997
Eleuſine 118
Elichryſum 1282
Eliſia 268
Eliſia 1052
Elymus 1433
Elymus 128 1433
Embelia 1518
Embothrium 145
Emerus 1198
Empetrum 1496
Empleurum 1765
Enargea 598
Encalypte 1643
Entoganum 656
Enula 1295
Epacris 279
Eperua 1179
Ephedra 1551
Ephemerum 543
Ephielis 647
Epibaterium 1435
Epidendrum 1377
Epigcea 748
Epilobium 639
Epimedium 193
Equiſetum 1614
Eranthemum 30
Ereſia 271
Erica 659
Erica
Erigeron 1287
Erinacea 1174
Erinaceus 1676
Erinus 1034
Eriocaulon 132
Eriocephalus 1344
Eriocephalus 1331
Eriophorum 95
Eriophorus 1240
Erithalis 324
Ernodea 1718
Eroteum 757
Erucago 1070
Ervum 1188
Eryngium 456
Eryſimum 1090
Erythrina 1163

Erythronium 562
Erythroxylon 783
Escallonia 386
Ethulia 1271
Euclea 1542
Eucomis 1743
Eugenia 842
Evea 316
Evodia 196 1754
Evolvulus 524
Evonymoides 372
Evonymus 373
Euparea 397
Eupatoriophalacron 1316
Eupatorium 1272
Euphorbia 832
Euphorbium 832
Euphrasia 998
Eurya 820
Euryandra 926
Exacum 185
Excœcaria 1498
Faba 1187
Fabago 730
Fabricia 839
Fagara 196
Fagara 1512
Fagonia 731
Fagopyrum 677
Fagræa 276
Fagus 1448
Falkia 611
Ferraria 1102
Ferrum equinum 1200
Ferula 475
Festuca 119
Feuillea 1525
Ficaria 953
Ficoidea 861
Ficoides 860
Ficus 1613
Filago 1345
Filipendula 862
Fissidens 1644
Flacourtia 1546
Flagellaria 614
Fluvialis 1488
Fœniculum 496
Fœnum græcum 1213
Fontinalis 1655 p. 749
Forskohlea 687
Forstera 1379
Fothergilla 922
Fothergilla 742
Fragaria 865
Franca 604
Frangula 358
Frankenia 604
Franklinia 1144
Fraxinella 726
Fraxinus 1597
Fritillaria 559
Fuchsia 652
Fucus 1671
Fuirena 90
Fumaria 1154
Funaria 1650
Fungoidaster 1679
Fungoides 1679 1682
Fusanus 410
Gærtnera 735
Gahnia 606
Gaillarda 1323
Galanthus 547
Galarips 418
Galardia 1323
Galax 382
Galaxia 1103
Gale 1510
Galega 1206
Galenia 673
Galeobdolon 972
Galeopsis 972
Galeopsis 974
Galium 162
Gallium 162

Galopina 231
Garcinia 813
Gardenia 416
Garidella 778
Gaultheria 749
Gaura 638
Geaſter 1683
Gerioſtoma 327
Genipa 341
Geniſta 1167
Geniſta 1166
Geniſta-ſpartium 1169
Geniſtella 1167
Gentiana 450
Geoffræa 1193
Geranium 1118
Georgia 1639
Gerardia 1004
Geropogon 1228
Geſnera 1006
Geſneria 1006
Gethyllis 584
Geum 867
Geum 764
Ghinia 42
Ginannia 691
Ginora 826
Giſeckia 532
Glabraria 1219
Gladiolus 77
Glaucium 880
Glaucoides 605
Glaux 408
Glechoma 970
Gleditſchia 1596
Glinus 836
Globba 54
Globularia 146
Glochidion 1474
Glorioſa 561
Gloſſoma 1728
Gloſſopetalum 526
Glota 368
Glycine 1182
Glycyrrhiza 1197
Gmelina 1023
Gnaphalium 1282
Gnaphalium 1345
Gnaphalodes 1346
Gnetum 1473
Gnidia 666
Gomozia 230
Gomphia 738
Gomphrena 441
Gonatocarpus 214
Gordonia 1144
Gorteria 1328
Goſſypium 1138
Gouania 1592
Goupia 526
Graminifolia 1391
Granadilla 509
Gratiola 37
Greggia 844
Grewia 896
Grias 892
Grielum 793
Grimmia 1642
Grislea 642
Gronovia 391
Groſſularia 390
Grubbia 663
Guajacana 1598
Guajacum 727
Guajava 841
Guanabanus 945
Guarea 649
Guazuma 1216
Guettarda 1437
Guettarda 602
Guilandina 704
Guilandina 1606
Gundelia 1356
Gunnera 1378
Guſtavia 1151
Guttæfera 1585
Gymnanthes 1465
Gymnocladus 1537

Gymnoſtomum 1638
Gynopogon 414
Gyp ophila 768
Hacub 1356
Hæmanthus 546
Hæmatoxylon 708
Haleſia 814
Haleſia 1437
Halimum 856
Halleria 1020
Haloragis 686
Hamamelis 226
Hamellia 305
Hapalanthus 87
Harmala 821
Hartogia 197
Hartogia 374
Haſſelquiſtia 462
Haſtingia 1217
Hebenſtreitia 1033
Hedera 395
Hedwigia 1447
Hedwigia 1638
Hedycarya 1547
Hedycrea 409
Hedyoſmum 1453
Hedyoſmus 46
Hedyotis 153
Hedypnois 1243
Hedypnois 1232
Hedyſarum 1204
Heiſtera 736
Heiſteria 1155
Helenia 1299
Heleniaſtrum 1299
Helenium 1299
Helenium 1295
Helianthemum 913
Helianthus 1322
Helichyſoides 1358
Helichryſum 1282
Heliconia 403
Helicteres 734
Heliocarpus 829
Heliophila 1092
Heliotropium 239
Helleborine 1371
Helleborus 956
Helminthotheca 1231
Helonias 622
Helvella 1679
Helxine 677
Hemerocallis 585
Hemimeris 1016
Hemionitis 1628
Henna 655
Hepatica 948. 1661
Hepetis 1741.
Heracleum 477
Herba paris 683
Heritiera 1766
Hermannia 1109
Hermas 1594
Hermeſias 1115
Hermodactylus 79
Hernandia 1411
Herniaria 434
Heſperis 1093
Heuchera 447
Hevea 1466
Hibiſcus 1139
Hieracium 1238
Hieracioides 1239
Hillia 601
Hippia 1343
Hippocaſtanum 628
Hippocratea 73
Hippocrepis 1200
Hippomane 1441
Hippophaë 1509
Hippopodium 1659
Hippuris 15
Hippuris 1397
Hiræa 781
Hirtella 388
Hoffmannia 1719

Holcus 1565
Holoſteum 136
Homalium 925
Homalocenchrum 105
Hopea 1222
Hordeum 129
Horminum 50
Horminum 983
Hottonia 765
Hovenia 375
Houmiri 91
Houſtonia 161
Houttuynia 1389
Hudſonia 822
Hugonia 1117
Humulus 1523
Hura 1475
Hyacinthus 577
Hiacinthus 567
Hydnora 1104
Hydnum 1676
Hydrangea 760
Hydraſtis 958
Hydroceratophyllum 1439
Hydrocharis 1535
Hydrocotyle 457
Hydrolea 445
Hydrophace 1400
Hydrophylax 159
Hydrophyllum 267
Hymenæa 698
Hyobanche 1046
Hyoſcyamus 333
Hyoſeris 1242
Hyoſeris 1247
Hypecoum 828
Hypelate 1588
Hyperanthera 1606
Hypericoides 1225
Hypericum 1224
Hyphydra 1484
Hypnum 1656 p. 749
Hypochœris 1246
Hypociſtis 1384
Hypophyllocarpodendron 143
Hypopitys 737
Hypoxis 565
Hyptis 969
Hyſſopus 963
Hyſterophorus 1428
Jabotapita 738
Jacea 1331
Jacobæa 1290
Jacobæaſtrum 1342
Jacquinia 346
Jacquinia 873
Jalapa 283
Jambolifera 845
Jan - Raja 1529
Jaſione 1362
Jaſminoides 343
Jaſminum 22
Jatropha 1463
Iberis 1080
Icaco 850
Ichthyomethya 1164
Ignatia 340
Illecebrum 407
Ilex 232
Ilex 1447
Ilicium 940
Impatiens 1365
Imperatoria 491
Inga 1595
Indigo 1205 1206
Indigofera 1205
Inocarpus 754
Inula 1295
Jonquetia 785
Jonthlaſpi 1082
Ipornœa 288
Ireſine 1519
Iris 79
Iroucana 661
Iſatis 1072
Iſchæmum 1569

Iſertia 602
Iſnardia 207
Iſoëtes 1620
Iſopyrum 955
Iſora 734
Itea 381
Iva 1429
Ivira 828
Juglans 1446
Juncago 616
Juncus 590
Jungermannia 1662
Jungia 1348
Juniperus 1552
Juſſiæa 741
Juſſievia 1463
Juſticia 35
Ixia 76
Ixora 167
Kæmpfera 43
Kæmpferia 9
Kali 437
Kalmia 743
Karatas 540
Katevindel 1694
Ketmia 1139
Keura 1485
Kiggellaria 1538
Kleinhovia 827
Kleinia 1269
Kleinia 1270
Knautia 150
Knawel 767
Knoxia 160
Kœlpinia 1248
Kœlreutera 1589
Kœlreutera 532 1650
Kœnigia 137
Koddapail 1112
Krameria 217
Kraſcheninnikovia 1423
Krigia 1244
Kuhnia 322
Kyllingia 91
Labatia 1724
Lachenallia 578 1744
Lachnæa 669
Lacis 924
Laciſtema 1707
Lacryma Job 1405
Laëtuca 1234
Laëtia 895
Lagerſtrœmia 910
Lagœcia 399
Laguna 1128
Lagunæa 1128
Lagurus 123
Lamium 971
Lampſana 1247
Lanaria 1745
Lanciſia 1310
Lantana 1026
Lantana 1027
Lapathum 613
Lappa 1253
Lappago 131
Lapſana 1247
Larix 1456
Laſerpitium 476
Laſioſtoma 180
Lathræa 1000
Lathyrus 1186
Lavatera 1133
Lavandula 965
Lavenia 1268
Laugeria 354
Laurembergia 1413
Laurentia 1363
Lauroceraſus 849
Laurus 688
Lawſonia 655
Laxmannia 1746
Lechea 142
Lecythis 904
Ledum 744
Ledum 747

Leea 1432
Leerſia 105
Leerſia 1643
Legnotis 900
Lemma 1618
Lemna 1400
Lemniſcia 902
Lens 1189
Lentibularia 41
Lenticula 1400
Leonurus 977
Leontice 571
Leontodon 1237
Leontodon 1232
Leontodontoides 1247
Leontopetalon 571
Lepidium 1077
Lepidocarpodendron 143
Leptoſpermum 839
Leptoſtachya 994
Lerchea 1107
Leskia 1657
Leucadendron 143
Leucanthemum 1307
Leucoium 548
Leucoium 1891
Leviſanus 377
Leyſera 1303
Liatris 1263
Licania 409
Lichen 1668
Lichen 1661
Lichen-agaricus 1684
Lichenaſtrum 1662
Lichenoides 1668
Licuala 1691
Lightfootia (303) 1609
Liguſticum 478
Liguſtrum 23
Lilac 28
Lilio-aſphodelus 585
Lilio-hyacinthus 567
Lilio-narciſſus 554
Lilium 558
Lilium-convallium 575
Limeum 631
Limnopeuce 15
Limodorum 1372
Limodorum 1367
Limon 1218
Limonia 720
Limonia 846
Limonium 527
Limoſella 1039
Linagroſtis 95
Lingua-cervina 1631
Linaria 1007
Linconia 433
Lindera 597
Lindernia 1031
Linnæa 1037
Linocarpon 528
Linociera 1709
Linum 528
Liparia 1190
Lippia 993
Liquidambar 1452
Liriodendrum 491
Lirium 558
Liſianthus 274
Lita 1734
Litchi 671
Lithagroſtis 1405
Lithophila 1708
Lithoſpermum 241
Littorella 1415
Lobelia 1363
Lobelia 300
Lœflingia 71
Læſelia 1029
Lolium 126
Lonchitis 1629
Lonchitis 1632
Lonicera 819
Lonicera 600
Lontarus 1689

Looſa 908
Loranthus 600
Lotus 1212
Louichea 1768
Ludwigia 204
Luffa 1477
Lunaria 1085
Lunularia 1661
Lupinaſter 1211
Lupinus 1176
Lupulus 1523
Luteola 831
Lychnidea 284
Lychnis 796
Lychni-ſcabioſa 150
Lycium 343
Lycogala 1685
Lycoperdaſtrum 1683
Lycoperdoides 1683
Lycoperdon 1683
Lycoperſicon 337
Lycopodioides 1615
Lycopodium 1615 p. 749
Lycopſis 250
Lycopus 44
Lygeum 99
Lyſimachia 269
Lythrum 825
Maba 1500
Mabea 1438
Macrocnemum 297
Macrolobium 62
Magnolia 942
Mahernia 534
Mahuria 915
Majorana 981
Malachodendrum 1143
Malachra 1131
Malacoides 1136
Malanca 1720
Malaxis 1370
Mallococca 896
Malope 1136
Malpighia 779
Malva 1134
Malva 1132
Malaviſcus 1141
Malvinda 1129
Malus 858
Mamei 1586
Mammea 1586
Manabea 173
Mancinella 1471
Mandragora 335
Manettia 181
Mangifera 387
Mangles 806
Mangoſtana 813
Manihot 1463
Maniſuris 1570
Manulea 1032
Mappia 1755
Maprounea 1396
Maranta 7
Marattia 1623
Marchantia 1661
Marcgravia 871
Margaritaria 1533
Marica 81
Marila 1756
Marrubium 976
Marſana 717
Marſhallia 1762
Marſilea 1618
Martynia 1010
Maſſonia 552
Mataiba 647
Matourea 1040
Matricaria 1308
Matthiola 328
Mattuſchkea 1717
Maublia 1742
Mauritia 1702
Maurocenia 504
Mayaca 88
Mayepea 27

Mayeta 742
Mays 1403
Meborea 1382
Medeota 619
Medica 1214
Medicago 1214
Medium 290
Meesia 1653
Meesia 378
Melaleuca 839
Melampodium 1338
Melampyrum 999
Melanoschænus 92
Melanthium 618
Melasma 1004
Melastoma 742
Melia 724
Melianthus 1068
Melica 113
Melicocca 648
Melicope 656
Melicytus 1513
Melilobus 1596
Mœlilotus 1211
Melissa 983
Melittis 985
Melo 1479
Melocactus 838
Melochia 1110
Melodinus 425
Melongena 337
Melopepo 1478
Melothria 68
Memecylon 657
Memecylum 748
Menais 325
Menispermum 1630
Menispermum 1544
Mentha 967
Mentzelia 907
Menyanthes 263
Mercurialis 1534
Mesembryanthemum 860
Mespilus 857
Messerschmidia 252
Mesua 1146
Methonica 561
Metrosideros 839
Meum 487
Meyera 1318
Michauxia 1769
Michelia 943
Michelia 1023 545
Microcos 897
Microtea 1739
Microleuconymphæa 1535
Micropus 1346
Miegia 1713
Milium 110
Millefolium 1313
Milleria 1332
Millingtonia 1055
Mimosa 1595
Mimulus 1049
Mimusops 644
Mindium 1769
Minuartia 140
Mirabilis 283
Mitchellia 174
Mitella 766
Mithridatea 1706
Mitra 273
Mitreola 273
Mnasium 544
Mniarum 19
Mnium 1651 p. 749
Mœhringia 676
Moldavica 984
Molle 1539
Mollugo 139
Mollucca 979
Moluccella 979
Moly 557
Momordica 1477
Monarda 48
Monbin 786

Monetia 198 p. - -
Monilifera 1341
Monnieria 1152
Monoſperm - althæa 1108
Monotropa 737
Monſonia 1120
Montia 133
Montia 829
Montinia 1506
Moræa 80
Morina 52
Morinda 317
Moringa 1606
Moriſonia 1148
Morocarpus 18
Moronobea 1106
Morſus ranæ 1535
Morus 1424
Moſchatellina 684
Mourera 924
Mouriri 1750
Moutabea 344
Mucilago 1685
Mucor 1685
Muhlenbergia 103
Mullera 1192
Munchhauſia 1220
Muntingia 884
Murcia 844
Murraya 717
Murucuia 509
Muſa 1563
Muſcari 577
Muſcoides 1662
Muſſænda 326
Mutiſia 1293
Myagrum 1069
Myginda 238
Myoporum 1053
Myoſotis 240
Myoſotis 797
Myoſurus 538
Myoſuras 538
Myrica 1510
Myriophyllum 1440
Myriſtica 1562
Myrmecia 177
Myrobatindum 1026
Myrodendrum 901
Myrodia 1147
Myroſma 6
Myroſpermum 709
Myroxylum 709
Myroxylon 1548
Myrſine 369
Myrtus 844
Nacibea 181
Nageia 1510
Najas 1488
Nama 444
Nandina 596
Napæa 1129
Narciſſo - leucoium 548
Narciſſus 550
Nardus 97
Naſturtium 1077
Nauclea 295
Neckera 1658
Nectandra 1226
Nechis 610
Nelitris 841
Nelumbo 886
Nepenthes 1560
Nepeta 964
Nephelium 1425
Nerium 420
Nertera 229
Neurada 799
Nhandiroba 1525
Nicandra 714
Nicotiana 334
Nigella 935
Nigrina 212
Nigrina 1004 1730
Ninſi 1604
Nipa 1698
Niſſolia 1157
Niſſolia 1186
Nitraria 823
Nolana 254

Nonatelia 307
Norantea 903
Nux 1446
Nyctanthes 21
Nymphæa 886
Nymphoides 263
Nyssa 1599
Obeliscotheca 1324
Obolaria 1044
Ochna 891
Ochroma 1111
Ochroxylum 508
Ochrus 1184
Ocimum 986
Ocotea 1226
Octoblepharis 1640
Octospora 1681
Odontites 998
Oedera 1349
Oederia 574
Oenanthe 484
Oenothera 637
Ostia 1027
Olax 61
Oldenlandia 205
Olea 25
Olyra 1406
Omphalandria 1468
Omphalea 1468
Omphalodes 243
Onagra 637
Onobrychis 1204
Onoclea 1624
Ononis 1173
Onopordum 1256
Onosma 247
Oosterdykia 761
Opercularia 152
Ophioglossum 1621
Ophiorrhiza 273
Ophioxylon 1578
Ophira 662
Ophrys 1369
Opulus 503
Opuntia 838
Orchidion 1373
Orchis 1367
Orelia 418
Oreoselinum 471
Oribasia 307
Orixa 202
Origanum 981
Ornithogalum 566
Ornithopodium 1199
Ornithopus 1199
Ornus 1597
Orobanche 1045
Orobanchoides 737
Orobus 1185
Orontium 587
Ortegia 70
Orthotrichum 1648
Orvala 971
Orygia 824
Oryza 609
Osbeckia 635
Osmites 1326
Osmunda 1622
Osteospermum 1341
Osterdykia 761
Ostrya 1449
Osyris 1497
Othera 201
Othonna 1342
Ovieda 1054
Ouroupari 311
Oxalis 794
Oxycoccus 658
Oxyoides 794
Oxys 794
Ozophyllum 1105
Pachira 1125
Pacouria 417
Padus 849
Pæderia 412
Pæderota 33
Pæonia 920
Pagapate 853
Palavia 1130
Palaua 1130

Palicourea 308
Palilia 403
Paliurus 358
Pallaſia 834
Pallaſia 384 1710
Palouë 691
Panax 1604
Panacea 1604
Pancratium 551
Pandanus 1485
Panicaſtrella 1574
Panicum 108
Papaver 881
Papaya 1536
Papia 971
Papiria 584
Pappophorum 1715
Pariana 1455
Parietaria 1576
Parilium 21
Parinari 629
Paris 683
Parivoa 1179
Parkinſonia 699
Parnaſſia 523
Paronychia 407
Partheniaſtrum 1428
Parthenium 1428
Paspatum 107
Paſſerina 668
Paſſiflora 509
Paſtinata 494
Patagonica 351
Patagonula 351
Pavetta 168
Pavia 628
Pavonia 1140
Paullinia 679
Paullinia 362
Pectis 1306
Pedalium 1067
Pedicularis 1003
Pedicularis 997
Peganum 821
Pekea 932
Pelecinus 1209
Peltaria 1083
Penæa 182
Penæa 1155
Pennantia 1602
Pentagonotheca 1603
Pentapetes 1122
Pentapetes 1124
Pentaphylloides 866
Pentapterophyllum 1440
Penthorum 790
Pentſtemon 1758
Peplis 605
Pepo 1478
Pera 1549
Perama 1717
Percepier 223
Perdicium 1298
Pereſcia 838
Pergularia 428
Periclymenum 319
Perilla 968
Periploca 427
Perotis 1714
Perſea 688
Perſica 848
Perſicaria 677
Perula 1549
Pervinca 419
Petaloma 1750
Petaſites 1289
Peteſia 170
Peteſioides 1722
Petilium 559
Petitia 172
Petiveria 623
Petrea 1024
Petrocarya 629
Peucedanum 472
Peziza 1680
Peziza 1681
Phaca 1207
Phaëthuſa 1310
Phalangium 570
Phalaris 106

Phalloboletus 1677
Phallus 1677
Pharnaceum 517
Pharus 1434
Phaſcum 1636 p. 749
Phaſeolus 1180
Phellandrium 485
Phelypæa 1489
Philadelphus 840
Philydrum 1703
Phyllachne 1490
Phyllirea 24
Phyllireaſtrum 317
Phleum 109
Phlomis 978
Phlox 284
Phœnix 1694
Phormium 578
Phryma 994
Phylica 359
Phyllanthus 1412
Phyllanthus 511
Phyllis 454
Phyſalis 336
Phytevma 292
Phytolacca 800
Picramnia 1517
Picris 1231
Picrium 1726
Piercea 219
Piloſella 1238
Pilularia 1619
Pimpinella 498
Pimpinella 1445
Pinaſtella 15
Pinguicula 40
Pinguin 540
Pinus 1456
Piper 59
Pirigara 1151
Piripea 1035
Piriqueta 530
Piſcidia 1164
Piſcipula 1164
Piſonia 1603
Piſtacia 1511
Piſtia 1112
Piſum 1184
Pitcaimia 1741
Pittonia 253
Pittoſporum 379
Pitumba 1749
Plagianthus 1121
Plantaginella 1039
Plantago 186
Platanocephalus 147
Platanus 1451
Plectranthus 987
Plectronia 389.
Plinia 851
Plocama 1738
Plukenetia 1459
Plumbago 281
Plumeria 422
Poa 114
Podophyllum 879
Pohlia 1649
Poinciana 701
Polemonium 289
Polianthes 576
Poliifolia 747
Polium 960
Pollia 572
Pollichia 1705
Polyacantha 1255
Polycarpon 138
Polycnemum 72
Polygala 1155
Polygaloides 1155
Polygonatum 575
Polygonifolia 516
Polygonoides 834
Polygonum 677
Polymnia 1335
Polypodium 1632
Polypodium 1630
Polyporus 1675
Polypremum 178
Polytrichum 1660 p. 749
Pomax 152

Pometia 1436
Pommereuillia 96
Ponæa 682
Ponrederia 545
Populago 957
Populus 1531
Porana 286
Poraqueïba 1366
Porella 1616 p. 749
Porophyllum 1269
Porrum 557
Poroſtema 1226
Portlandia 299
Portula 605
Portulaca 824
Portulacaria 522
Portulacaſtrum 762
Poſoqueria 302
Poſſira 919
Potalia 714
Potamogeton 234
Potamopitys 685
Potentilla 866
Poterium 1445
Pothos 210
Pouteria 179 1724
Praſium 992
Premna 1025
Prenanthes 1236
Primula 258
Primula veris 258
Prinos 594
Proboſcidea 1010
Prockia 916
Protea 143
Proſerpinaca 134
Proſopis 706
Provenzalia 1388
Prunetta 990
Prunus 849
Pſeudoacacia 1195
Pſeudocyperus 92
Pſeudodictamnus 976
Pſeudoruta 725
Pſidium 841
Pſoralea 1210
Pſychotria 313
Pſychotrophum 313
Pſyllium 186
Ptarmica 1313
Ptelea 1505
Pteris 1626
Pterocarpus 1159
Pterocephalus 149
Pterococcus 834
Pteronia 1265
Pterophorus 1265
Pteroſpermum 1124
Pteroſpermadendron 1124
Pubeta 592
Pulmonaria 244
Pulſatilla 948
Punica 847
Pyrethrum 1266 1307
Pyrola 752
Pyrus 858
Qualea 12
Quararibea 1147
Quamoclit 2881
Quapoya 561
Quaſſia 728
Quercus 1447
Queria 141
Quinquefolium 866
Quinquina 301
Quisqualis 739
Racoubea 925
Radermachia 1393
Radicula 1089
Radiola 528
Rajania 1529
Randia 275
Ranunculoides 953
Ranunculus 953
Rapa 1096
Rapatea 544
Raphanus 1098
Raphaniſtrum 1098
Rapiſtrum 1071
Rapunculus 292

Rapuntium 1363
Raputia 53
Ravenala 539
Ravenſara 1754
Rauwolfia 411
Reaumuria 936
Reichelia 512
Remirea 1713
Relhania 1304
Renealmia 2
Renealmia 541
Reſeda 831
Reſtio 1495
Retzia 285
Rhabarbarum 692
Rhacoma 188
Rhagadioloides 1243
Rhagadiolus 1248
Rhamnoides 1509
Rhamnus 358
Rhapis 1687
Rhaponticoides 1331
Rhaponticum 1331
Rheedia 875
Rheum 692
Rhexia 636
Rhinanthus 997
Rhinium 1545
Rhizobolus 932
Rhizophora 806
Rhizophora 398
Rhodiala 1532
Rhododendrum 746
Rhodora 745
Rhopala 144
Rhopium 1382
Rhus 502
Rhus 672
Ribes 390
Ribeſium 390
Riccia 666
Richardia 591
Ricinocarpos 1461
Ricinoides 1462
Ricinus 1464
Ricotia 1086
Rindera 243
Rittera 919
Rivina 219
Robergia 787
Robinia 1195
Robinſonia 852
Rochefortia 1740
Roëlla 291
Rohria 631
Rojoc 317
Rolandra 1355
Rondeletia 296
Ropourea 365
Roridula 400
Roſa 863
Roſmarinus 49
Rosfolis 531
Rotala 69
Rothia 1241
Rottbœllia 1573
Rouhamon 180
Rourea 787
Royena 759
Royenia 1029
Rubeola 163
Rubia 164
Rubus 864
Rudbeckia 1324
Rudbeckia 321
Ruellia 1050
Ruizia 1135
Rumex 613
Rumphia 64
Ruppia 235
Ruppia 1390
Ruſcus 1559
Ruſſelia 1041
Ruſſelia 452
Ruta 725
Ruta muraria 1625
Ruyſchia 363
Sabicea 306
Sabina 1552
Saccharum 104

Sagina 236
Sagitta 1441
Sagittaria 1441
Sagona 512
S. lacia 1380
Salicaria 825
Salicornia 14
Salix 1493
Salmaſia 513
Salſola 437
Salvadora 220
Salvia 50
Salvinia 1617
Samara 195
Sambucus 506
Samyda 755
Samolus 294
Sandoricum 1751
Sanguinaria 878
Sanguiſorba 190
Sanicula 458
Santalum 215
Santolina 1278
Santolinoides 1311
Sapindus 681
Sapium 1469
Saponaria 769
Sapota 593
Saraca 1153
Sariſſus 159
Sarothra 521
Saracenia 885
Saſſafras 688
Satureja 961
Satyrium 1368
Saururus 632
Saururus 59
Sauvageſia 401
Saxifraga 764
Scabioſa 149
Scabrita 154
Scævola 300
Scandix 489
Schaeffera 1507
Schefflera 537
Scheuchzeria 615
Schinus 1539
Schmidelia 672
Schœnanthus 1571
Schœnus 92
Schœpfia 323
Scholera 1711
Schotia 705
Schrebera 446
Schunda-pana 1701
Schwalbea 1001
Schwenkfeldia 305
Schwenkia 38
Scilla 567
Scirpo-cyperus 94
Scirpoides 1407
Scirpus 94
Sciuris 53
Sclarea 50
Scleranthus 767
Scleria 1408
Sclerocarpus 1327
Scolopia 846
Scolymus 1252
Scoparia 187
Scopolia (1385) 1607
Scorodopraſum 557
Scorpioides 1201
Scorpiurus 1201
Scorzonera 1230
Scorzoneroides 1230
Scrophularia 1014
Scutellaria 989
Scytalia 671
Sebeſtena 350
Secale 127
Sechium 1482
Securidaca 1156
Securidaca 1198
Sedum 789
Seguieria 918
Selaginoides 1615
Selago 995
Selago 1615
Selinum 470

Semecarpus 501
Sempervivum 837
Senecio 1290
Senna 700
Septas 633
Serapias 1371
Seriania 679
Seriola 1245
Seriphium 1358
Serpicula 1413
Serratula 1264
Serratula 1262
Seſamoides 831
Seſamum 1048
Seſeli 492
Seſuvium 856
Shawia 1359
Sheffieldia 278
Sherardia 156
Sherardia 43
Sibbaldia 536
Sibthorpia 1038
Sicyoides 1481
Sicyos 1481
Sida 1129
Sideritis 966
Siderodendrum 169
Sideroxyloides 169
Sideroxylon 357
Sigesbeckia 1320
Silene 772
Siliqua 1612
Siliquaſtrum 696
Silphium 1334
Silybum 1261
Simaba 1752
Sinapi 1097
Sinapis 1097
Sinapiſtrum 1099
Singana 909
Sipanea 312
Siphonanthemum 165
Siphonanthus 165
Siphonia 1466
Siponima 1223
Sirium 203
Siſarum 480
Siſon 481
Siſymbrium 1089
Siſyrinchium 1101
Siſyrinchium 79
Sitodium 1393
Sium 480
Skimmia 200
Skinnera 652
Sloana 888
Sloanea 888
Sloanea 889
Smilax 1528
Smithia 1760
Smyrnium 495
Solandra 1732
Solandra 1128
Solanoides 219
Solanum 337
Soldanella 260
Solidago 1292
Sonchus 1233
Sonneratia 853.
Sophora 694
Soramia 1755
Sorbus 855
Sorgum 1565
Souroubea 363
Sparganium 140
Sparganophorus 1271.
Sparrmannia 893
Spartina 98
Spartium 1166
Spartium 1167
Spathelia 506
Spathe 506
Speculum-veneris 290
Spergula 798
Spermacoce 155
Sphœranthus 1352
Sphœria 1684
Sphœrocarpus 1667
Sphagnum 1637 p. 749
Spondylium 477

Sphondylococcus 175
Spielmannia 1027
Spigelia 272
Spilanthus 1266
Spinacia 1520
Spinifex 1611
Spiræa 862
Splachnum 1641 p. 749
Spondias 786
Stachyarpagophora 405
Stachys 974
Staehelina 1274
Stalagmitis 1585
Stapelia 432
Staphylæa 507
Staphylodendron 507
Statice 527
Stellaria 773
Stellaria 17
Stellaris 566
Stellera 667
Stemodia 1013
Stemodiacra 1043
Stemonitis 1678
Stephanium 308
Sterbeckia 919
Sterculia 828
Steris 440
Stewartia 1142
Stilago 1381
Stilbe 1600
Stillingia 1470
Stipa 121
Stœbe 1357
Stœchas 965
Stœrckia 574
Stramonium 332
Stratiotes 1541
Stratiotes 265. 1535
Strelitzia 1737
Strumpfia 1360
Struthia 666
Struthiola 216
Strychnos 339
Stylosanthes 1203
Styrax 753
Suber 1447
Subularia 1075
Succisa 149
Suillus 1675
Suriana 792
Swartzia 1227
Swartzia 1646
Swertia 449
Swietenia 723
Syena 88
Symphonia 1106
Symphoricarpos 319
Symphytum 246
Symplocos 1223
Synedrella 1317
Syringa 28
Syringa 840
Syzygium 844. 845
Tabernæmontana 424
Tacca 588
Tachibota 513
Tachigali 702
Tagetes 1302
Taligalea 1061
Tamarindus 1100
Tamariscus 510
Tamarix 510
Tamonea 42
Tamus 1527
Tamnus 1527
Tanacetum 1280
Tanæcium 1022
Tanghinabo 872
Tapia 818
Tapirira 785
Tapogomea 316
Tapura 63
Taralea 1161
Taraxconastrum 1242
Taraxconoides 1232
Tharchonantus 1276
Tarchonantus 1429
Targionia 1663
Taxus 1553

Tectona 356
Telephiaſtrum 824
Telephioides 1483
Telephium 515
Tenga 1692
Teramnus 1171
Terebinthus 1511
Terminalia 1583
Ternatea 1183.
Ternſtrœmia 872
Tetracera 930
Tetragonia 859
Tetragonotheca 1335
Tetrahit 972
Tetranthus 1354
Tetraphis 1639
Teucrium 960
Thalia 10
Thalictrum 951
Thamnochortus 1495
Thapſia 493
Thea 911
Theligonum 1444.
Theobroma 1215
Theodora 705
Theophraſta 271
Theſium 410
Thlaſpi 1078
Thlaſpidium 1084
Thoa 1454
Thouinia 1709
Thouina 55. 1731
Thrinax 1686
Thryallis 733
Thunbergia 1058
Thuya 1457
Thymbra 962
Thymelæa 664
Thymus 982
Thyrſine 1384
Thyſſelinum 470
Tiarella 765
Tibouchina 742
Tigarea 1545
Tilia 894
Tillœa 237
Tillandſia 541
Timmia 1652
Tinus 689
Tinus 503
Tithymaloides 832
Tithymalus 832
Tococa 742
Toluifera 713
Tomex 802
Tonina 1484
Tonſella 74
Tontanea 1723
Tontelea 74
Tordylium 463
Torenia 1011
Tormentilla 866
Tortula 1647
Touchiroa 712
Toulicia 682
Tounatea 1227
Tournefortia 253
Tournefortia 1501
Touroulia 852
Tourrettia 1009
Toxicodendron 502
Tozzia 1002
Trachelium 293
Trachelium 290
Tradeſcantia 543
Tragacantha 1208
Tragia 1410
Trogopogon 1229
Tragopogonoides 1229
Tragoſelinum 498
Tragus 131
Trapa 208
Tremella 1669
Trewia 890
Trianthema 762
Tribuloides 208
Tribulus 732
Tricera 1416
Trichia 1678
Trichilia 721

Trichocarpus 923
Trichomanes 1635
Trichomanes 1631
Trichoſanthes 1476
Trichoſtema 988
Trichoſtomum 1645
Tridax 1314
Trientalis 626
Trifoliaſtrum 1211
Trifolium 1211
Triglochin 616
Trigonella 1213
Trigonia 1178
Trigonis 645
Triguera 282
Triguena 1128
Trilix 873
Trilopus 226
Trillium 620
Triopteris 782 p.
Trioſteoſpermum 320
Trioſteum 320
Triplaris 135. p.
Tripſacum 1404
Triticum 130
Triumfetta 819
Trixis 1336
Trixis 134. 1298
Trollius 954.
Tropæolum 634
Trophis 1502
Tulbagia 549
Tulipa 563
Tulipifera 941
Tuna 838
Tunica 770
Turnera 514
Turræa 722
Turritis 1095
Tuſſilago 1289
Typha 1401
Ulex 1169
Ulmaria 862
Ulmus 443
Ulva 1670
Uncaria 311
Unifolium 575
Uniola 116
Unona 947
Unxia 1288
Urania 539
Urena 1137
Urtica 1422
Uſnea 1668
Uſteria 1704
Uſubis 672
Utricularia 41
Uvaria 944
Uva urſi 750
Uvularia 560
Vaccinium 658
Vahlia 452
Valantia 1575
Valdia 1054
Valentinia 1748
Valeriana 60
Valerianella 60
Valliſneria 1491
Valiſneroides 1491
Vallea 914
Valſa 1684
Vandellia 1040
Vanilla 1377
Vanrheedia 875
Vantanea 902
Varronia 353
Vateria 906
Vatica 812
Velezia 448
Vella 1073
Veratrum 1564
Verbaſcum 331
Verbena 43
Verbeſina 1317
Vernonia 1262
Veronica 32
Veſicaria 680
Veſicaria 1081
Viburnum 503
Vicia 1187

Villaria 1514
Vinca 419
Viola 1364
Virecta 312
Virga aurea 1292
Virga ſanguinea 194
Virgilia 1323
Viroła 1562
Viſcago 772
Viſcum 1504
Viſmea 833
Vitex 1060
Viticella 382. 950
Vitis 396
Vitis idæa 658
Vochy 11.
Volkameria 1056
Volkameria 689
Volubilis 288
Votomita 1728
Vouapa 62
Voyria 1734
Vulneraria 1174
Wachendorfia 85
Walkera 378
Wallenia 1722
Waltheria 1108
Warneria 958
Webera 1733
Webera 1651. 1659
Wedelia 1335
Weigelia 80
Weinmannia 674
Weiſſia 1648
Weiſſia 1642
Wheelera 1579
Willichia 67
Willughbeja 417
Windmannia 674
Wintera 929
Winterana 817
Witheringia 1725
Witſenia 83
Wolfia 1749
Wulfenia 34
Wurmbea 617
Xanthe 1561
Xanthium 1426
Xanthorrhiza 1581
Xeranthemoides 1283
Xeranthemum 1283
Ximenia 651
Xiphidium 84
Xiphion 79
Xylocarpus 646
Xylon 1127. 1138
Xylophylla 511
Xylopia 946
Xylopricon 946
Xyloſma 1548
Xyloſteum 319
Xyris 89
Xyſtris 347
Yucca 580
Zacyntha 1249
Zamia 1700
Zannichellia 1391
Zanonia 1524
Zanonia 86
Zanthorrhiza 1581
Zanthoxylum 1512
Zea 1403
Zeugites 1763
Zitenia 947
Zingiber 3
Zinnia 1305
Zizania 1433
Ziziphora 47
Ziziphus 358
Zœgea 1330
Zoſtera 1390
Zwingera 1752
Zygophyllum 730